Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann August Hellfeld Burkhard Gotthelf Struve

D. Io. Avgusti Hellfeld P. P. O. Seren. Dvcis Saxo-Gothani A Consiliis Avlicis ... Elementa Ivris Fevdalis : Qvibvs Doctrinae Ivrisprvdentiae Fevdalis Strvvianae Mvltis Locis Avctae, Emendatae Et Praelectionvm Vsibvs Magis Accommodatae Proponvntvr

[Quarta ... editio], Ienae: Apud Io. Adam. Melchioris Vidvam, MDCCLXIII.

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

14 Ꝛ

K. i — 67

K. i — 67.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1847650961/phys_0002
DFG

D. IO. AVGVSTI HELLFELD

P. P. O. SEREN. DVCIS SAXO-GOTHANI A CONSILIIS AVLICIS, CVRIAE PROVINC. ET FAC. IVRID. ASSESS. ET SCAB. COLLEG. QVOD IENAE EST SENIORIS

ELEMENTA IVRIS FEVDALIS

QVIBVS
DOCTRINAE IVRISPRVDENTIAE FEVDALIS STRVVIANAE MVLTIS LOCIS AVCTAE, EMENDATAE ET PRAELECTIONVM VSIBVS MAGIS ACCOMMODATAE PROPONVNTVR



IENAE
Apud IO. ADAM. MELCHIORIS VIDVAM
CIↃ IↃ CC LXIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0003
DFG

Ex Libris
Ferd. Kammerer, Dr.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1847650961/phys_0004
DFG



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. AVG. HELLFELD.

Elementa iuris feudalis, quorum iam quarta in lucem prodit editio, originem ducunt ex B. ſoceri mei BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *iurisprudentia feudali.* Cauſas, quibus commotus, iurisprudentiam feudalem Struuianam multis locis auctam, mutatam, et praelectionum mearum vſibus magis accommodatam, ſub titulo *elementorum iuris feudalis* B. RTRVVII in publicum emiſi, in praefatione prioris editionis expoſui. In noua hac editione Struuiana principia innumeris locis aucta, emendata, mutata, et in meliorem ordinem inuenies redacta, ita, vt collaturus iurisprudentiam feudalem Struuianam cum noſtro libello vix STRV-

VIVM cognoscere poteris. Cum vero mihi multitudine laborum, quos officiorum publicorum ratio exigit, distento facile accidere potuerit, vt in huncce liberum varia minus curate cogitata et elaborata se immiscerent; manibus beati STRVVII me hoc debere putaui, ne illis mea, quae forsan minus recte sunt posita, diutius obtruderem et beneuolo lectori meos pro Struuii laboribus venderem. Inde hunc libellum meo quidem sub nomine prodire volui. Quo magis vero et STRVVIO suus maneat honos, lubens profiteor, multa ex STRVVII doctrinis in nostra iuris feudalis elementa esse translata. Caeterum, vt commodior sit huius libri vsus, illi breuem conspectum et nouum indicem addidit excellentissimus et consultissimus collega noster IO. LVDOVICVS SCHMIDIVS. Haec sunt, quae praemonenda duxi. Vale, meisque studiis fauere perge.

Scribebam Ienae d. XXII. April.

CIↃ IↃ CC LXIII.

D. IO.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0006
DFG

D. IO. LVDOV. SCHMIDII
CONSPECTVS
ELEMENTORVM
IVRIS FEVDALIS.

IVRISPRVDENTIA FEVDALIS in genere est *scientia de legibus feudalibus, earumque accommodatione ad facta.*

Quae consideratur

A) *in genere.* Cap. I.
quoad feudi

1) *nomen, ratione*
a) *etymologiae* §. 1.
b) *vocis Lehn* §. 2.
c) *vocis feod* §. 3.
d) *synonimorum* §. 4.
e) *homonymorum* §. 5.

2) *definitionem* §. 6.
Vbi considerantur

a) *eius essentialia* §. 7.
Veluti
1) *dominium vtile* §. 8.
2) *fidelitas* §. 9.
3) *salarium* §. 10.

A qui-

A quibus differt dominium directum §. 11.
b) *eius naturalia* §. 12. *et* 13.
Inde feudum proprium et improprium §. 14.
3) *adfinia* §. 15.
Veluti
1) *praedia emphyteutica.*
2) *bona libellaria.*
3) *bona meierica.*
4) *precariae s. praestariae.*
4) *contraria* §. 16.
Veluti
1) *allodium, quod*
vel auitum
vel proprium s. adquisitum.
2) *feuda solaria* §. 17.

B) *in specie, quoad*
I) *historiam*
1) *feudorum* Cap. II. *Quorum origo*
a) *non a romanis,* §. 18.
b) *sed a germanis petenda est* §. 19.
speciatim ab illis, qui
a) *extra germaniam* §. 20. *et* 21.
b) *intra german. vixerunt* §. 22-24.
2) *iuris feudalis* Cap. III. §. 25.
a) *patrii, ratione*
1) *eius originis* §. 26.
2) *constitutionum imperatorum* §. 27.
3) *auctoris veteris de beneficiis* §. 28.
4) *iuris feudalis Saxonici* §. 29.
5) *iuris feudalis alemannici* §. 30.
6) *iuris*

6) *iuris feudalis caesarei* §. 31.
7) *vsus collectionum, consuetudinum feudalium* §. 32.

b) *recepti*
veluti longobardici, ratione
1) *compilationum Gerardi Nigri et Oberti de Orto* §. 33.
2) *librorum feudalium* §. 34.
qui nec publica auctoritate, nec a Gerardo Nigro et Oberto sunt congesti §. 35.
3) *capitulorum extraordinariorum et glossarum iuris feudalis* §. 36.
4) *sex librorum feudalium Mincuccii de Prato veteri* §. 37.
5) *libelli feudorum reformati Bartholomaei Baraterii* §. 38.
6) *quinque librorum de feudis Cuiacii* §. 39.
7) *receptionis*
a) *tacitae* §. 40.
b) *expressae* §. 41.
c) *subsidiariae* §. 42.
8) *vsus, praesertim quoad capitula extraordinaria* §. 43.

II) *adplicationem iuris feudalis* §. 44.
speciatim quoad
a) *ipsas leges feudales, nempe*
1) *litteras inuestiturae* §. 45.
2) *pacta gentilitia ibid.*
3) *consuetudines intuitu singulorum feudorum ibid.*

4) *iura particulariſſima curiae, ad quam feudum pertinet* §. 46.
5) *auream bullam, capitulationes, leges et obſeruantiam imperii, in feudis illuſtrium ibid.*
6) *iura particularia feudorum et praecipue iura et conſuetudines prouinciae vbi ſitum eſt feudum, in feudis priuatorum ibid.*
7) *ius germanicum feudale generale, tam ſcriptum quam non ſcriptum* §. 47.
8) *ius longobardicum ibid.*
9) *ius iuſtinianeum ibid.*
10) *ius canonicum ibid.*

III) *interpretationem legum feudalium.* §. 48.
IIII) *antimonias feudales* §. 49.
V) *ipſa dogmata iuris feudalis.*

Quae concernunt

A) *perſonas feudales* Cap. IIII.
1) *feuda concedentes*
a) *in genere* §. 50.
b) *in ſpecie* §. 51.
1) *feuda non equeſtria* §. 52.
2) *feuda equeſtria* §. 53.
2) *feuda adquirentes*
a) *in genere*
b) *in ſpecie*
1) *feuda non equeſtria*
2) *feuda equeſtria*
a) *in genere*
1) *antiquis temporibus*

Tunc

Tunc feuda equeſtria adquirebant, qui militiae equeſtris erant capaces §. 55.

Quales erant

1) *nobiles §. 56.*

veluti

a) *duces*

b) *marchiones*

c) *comites*

d) *dynaſtae*

2) *ingenui §. 56.*

nempe

a) *miniſteriales §. 56. 57.*

b) *ciuici §. 58.*

c) *agrarii §. 59.*

Ab his differunt bannerii §. 60.

2) *hodiernis temporibus §. 61.*

b) *in ſpecie, quoad*

1) *perſonas habiles. Quales eſſe poſſunt*

a) *paterfamilias, filiusfamilias §. 62.*

b) *maior, minor §. 62.*

c) *ſuperior, inferior ibid.*

d) *perſonae a ſe ipſis feuda adquirentes §. 93.*

e) *collegia, vniuerſitates §. 64.*

2) *perſonas inhabiles §. 65.*

Quae conſiderantur intuitu

a) *domini directi §. 66.*

b) *suarum obligationum* §. 67.
c) *suorum iurium* §. 68.
3) *variam vasallorum distinctionem, secundum*
a) *ius longobardicum* §. 69.
b) *ius germanicum*
1) *antiquum* §. 70.
2) *nouum* §. 71.

B) *Res in feudum dandas*, Cap. V.
1) *in genere* §. 72.
2) *in specie, quoad*
A) *res diuini iuris s. quae cultum diuinum respiciunt* §. 73.
Quo pertinent
1) *monasteria et templa* §. 74.
2) *altaria* §. 75.
3) *res ecclesiasticae* §. 76. *et* 77.
Quae
vel infeudari solitae §. 78.
vel in feudari haud solitae §. 79. 80.
vel in feudum concedi non possunt
Quo canonistae quidem referunt
1) *titulos* §. 81.
2) *bona mensalia* §. 81.
3) *decimas* §. 81.
sed minus recte §. 82.
vel in feudum concedi possunt
inde feudum ecclesiasticum §. 83.
cui opponitur feudum seculare
ibid.
B) *res humani iuris, seu quae cultum diuinum non respiciunt.*

Quo

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0012
DFG

Quo pertinens
I) *res publici iuris seu, quae communem vtilitatem concernunt, veluti*
1) *res communes* §. 84.
2) *res publicae ibid.*
3) *res vniuersitatis ibid.*
4) *domania* §. 85.
Quae
vel imperii §. 86.
vel statuum §. 87.
5) *integra territoria* §. 88.
speciatim regalia §. 89. *et* 90.
Horum in numero sunt
1) *iurisdictio* §. 91.
a) *inferior* §. 92.
b) *superior* §. 93.
c) *ecclesiastica* §. 94.
d) *circumsepta* §. 95.
2) *venatio* §. 96.
3) *ius collectandi, monetandi cet.* §. 97.
6) *officia publica et dignitates* §. 98. *et* 99.
7) *castra* §. 100.
II) *res priuati iuris, seu quae communem vtilitatem non concernunt.*
veluti
1) *res corporales*
a) *immobiles* §. 101.
b) *mobiles* §. 102.
praesertim pecunia §. 103-105.
2) *res incorporales* §. 106.

specia

ſpeciatim
a) *ius patronatus* §. 107.
b) *ius in perſonas* §. 108.
3) *res omnes, quae diſponendi facultati non ſunt exemtae*
veluti
a) *res alienae* §. 109.
b) *fundus dotalis, res per teſtatorem alienari prohibitae, res fideicommiſſo ſubiectae* §. 110.

C) *modum res in feudum dandi.* Cap. VI.
De quo agitur
1) *in genere, quoad*
a) *translationem dominii generatim* §. 111.
Secundum
1) *ius romanum* §. 112.
2) *mores germanorum* §. 113. 114.
b) *translationem dominii feudalis*
quae fit
1) *praeſcriptione* §. 117.
2) *inueſtitura* §. 115. 116.
Quae
vel propria, vel abuſiua §. 118. 119.
vel pura, vel conditionata §. 120.
2) *in ſpecie, quoad*
A) *modum promittendi* §. 121.
Qui fit
vel per vltimam voluntatem §. 124.
vel per actum inter viuos, nempe, per contractum feudalem §. 122.
Vter-

Vterque
1) *differt ab inuestitura* §. 123.
2) *fit vel pure vel adiecta conditione* §. 125.
speciatim in casum, si feudum fuerit apertum, vbi dicitur expectatiua §. 126.
Haec
a) *nihil habet iniquitatis* 127.
b) *nullas, si pacto conceditur, requirit solennitates* 128.
c) *seruanda est, ita, vt dominus in subsidium interesse praestare debeat* 129.
d) *si cum inestitura fit, expectatiuaria inuestitura dicitur, quae ius reale conditionatum tribuit* 130.
e) *obligat concedentis heredes*
1) *vniuersales* 131.
2) *singulares certis casibus* 132. *et* 133.
etiam imperatorem et principes in germania 134.
f) *transfert ius in expectatiuarii descendentes feudi capaces* 136.
etiam si testamento concessa sit 136.
g) *sine conditione aperturae facta non valet* 173.

h) *ab*

h) *ab vno casu ad alterum non est extendenda* 138.
Est enim expectutiua vel generalis vel specialis vel determinata vel indeterminata.
i) *sine consensu vasalli possessoris fieri potest* 139.
k) *pluribus conceditur* 140. 141.
Quorum iura indicantur, si concurrunt
1) *soli expectatiuarii nudi* 142.
2) *soli expectatiuarii non nudi* 143.
3) *nudi et non nudi expectatiuarii* 144.
l) *tribuit remedia tam petitoria* 145.
quam possessoria 146.
et certis casibus ius propria auctoritate feudum apertum occupandi 147.
vel per collationem §. 148.
vel per oblationem 148.
Haec
1) *et illa ius personale tribuit* 149.
2) *non nisi cum bonis, quae liberae offerentis dispositioni subsunt, fieri potest* 150.
3) *iudiciali insinuatione non indiget* 151.
4) *et*

4) *et illa feuda data et oblata producit* 152.
5) *varias habet cauſſas* 153.
6) *et illa feuda ex datis et oblatis mixta producit* 154.
7) *naturam feudis propriam regulariter non tollit* 155.
8) *immunitatem a ſteuris non tribuit* 156.
9) *et illa feuda in deſcendentes habiles tranſitoria efficit, niſi ex pacto reuocabilia fiant.*

Inde feudum
a) *fiduciarium ſiue* [redddibile 157
b) *retrouendibile* 157.
c) *de camera* §. 158.
d) *de cauena ibid.*
e) *ſoldatae ibid.*
f) *annuum* 159.
g) *annuae praeſtationis ibid.*

B) *modum conſtituendi, ſeu adquirendi.* Cap. VII.

Qui
vel originarius
vel deriuatiuus 160.
Vterque fit
vel per inueſtituram
Quae conſideratur
ratione
I) *diuiſionis. Eſtque*
vel abuſiua

vel

vel propria
quae
vel vera 161.
vel ſymbolica ibid.
1) *in feudis imperii*
a) *antiquiori tempore* 162.
1) *per haſtam ſignifi-cabant*
2) *per gladium*
3) *per annulum et baculum*
4) *per ſceptrum. Inde Scepter-Lehn*
5) *per vexilla. Inde Fahnen-Lehn*
quae
1) *adhibebantur in inueſtitura*
a) *ducum et epiſcoporum, qui ducatus et prouincias ſeculares poſſidebant* 163.
b) *non comitum et dynaſtarum* 163.
2) *in deſuetudinem abierunt* 164.
b) *hodiernis temporibus quando fit*
1) *ab ipſo imperatore* 165.
2) *a*

2) *a iudicio imperii aulico* 166.
2) *in feudis prouincialibus*
a) *antiquis temporibus* 167.
b) *hodiernis temporibus* 168. 169.
II) *personarum*
1) *a quibus fit*
Secundum
a) *ius longobardicum* 170.
b) *ius germanicum*
intuitu
1) *feudorum imperii* 171.
2) *feudorum prouincialium* 172.
2) *quibus fit* 173. 174.
III) *loci, vbi fit.* §. 175.
IIII) *temporis, quo petenda est* 176.
V) *iuramenti quod in illa praestandum est* 177. 178.
VI) *instrumenti, quod desuper conficitur* 179.
VII) *modi possessionem transferendi* 180.
vel per praescriptionem
Quae consideratur
1) *in genere*
a) *quoad diuisionem* 181.

in extinctiuam et adquisitiuam
b) *huiusque requisita* 182.
2) *in specie*
quoad adquisitiuam, eiusque diuisionem 183.
in
1) *constitutiuam* 184.
huiusque
1) *possessionem* 185.
2) *tempus* 186.
3) *titulum* 187.
2) *resolutiuam* 188. 189.
D) *modum feuda adquisita in alias transferendi.*
Qui fit.
vel per refutationem §. 360.
vel per successionem Cap. VIII.
Quae consideratur
quoad
1) *notionem* 190.
2) *diuisionem, in*
a) *ordinariam seu legitimam*
de qua agitur
quoad
1) *originem, tempore*
a) *antiquiori* 191.
b) *Carolingorum* 192. *et* 193.
c) *Conradi II. et Friderici I.* 194. 195. 196.
d) *Henrici VI.* 197.
2) *personas, quibus non competit.* *Qua*

Quales sunt
a) *adoptiui et illegitimi* 198
b) *feminae* 199.
nisi ex pacto vel consuetudine loci. Inde feuda feminea 200. 210.
c) *clerici* 211.
d) *qui vitio animae vel corporis laborant* 212. *et* 213.
e) *liberi ex matrimonio ad legem morganatic. nati* 214.
f) *liberi ex matrimonio inaequali nati* 215.
g) *indigni* 216.
3) *modum succedendi*
1) *in genere* 217.
2) *in specie*
quoad
a) *descendentes* 217.
b) *adscendentes* 218.
c) *collaterales* 219.
1) *ex iure sanguinis* 220.
Inde feuda antiqua et noua 221. *et* 222.
a) *secundum lineas*
1) *ex iure communi* 223. 227.
2) *ex iure primogenituae* 228.
b) *secundum pluralitatem primorum adquirentium* 229.

2) *ex iure simultaneae inuestiturae* 230-243.
4) *coniuges, fiscum et dominum directum* 244.
5) *plures successores* 245. *et* 246.
6) *feudum hereditarium* 247-250.
7) *obligationem successorum feudalium et facto defuncti* 251-258.
b) *extraordinariam. Quae* diuiditur *in*
1) *pactitiam* 259.
Vbi pactum successorium est
a) *adquisitiuum* 260. *et* 261.
b) *dispositiuum* 260.
c) *conseruatiuum* 262.
d) *renuntiatiuum* 262.
Cui quaestio additur: quatenus parenti liberum sit ius in familia introducendi primogenituae 263.
2) *testamentariam* 363. *seqq.*
E) *renouationem inuestiturae Cap. VIIII.*
Quae consideratur
3) *in genere*
quoad
a) *notionem et originem* 264.
b) *necessitatem* 265.
1) *in quibus casibus* 266.
2) *a quibus fieri debet* 267.
2) *in specie*
quoad
a) *casus mutationis*
1) *domini. Qui oriuntur*
a) *mor-*

a) *morte*, 268
b) *alienatione* 269.
c) *diuisione* 269.
2) *vasalli*. *Qui oriuntur*
a) *morte* 270. 271.
b) *diuisione* 272.
c) *alienatione* 273.
d) *felonia*.
b) *tempus*, *intra quod peti debet* 274.
c) *modum*, *quo peragitur* 275.
d) *poenam non petitae renouationis* 276.
Vbi causae, *quae ab illa liberant*, *peti possunt*
1) *a parte domini* 277.
2) *a parte vasalli* 278.
3) *neutiquam ab exiguitate feudi* 279.
e) *dominum*, *petitam renouationem denegantem* 280.
f) *sportulas*, *quae pro illa aeque ac noua inuestitura praestandae sunt* 281.
Quae sunt
1) *laudemium*.
Vbi consideratur eius
a) *notio* 282.
b) *origo* 283.
c) *etymologia* 284.
d) *probatio* 285.
e) *stricta interpretatio* 286.

f) *solutio, a quibus fieri debet* 287
g) *quantitas* 288.
h) *consequendi remedia* 293.
2) *die Anfalls-Gelder* 289.
3) *taxa feudalis* 290.
4) *solutiones ab electoribus et principibus imperii faciendae* 291.
5) *sportulae in specie* 292.

F) *iura domini dirigentis in feudo, eique respondentibus vasalli obligationibus Cap. X.*
1) *in genere*
quoad
a) *originem* 294.
b) *ius domini concurrendi ad dispositionem de feudi substantia* 295.
c) *possessionem domini* 296.
d) *domini ius vindicandi* 297.
e) *domini ius reuerentiam a vasallo exigendi* 298.
2) *in specie*
quoad obligationem vasalli
a) *dominum neque accusandi neque testimonium contra eum dicendi* 299.
b) *dominum alendi, eumque ex captiuitate redimendi* 300.
c) *domino seruitia praestandi* 301.
quae
vel ordinaria
Quo spectant
1) *equestria* 302.
tam indeterminata 303.

quam

quam determinata 304. 305.
et praestantur
a) *cum equite armis instructo.* 306.
b) *contra omnes* 307.
c) *praeuia legitima vocatione* 308.
speciatim in bellis imperii 309.
d) *exceptis quibusdam casibus, vbi vasallus ad seruitia non obligatus est.* 310.
qui autem cessant in feudis ligiis 311.
e) *hodie per substitutum, aut pro iis certa pecuniae quantitas ex mutuo vasalli et domini directi consensu soluitur* 312.
2) *iudicialia* 313.
3) *aulica* 314.
vel extraordinaria 315.
Inde feuda conditionata
1) *speciatim*
1) *die Sess-Lehn.*
2) *feuda castrensia Burg-Lehn.*
3) *feudum guardiae.*
2) *feuda pro praestando hospitio et victu* 316.
3) *feuda pro praestandis aliis singularibus seruitiis*
a) *intuitu officii in feudum dati* 317.

Inde
1) *feudum scuti, ein Schildlehn.*
2) *feudum loricae*
3) *feudum stagii, Steyler-Lehn, castrense feudum.*
4) *Schützen-Lehn.*

b) *intuitu rei, quam vasallus possidet.* 318.
Inde
1) *Rite-Lehn*
2) *feudum aperturae, ein Oefnungs-Lehn.*

4) *feuda ex quibus ludicra seruitia debentur* 319.
5) *feuda ex quibus loco seruitiorum census annuus praestatur* 320.
Inde feudum censuale s. pensionarium.

nisi
1) *sint remissa. Inde feudum francum* 321. *et* 322.
2) *iusta denegation. caussa adsit* 323.

d) *si feudum situm sit*
1) *in territorio domini* 324. *et* 325.
2) *extra territorium domini* 326.
Inde
1) *feudum landsassicum; in curte, et non landsassicum; extra curtem* 327.
2) *subiectio nobilis immediati intuitu feudi, quod in territorio*

rio domini directi possidet 328.
3) *feuda regalia cum summo imperio* 329.
e) *intuitu iurisdictionis feudalis, quae domino directo competit.*
Vbi consideratur
1) *eius notio* 330.
2) *causae in quibus locum habet* 331.
3) *eius fundamentum* 332.
f) *intuitu tutelae feudalis*
Vbi consideratur
1) *eius notio* 333.
2) *eius conditio antiquiori tempore* 334.
praesertim apud germanos 335.
3) *eius species.*
Est enim
vel testamantaria 336.
vel legitima 336.
vel datiua 337.
vel pactitia 337.
4) *officium tutoris feudalis* 338.
5) *confirmatio tutoris feudalis* 339.
6) *eius finiendae modi* 340.
7) *eius conditio intuitu personarum illustrium* 341. *et* 342.
g) *intuitu iurium singularium domini* 343.
iura vasalli in feudo, siue dominio vtili et subfeudo. Cap. XI.

De iuribus vasalli
I) *in genere*
intuitu
a) *fructuum feudi.* §. 344 - 346.
b) *ipsius feudi substantiae* 347.
II) *in specie*
quoad facultatem
1) *feudum alienandi*
Vbi agitur
a) *de speciebus alienationis feudi* 348.
b) *de propria feudi alienatione*
1) *in genere* 349.
2) *in specie*
a) *quoad feuda cuiuslibet generis*
1) *de ipsa feudi alienatione*
a) *illicita* 350.
b) *licita* 351.
2) *de eius requisitis* 352. *et* 353.
3) *de speciebus alienationis* 354.
4) *de poena non legitime factae alienationis* 355.
Speciatim
a) *de iuribus, quae! domino inde oriuutur.* 356.
b) *de casibus, quibus vasallus ab ista poena liberatur* 357.
c) *de iuribus emtoris, cui feudum*

feudum alienatum eſt 358.
b) *quoad feuda imperii.* 359.
2) *feudum refutandi* 360.
3) *iura exercendi, quae ex dominio vtili fluunt* 361. 362.
4) *de feudo teſtandi.*
a) *in genere* 363.
b) *in ſpecie*
1) *de teſtamento circa*
a) *feuda hereditaria* 364.
b) *fructus feudi* 365.
c) *allodialia feudo iuncta, cet.* 366.
d) *feuda noua et antiqua* 367.
2) *de aliis vltimae voluntatis ſpeciebus* 368.
5) *de feudo tranſigendi* 369.
6) *feudum ſubinfeudandi*
Inde ſubfeuda
Quae conſiderantur quoad
a) *notionem et originem* 370.
b) *naturam* 371.
c) *facultatem illa conſtituendi* 372.
d) *modum illa conſtituendi* 373. *et* 374.
e) *cauſſas ex quibus ceſſant* 375.
f) *effectus finiti ſubfeudi* 376.
7) *adimpletionem certarum obligationum a domino exigenti* 377.
8) *immunitatem a contributionibus, gabella,*

gabella, detractu, vectigalibus exigendi 378.
9) *postulandi, ne dominium directum sine eius consensu alienetur* 379.
10) *partem feudi certo modo in emphyteusin concedendi* 380.
11) *dotem constituendi* 381.
12) *feudum opignorandi*
Vbi agitur
a) *de variis feudum opignorandi modis* 382.
b) *de requisitis ad validam oppignorationem necessariis* 383-388.
c) *de effectibus factae sine domini consensu opignorationis* 389 *et* 390.
d) *de oppignoratione partis feudi regalis* 391.
e) *de hypotheca tacita* 392.
13) *dotalitium constituendi*
Vbi agitur
a) *de origine dotalitii* 393.
b) *de eius notione et axiomatibus, quae inde fluunt* 394.
c) *de rebus antiquiori tempore in dotalitium concessis* 395.
d) *de eo a quo constituitur* 396-399.
e) *de quantitate dotalitii* 400.
f) *de eo, quod dotalitium praeponit, et vitalitio* 401.
g) *de*

g) *de remediis dotalitium consequendi* §. 402.
h) *de optione, quae viduae ratione dotalitii vel dotis repetendae competit.* §. 403.
i) *de caussis, quibus dotalitium finitur.* §. 404.
k) *de dotalitio in feudis imperii.* §. 405.
14) *donationem propter nuptias constituendi.* §. 406.
15) *alios contractus circa feudum ineundi.* §. 407.
H) *reuocationem et retractum feudorum.* Cap. XII.
Reuocatio feudi fit
I) *ex iure delatae successionis.*
Quae consideratur
1) *in genere.* §. 408 *et* 409.
2) *in specie,*
dum indicatur
a) *quibus competit.* §. 410.
b) *quando locum habet.* §. 411.
praesertim si adsint
1) *proximiores agnati.* §. 412.
2) *simultanee inuestiti* §. 413.
3) *si neque proximiores agnati, neque simultanee iniustiti reuocare velint.* §. 414.
c) *quonam remedio feudum reuocatur.* §. 414.
Quod cessat.
1) *ob praescriptionem triginta annorum* 415.
2) *ob consensum agnatorum* 416.
3) *ob singularem feudi naturam* 417.
d) *quid facta reuocatione ab alienantis heredibus allodialibus praestandum* 418.
II) *ex iure protimiseos vel retractus.*
Vbi exponitur
a) *quid sit* 419.
b) *quibus casibus locum habet* 420.
c) *quibus competit* 421.
speciatim, an domino competat? 422.
I) *debita feudalia et executionem in feudum Cap. XIII.*
A) *De debitis feudalibus agitur*
a) *in genere*
1) *de origine debitorum feudalium, eorumque probatione* 423. 2) *de*

2) *de debitis ex feudis hereditariis soluendis* 424.
3) *de speciebus debitorum feudalium* 425.
Sunt enim debita feudalia
vel necessaria
vel subsidiaria
Haec sunt
vel legalia
vel consensuata.
b) *in specie*
1) *de debitis necessariis* 426.
2) *de debitis subsidiariis*
a) *in genere* 427.
b) *in specie quoad*
1) *debita legalia.*
Sigillatim quoad
1) *dotem*
a) *filiarum non illustrium* 428.
b) *filiarum illustrium* 429.
2) *alimenta filiis imperfectis debita* 430.
3) *impensas in funus defuncti vasalli factas* 430.
4) *sumtus studiorum* 430.
5) *legitimam filiabus praestandam* 431.
6) *dotis ab vxore illatae restitutionem* 432.
7) *dotalitium* 433.
8) *paraphernalia aliaque lucra* 434.
2) *debita consensuata* 435.
In quibus successoribus singularibus beneficium excussionis competit 436.
B) *de executione in feudum*
Vbi consideratur
1) *is, a quo peragitur.*
Qui est
vel iudex non dominus 437.
vel dominus directus 438.
2) *eius effectus, ius nempe pignoris, quod illa aeque ac impositum arrestum tribuit* 439.
3) *eius sequela, feudi nempe distractio, et ordo quo debita sunt soluenda* 440.
K) *modos, quibus nexus feudalis tollitur. Cap.* XIIII.
a) *in genere* 441. *Sunt*

Sunt enim cauſſae, quibus feudum amittitur,
vel communes,
vel propriae
b) *in ſpecie,*
quoad cauſſas
1) *communes* 442.
Quae ſunt
a) *feudi interitus totalis* 442.
b) *conſolidatio* 442.
in perſona
1) *domini*
2) *vaſalli*
c) *inſignis feudi deterioratio* 442.
d) *lapſus temporis* 442.
2) *proprias, nimirum feloniam* 443.
A) *vaſalli*
a) *prouincialis*
Vbi conſiderantur
1) *modi, quibus in dominum committitur*
a) *directo* 443.
b) *per indirectum* 444.
A quibus differt amiſſio feudi ob delicta in alios commiſſa 445.
2) *eius poena*
a) *qualis* 446.
b) *quomodo poteſt remitti* 447.
c) *quem habet effectum* 448.
b) *imperii* 450.
B) *domini* 449.
L) *Separationem feudi ab allodio Cap.* XV.
De qua agitur
a) *in genere, quoad*
1) *notionem* 451.
2) *caſus in quibus locum habet* 452.
3) *ea, quae ad feuda et quae ad allodium referenda*
a) *generatim* 453-456.
b) *ſpeciatim, intuitu*
1) *allodiorum feudo iunctorum* 457.
2) *meliorationum feudi* 458-460.
3) *impenſarum in rem feudalem factarum* 461.
4) *fructuum feudi* 462. b) *in*

b) *in specie quoad feuda imperii* 463. 464.
M) *actiones et iudicium feudale. Cap.* XVI.
1) *De actionibus, quae competunt*
a) *domino* 465.
b) *vasallo* 466.
2) *De iudicio feudali*
De quo agitur
a) *in genere, quoad*
1) *definitionem* 467.
2) *formationem* 468.
3) *pares curiae et iudicium parium* 469.
huiusque vsum vel non vsum intuitu
a) *feudorum imperii maiorum* 470.
b) *feudorum mediatorum* 471.
4) *arbitrium in causis feudalibus* 472.
5) *prorogationem inrisdictionis in causis feudalibus* 473.
6) *causas in iudicio feudali non tractandas* 474.
b) *in specie quoad processum*
1) *generatim* 475.
2) *speciatim, quoad*
a) *libellum* 475.
b) *citationem* 476.
c) *contumaciae poenam* 477.
d) *exceptiones tam dilatorias, quam peremtorias* 478.
e) *litis contestationem* 478.
f) *reconuentionem* 478.
g) *probationem* 479.
tam artificialem
quam inartificialem
1) *per testes* 479.
2) *per documenta* 480.
3) *per iuramenti delationem* 480.
4) *per ocularem inspectionem.*
h) *sententiam* 481.
i) *remedia contra sententiam* 481.
tam suspensiua
quam deuolutiua
k) *executionem* 481.

CAPVT I.

DE

FEVDO IN GENERE EIVSQVE ESSENTIALIBVS ET NATVRALIBVS.

§. I.



FEVDVM, seu, prout in antiquis legitur tabulis, *Feodum a)* sine dubio a Germanorum illo FE *b)* *merces* et ODE *c)* *possessio*, originem trahit, sicque possessionem indicat

Etymologia vocis feudum.

a) Quod docuit du FRESNE *Glossar.* voce *Feudum.*

b) *Fe*, *Feo*, *Feoh* conuenit Germanico vocabulo *Vieh.* Sicuti enim rarus apud maiores nostros pecuniae erat vsus, ita quoque nummorum loco pecudes seu *Vieh* solutionibus adhibebant. Inde merces et alimonia, vtplurimum in *Vieh* consistens, dicebatur *Vieh*, *Fe*, *Feo.* WACHTER *Glossarium* v. *Vieh*, a LVDEWIG *iuribus feudorum Rom. imp.* Cap. II. qu. I. vbi ex omnium fere gentium Germanicae originis lexicographis docuit *fee* denotare *alimoniam.*

c) *Od* denotat *substantiam*, *bona*, *opes*, *possessiones*, *diuitias*, obseruante WACHTERO *voc.* OD. Exinde descen-

indicat mercenariam *d)*. Est haec deriuatio simplicissima et naturam exprimit feudorum *e)*.

§. II.

De voce Lehn.

Germanis feudum dicitur *Lehn*, *Lehnguth*, quamuis sub voce *Lehn* non semper intelligatur feudum. Vocabulum enim *Lehn* generaliter sumtum denotat translationem possessionis retento sibi iure quodam; ac proinde praedia emphyteutica et censitica haud raro vocantur *Lehne*, *Lehngüther*, imo mutuum

dunt voces adhuc hodie vsitatae KLEINOD, *parua substantia*, ALLOD, *vetus possessio*, EINODE, *solitudinaria possessio*.

d) Probant hancce Etymologiam SCHILTER *de natura successionis feudalis*, Cap. I. §. 3. HERTIVS *de feudis oblatis* P. I. §. 2. ill. GEBAVER *orig. feodi qua vocem, qua rem non externas, sed Germanicas*, Lipsiae 1732. aliique plures.

e) Sunt tamen, quibus haec minime placet deriuatio, putantes, vocem OD. non tam possesionem denotare, quam solum terminationem Germanis solitam esse. *Dominus* BVRI *Erläuterung des teutschen Lehnrechtes* C. I. p. 42. Hinc diuersimode ducunt vocis *feudum* originem, vel a voce *fides*. II. F. 3. fin. vel a *foedere*, HEIGIVS P. I. qu. 2. n. 70. p. 45. vel a litteris initialibus iuramenti a vasallis praestandi, *Fidelis Ero Vbique Domino Vero Meo* BODINVS L. I. *de re publ.* C. 90. p. 168. vel a *feda* bello HOTTOM. *disp. feud.* p. 10. vel a Germanico *fuden*, *foden* pascere, alere, et quae sunt aliae opiniones, quas hic prolixe recensere, compendii non permittit ratio. Interim vide a LVDEWIG *de iure clientelari* S. I. C. II. §. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0036
DFG

mutuum, et commodatum sub nomine *des Lehns* veniunt *f*).

§. III.

Vox *Feod* vna cum prima feudorum origine vsu obtinuisse videtur, ast a latine scribentibus non fuit adhibita *g*), vsque dum saeculo IX. in monumentis primus eius vsus inueniatur *h*), qui saeculo IX. rarus, postea saeculo decimo et vndecimo frequentior est factus. *Vox Feod sero occurrit.*

§. IIII.

Dicebantur autem feuda latine scribentibus beneficia *i*), honores *k*) militiae *Feudi Synonyma.*

f) HORO *iurisprudentia feudal.* cap. II. §. 3. LEYSER sp. 102. *Meditat.* 5. et 6.

g) Consentit nobiscum SPENER *in obseruat. historico-feudalibus* obs. I. §. 3. not. m.

h) Probat hoc priuilegium Ludouici pii de Anno ıɔCCC XXIV. monasterio Ebersheimensi concessum apud SCHILTERVM *de bonis domin.* p. 579. ibi: *nec quisquam praesumat quicquam iure proprietatis transfundere vel iure haereditatis alicui concedere. Sed si vtilitas monasterii sui exposcit, mancipiis ecclesiae seruili tantum* FEODO *concedatur.* Et licet insuper alia quoque loca adduci soleant, omnia tamen suspectae sunt fidei. HEVMANN explicat. *diplom. quorundam antiquiorum, quae primam vocis feudi mentionem facere perhibentur* apud IENICHEN *thes. iur. feud.* p. 569.

i) I. F. I. c. 2. II. F. 34. c. 2. F. 35. et passim. Quare etiam Beneficia et Allodes sibi inuicem opponuntur. *Capit. Caroli Calui VII. §. XX. tit. XXXVI. cap. XXII.* Vid. du FRESNE, SPELMANN *in Glossario*, SCILTER *in Comm. ad*

tiae *l*) miniſteria *m*) ſiue de munere Regum *n*) conceſſa.

§. V.

Feudi Homonymia.

Feudum in iure Feudali diuerſimode accipitur. *Primo* enim dicitur pro *contractu* feudali. Hinc ſubinde formula occurrit *per feudum inueſtire o*), ſiue, quod idem eſt, mediante contractu feudali inueſtire. *Deinde* feudum dicitur pro iure *domini* in re feu-

ad Rubricam Iur. Feud. Alemannici. BOEHMER *de Feudis Eccleſ. cap. I. 3.*

k) *Capit. lib. IV. c. XXX.* HONOREM *qualemcunque habuerit, ſiue beneficium, amittat.* Vid. du FRESNE voce *honores.*

l) PAVLVS DIACONVS *Chron. Caſin. l. IV. c. XXXV. Curtes, quae manifeſte Imperii erant,* MILITIAS *et Caſtra Imperii.* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus n. XIX. p. 943. hic legem inſtituit apud Teutones, vt* MILITIAE, *more Gallorum et Anglorum, ſucceſſionis iure deoluerentur, ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia,* du FRESNE *voce Militia.*

m) *Capit. Ludouici II. Tit. IV. c. IV. eorum Miniſtri, ſi aliquem dimiſerint, et proprium et* MINISTERIVM *perdant.*

n) MARCVLPHVS *lib. I. form. XII. villas illas, quas aut* MVNERE REGIO, *aut de alode parentum, vel vndecunque ad praeſens tenere videtur, lib. I. form. XXXVII. lib. II. form. XVII.* Adde *hiſtoriam Iuris cap. VIII. §. I.* Adde Dnum BECKIVM *de Paribus reipubl. miniſtri et vaſalli iuribus, cap. II. §. XXIV. ſeqq.*

o) I. F. I. 28. II. F. 3. §. 9. 20. 23.

feudali, siue pro *dominio directo p*). *Tertio* pro iure, quod vasallus in feudo habet, siue *dominio vtili q*). *Quarto*, pro re seu praedio, iure feudi concesso *r*).

§. VI.

Feudum varie definitur *s*). Nobis *feudum in genere est res, cuius vtilitas sub lege fidelitatis loco salarii est concessa.* Haecce vtilitas, antiquiori tempore in vsufructu *t*) consistens, in dominium vtile transiit. Inde hodie feudum definiri potest, quod sit: *Res in dominium vtile sub lege fidelitatis loco salarii concessa.* *Feudi definitio.*

§. VII.

Ex ipsa autem feudi definitione constat, in omni feudo tria requiri necessario. *Primo* *Essentialia feudi.*

p) II. F. 34. c. 2. *quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest.* II. F. 55. c. 1.

q) I. F. 1. c. vlt. I. F. 25. pr. II. F. 1. c. 1. *feudum non nisi in rebus soli consistere posse.*

r) I. F. 4. II. F. 8. 22. 28. c. *si vasallus in feudo aedificium fecerit.*

s) Varias definitiones examinat LVDEWIG *iure client. sect.* II. *cap.* I. §. 3.

t) II. F. 23. fine. Hinc variae formulae feudales, vtpote *res ecclesiasticas vsufructuario iure tenere.* CAPIT. Caroli Calui Tit. VII. n. 12. *vsufructuario iure beneficiare.* Inter FORMVLAS SIRMONDICAS numero XXXVIII. *per beneficium tenere et vsufructuare.* FORMVLA BIGNONIANA n. 20. *per beneficium vsufructuario praestare* FORM. BIGN. n. 22. *beneficium vsufructuario iure excolendum.* MARCVLPHVS *form.* lib. II. n. 5.

me conceſſio vtilitatis, ſeu *domini vtilis. Deinde*, vt haecce conceſſio ſit facta ſub *fidelitatis* lege, et quidem *tertio* loco *ſalarii* (§. 6.). Sicuti vero ea, ſine quibus res concipi nequit, eius ESSENTIALIA conſtituunt; ita quoque tria habemus feudi eſſentialia. Quorum *primum* eſt *rei vtilitas* ſeu dominium vtile *u*); *ſecundum*, vt haecce vtilitas ſeu dominium vtile conceſſum ſit *loco ſalarii*, et *tertium*, *fidelitatis* praeſtatio. Vnicum ex hiſce eſſentialibus ſi tollis, feudum non amplius habebis.

§. VIII.

Definitio vtilis dominii.

DOMINIVM VTILE (§. 7.), eſt *ius, omnem ex re vtilitatem percipiendi coniunctum cum facultate de ipſa rei ſubſtantia ita disponendi, ne illa fiat deterior.* Vtile igitur dominium tribuit ius, 1) omnem ex re percipiendi vtilitatem, 2) de rei ſubſtantia diſponendi, ita tamen, 3) ne rei ſubſtantia fiat deterior.

§. VIIII.

Defin. fidelitatis, domini, et vaſalli.

FIDELITAS, quae ad feudi refertur eſſentialia (§. 7.), eſt *voluntas efficax, quouis modo alterius honorem et vtilitatem promouendi, et damna auertendi.* Qui dominium vtile loco ſalarii ſub fidelitatis lege conceſſit, vocatur *dominus x*), *ſenior*

u) Recentiori aetate vaſallo dominium vtile competere, docet textus II. F. 8.

x) I. F. 10. 11. 12.

nior y), *patronus z*), *dominus directus*, *Lehnherr*, eius vero dominium dicitur *dirigens*, *directum*, *proprietas*, *Obereigenthum*, *Grundherrlichkeit*, *Lehnherrlichkeit*, *Lehnsherrschaft*. Is, cui dominium vtile loco solarii fidelitatis lege concessum est, dicitur VASALLVS *a*). *miles b*), *cliens c*), *fidelis d*), *beneficiatus e*), *foedatus feudatarius f*). Germanice vasalli dicuntur *Lehnleute*, *Lehnmänner*.

§. X.

Feudum conceditur loco salarii (§. 7.) SALARIVM est *praestatio*, *quae fit pro seruitiis*. Hinc vasallus pro salario seruitia praestare tenetur *g*), et quidem in regula *aequestria*, *Pro feudo seruitia praestantur.*

y) l. F. 17. 18. Inde Gallorum, Italorum et Hispanorum *Signeur*, *Signore*, *Sennore*, EYBEN *electis iur. feud.* cap. VIII. §. 6.

z) ROSENTHAL cap. I. coucl. XI. n. 1.

a) Originem vocis: *vasallus*, deriuant a vocabulo Gothico, *Gvvas*, *Guassal*, *Wassal*, quae vocabula denotant hominem obnoxium, pro alimonia, aut mercede certa seruientem. ILL. BVDER *amoen. iur. feudal.* n. 15.

b) l. F. 19. 21. 22. 23.

c) l. F. 10. 13.

d) l. F. 1. FEBVRE *dans les breuves*, p. 280.

e) du FRESNE *gloss.* v. *beneficiatus*.

f) IDEM voce *feudatarius*.

g) II. F. 23. ibi: *ad hoc vt ille et sui heredes fideliter domino seruiant*. Adde textum II. F. 24. Conuenit *capit.* lib. v. cap. 377. Apud BALVZ p. 904. *quia volumus illi beneficium dare*, *qui nobis bene seruierit*, et Glossa *des Sachsenrechts* lib. II. artic. 50. *Lehn ist Guth oder*

ſtria, aeque ac *aulica*, et *iudiciaria*; ideoque non niſi perſonae, ad huiusmodi ſeruitia habiles, ad ſucceſſionem et acquiſitionem feudorum admittuntur.

§. XI.

Quid ſit dominium directum.

DOMINIVM DIRECTVM (§. 8.) eſt *ius concurrendi ad diſpoſitionem de feudi ſubſtantia, quatenus illa in deterius vel contra conceſſionis legem fieri debet.* Nam vaſallus feudum tenet ex domini conceſſione (§. 9.), qui proinde quoque conceſſioni dicere poteſt legem, absque eius conſenſu haud violandam. Porro vaſalli de feudi ſubſtantia non valet diſpoſitio, quatenus per illam feudi conditio ſit deterior (§. 8.). Hinc, quatenus vaſallus contra conceſſionis legem, aut in feudi deteriorationem vult diſponere, conſenſu opus eſt domini directi, qui proinde concurrit ad diſpoſitionem de feudi ſubſtantia.

§. XII.

Quid de naturalibus ſit obſeruandum.

NATVRALIA feudi dicuntur, *quae ex feudi eſſentialibus conceptibilia lege diſponente feudo ineſſe praeſumuntur.* Sicuti vero praeſumtio cedit veritati, ita quoque naturalia feudo non inſunt neceſſario, ſed ex pacto vel iure ſpeciali poſſunt abeſſe. Huiusmodi vero

oder Gült - - Von demſelben müſſen ſie dann ihrer Pflicht nach dienen, dann es nichts anders iſt, als ein Sold, man wolle ſie es dann aus Genaden erlaſſen.

vero pactum vel consuetudo indiget probatione, quam proinde subire tenetur, qui naturale quoddam abesse adserit. Imo haec probatio stricte interpretanda est, et a remissione vnius naturalis ad remissionem alterius non valet consequentia. Porro cum naturalia sint ex legis dispositione, hac variante pro diuersitate prouinciarum, variant naturalia.

§. XIII.

Exponuntur naturalia feudi.

Naturalia feudi ex eius essentialibus concipiuntur (§. 12.). Sic ex *fidelitate* concipitur I.) obligatio vasalli ad praestandum fidelitatis iuramentum *h*), et II.) ad inuestiturae renouationem, mutatione in persona domini vel vasalli facta *i*). Porro exinde, quod feuda sint *loco salarii* (§. 7.), fluit III.) obligatio vasalli ad seruitia equestria, aulica et iudiciaria (§. 10.), vt et IIII.) exclusio feminarum aliarumque ad seruitia inhabilium ab adquisitione et successione feudali *k*). Tandem ex *dominio vtili* concipitur; V.) quod feudum regulariter in re immobili consistat *l*), et, quia lex in concessione posita est seruanda (§. 11.), VI.) in feudo non nisi adquirentis descendentes habiles succe-

h) II. F. 3. ILL. BVDER *am. iur. feud.* n. 8.

i) II. F. 40. II. F. 52. §. vlt.

k) II. F. 36.

l) II. F. 1. §. vlt.

dant *m*), et *VII.*) in alienatione feudi domini directi, et certo modo agnatorum consensus sit necessarius *n*). Habes hic naturalia feudorum.

§. XIIII.

Diuisio feudorum in propria et impropria.

In feudo aut *omnia adsunt naturalia*, aut *vnum vel alterum ex naturalibus deest.* Priori casu PROPRIVM, posteriori vero IMPROPRIVM dicitur FEVDVM. Oriuntur vero feudorum improprietates vel exinde, quod *primo* feuda a diuersis populis fuerint orta, hinc alia sunt iuris Longobardici, alia iuris Francorum, alia iuris Burgundici. *Deinde*, quod feuda diuerso iure fuerint suborta, prout in Silesia. *Tertio* ob pacta inuestiturae adiecta.

§. XV.

Feudorum adsinia.

Si vnum vel alterum ex feudi essentialibus deest, feudum quoque non adest (§. 7.). Hinc in feudorum numero non sunt I.) PRAEDIA EMPHYTEVTICA *Erbzinsgüther*, quorum dominium vtile sub lege meliorationis et praestandi annui canonis, minime vero pro salario et sub lege fidelitatis est concessum *o*) II.) BONA LIBELLARIA, quorum

m) II. F. 1. §. 2. II. F. 14.

n) II. F. 53. p.

o) de his vide LVDEWIG *iure clientel.* sect. II. cap. I. p. 136. de LVDOLFF *Consult. et Decis.* arg. 33. BVRI *Erläuterung des Lehnrechts*, p. 830-930.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0044
DFG

rum dominium vtile ea lege est concessum, vt elapso certo tempore data pro libello certa pecuniae quantitate venditio renouetur *p*). III.) BONA MEIERICA, *Meyergüther*, quae sunt praedia, quorum vtilitas vel ad tempus vel in perpetuum pro certa transfertur mercede et operis praestandis *q*). IIII.) PERCARIAE seu PRAESTARIAE, quae sunt praedia, quorum vsusfructus alicui ad dies vitae sub lege praestandi annui census in recognitionem dominii est concessus *r*). Haecce praedia nec loco salarii, nec sub lege fidelitatis conceduntur, ideoque non sunt feuda (*§.* 7.).

§. XVI.

Feudo opponitur ALLODIVM, quod et *proprietas*, *hereditas*, *proprium s*) *Erbe* dicitur, et definiri potest, quod sit: *res, cuius dominium sub lege fidelitatis loco salarii haud est*

Feudi contrarium.

p) II. F. 55. pr. II. F. 9. *§.* 1. II. F. 44. *Nov.* 7. pr. LEX. ALAM. tit. 19.

q) pro diuersitate prouinciarum meiericorum praediorum conditio variat, et in plerisque naturam habet locationis conductionis. Horum indolem egregie illustrat D. G. STRVBEN comment. *de iure villicorum, vulgo vom Meyerrecht*, 4to.

r) CHRON. LAVRISCH p. 115. *ad dies vitae suae potestatiue ac securiter et quiete obtinendas et fruendas per precariam suscepit.* Adde du FRESNE *glossario* voc. *precaria.*

s) I. F. 1. c. 2. II. F. 29. 42. 43. 44. 45. 48.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0045
DFG

est conceſſum. Huiusmodi allodia in AVITA, *quae a maioribus familiae ſunt adquiſita*, et PROPRIA ſeu ADQVISITA, *quae ſibi ipſi quis adquiſiuit*, recte diuidi ſolent. De his in regula libere diſponit poſſeſſor, minime vero de illis, quippe quae fideicommiſſorum familiae iure cenſentur, ideoque feminarum reſpuunt ſucceſſionem, exiſtentibus maſculis ab adquirente deſcendentibus. Et quamuis recepto iure Romano haec principia inter priuatos abiere in deſuetudinem, illa tamen inter illuſtres et nobiles adhuc hodie vſum praeſtant *t*). Inde diſtinctio bonorum in feudum, allodium, proprietatem, vt et in bona de munere regio conceſſa, vel de allode parentum, vel de attractu *u*), Germanis: *Lehn, Erbe, Eigen x*), vel *Lehn, Erbe, Errungenſchafft.*

§. XVII.

t) Noſtra diſp. *de reſtrict. illuſtr. alienandi facult.* cap. I. §. 7. ſeqq. in STRVVII *iurispr. her.* P. VII. LVDOVICI diſſert. *de diſcrim. bonor. adquiſit. et auitor.* Halae 1714.

u) STRVV. *hiſtor. iur.* cap. VIII. §. 1.

x) Sic in *gloſſ. Landrechts* lib. III. art. 39. n. 2. *Ein Zinſsgut iſt weder EIGEN, ERBE, noch LEHN.* Sic in Caroli IIII. imp. priuilegio Fridbergenſibus conceſſo anno 1350. *daſs Niemand uf ihr Lihe oder uf ihr Gut, is ſey EIGEN, ERBE, LEHN, Pfandgut,* oder *wie es genannt iſt, ſy laden, heiſchen oder beklagen ſoll.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0046
DFG

§. XVII.

Allodiis quoque adnumerantur *feuda solaria*, quae sunt *allodia soli simulate in feudum oblata.* Haecce simulatio eum forsan in finem est adhibita, vt actus esset publicus, quo sollemni ritu declarari posset, Dynastiam a nexu feudali esse liberam *y*). *De feudo solari.*

* *

CAPVT II.

DE

ORIGINE FEVDORVM.

§. XVIII.

Feudorum origo a diuersis gentibus deducitur. Non desunt, qui prima feudorum vestigia apud Romanos obseruari credunt. Et negari nequit, analoga feudorum sub *Feuda nonnor. originis.*

y) Idem iam obseruauit IENICHEN in erudita comment. *Gedanken von Sonnenlehen.* Gieff. 1749. Tale feudum solare esse dynastiam *Werberg*, obseruat SCHOPPIVS de allodiis c. I. §. 6. verbis: *das Stammhaus Werberg und Güter ist nebst andern Lehnstücken der Herrn von Werberg bey Helmstätt uhraltes Eigenthum gewesen. Es hat solches der Senior gegen der Sonnen Aufgang mit Harnisch und bloßem Schwerdt anreitend, und ein Creuzstrich in der Sonnen Strahlen schlagend*, addita quadam deuotione et datis eleemosynis a Deo recognosceret. Sic quoque inter feuda solaria referunt Dynastias *Richolt* et *Schönau ill.* L. B. de CRAMER *Wetzlarischen Nebenstunden* P. IX. obseruat. 5. de LVDOLFF P. I. obs. 8.

sub beneficii nomine Romanis fuisse cognita. Nam militibus eorumque heredibus sub conditione, vt militiam et fidelitatem praestarent, praedia esse concessa, et leges z), et autorum veterum loca a) loquuntur. Ast haec beneficia a feudis in eo differebant, quod milites plena gauderent proprietate b).

§. XVIIII.

z) L. 11. D. *de suictionibus* L. 15. §. 2. D. *de rei vindicat.* Tit. Codic. Iustin. *de fundis limitrophis*, et Cod. Theod. *de terris limitaneis*, adde GVNDLINGIANA P. I. obs. 1. et P. XV. obs. 2.

a) Facit huc locus AELII LAMPRIDII, qui in vita Alexandri Seueri c. LVIII. de eodem scribit: *sola quae de hostibus capta sunt limitaneis ducibus et militibus donauit, ita ut eorum essent, si haeredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent.* VOPISCVS *in Probo cap. XVI. Veteranis omnia illa, quae anguste adeuntur, Isauriae loca priuatis donauit, addens, vt eorum filii ob anno octauo decimo mares duntaxat ad militiam mitterentur.* Idem patet ex HYGINO *de limitibus* p. 201. *si quae beneficio concessae aut assignatae coloniae fuerint, in libro beneficiorum adscrimus.* Vixit autem sub Traiano Imp. Hyginus. Et clarius adhuc AVGVSTINVS *serm. I. in vigilia Pentecostes: notum est, quod milites seculi beneficia temporolia a temporalibus dominis accepturi, prius militaribus sacramentis obligantur, et dominis suis fidem se seruaturos profitentur.*

b) Quod vel ex ipso *Aelii* LAMPRIDII citato loco patet. ibi enim verba: *militibus donauit* et *sua rura* de proprietate ad milites pertinente testantur.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0048
DFG

§. XVIIII.

Potius igitur eorum ratio est habenda, qui Germanis hanc tribuunt originem, sub quo nomine multae gentes postmodum hinc inde dispersae comprehendebantur. Primo enim instituto Germanorum primaeuo feudale institutum est conueniens *c*), *deinde* saltim in Germanorum vel a Germanis oriundorum populorum legibus et scriptoribus prima feudorum fit mentio. *Tertio* feuda solum in terris a Germanis occupatis, prout in Gallia, Anglia, Italia, Belgio locum habent, in aliis vero terris, in quibus Germani sedem non fixerunt, vtpote in Hispania, non vigent *d*). *Tandem* termini et formulae feudales potiorem partem sunt Germanicae.

Potius feudorum origo a Germanis est petenda.

§. XX.

c) Nam licet feuda tunc non fuerint pro statu nostrorum temporum, institutum tamen fuit, occasionem et seminarium praebens feudorum, prout TACITVS de M. G. nos docet, dum *cap.* XIV. scribit. *Magnum Comitatum non nisi vi belloque tueare. Exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulae et quanquam incompti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt, materia munificentiae per bellum et raptus.* Adde SPENERVM *de primis vestigiis feud.* §. V.

d) Id quod etiam adgnouit GROTIVS *de I. B. et P. lib.* I. *cap.* III.

§. XX.

Franci feudorum auctores.

Inter totidem vero Germaniae populos prima apud Francos feudalis nexus fit mentio, vt illos pro feudorum auctoribus habere, saeculo etiam quinto feuda apud Francos iamdum fuisse cognita, adserere minime dubitemus. Et quidem facile credendum est. Pharamundum, postquam ipsum fines prolatandi cupido incesserit, feudorum morem introduxisse, partim, vt deuictorum agros militibus suis probe meritis sub fidei, et militiae vel ministerii conditione adsignaret; partim, vt deuictos sub nexu feudali magis redderet obligatos. Interim dum horum temporum desint monumenta, certi aliquid definiri nequit. Certiora paullulum feudorum vestigia sub Clodoueo inuenimus. Hic enim, prout patet ex scriptoribus antiquis *e*), Aureliano castrum

e) RORICO Mon. *lib.* II. FRAGMENTVM DE REB. FRANC. ap. du CHESNE *Tom.* I. p. 525. 700. 806. AIMOINVS *Lib.* I. *cap.* XIV. *Gundebaldus, licet iniustus, Clodouei eam* (Chrotildem) *tradidit legatis: nihil ei de suis tribuens thesauris, postmodum tamen operante et industria Aureliani pars maxima ex ipsius cessit dominio Clodouei. Vnde cum Clodoueus Regnum suum vsque Sequanam atque postmodum vsque Ligerim fluuios ampliasset. Milod vnum Castrum eidem Aureliano cum totius ducatu regionis* IVRE BENEFICII *concessit.* Factum hoc an. 490, quo nuptiae Clodouaei cum Chrotilde fuerant celebratae. Adde THOMASIVM de *Origg. Feudalibus* §. XIII.

strum Milodunum cum totius ducatus regimine concessit tanquam beneficium. Post ista tempora, sub Sigeberto *f*), eiusdemque successoribus, beneficiorum videmus factam esse mentionem. Immo, in formulis Marculphi, qui saeculo septimo vixit, frequentes de iisdem videntur formulae, vsque dum sub Pipino ad pleniorem perducta fuerint adolescentiam, et maiora ceperint incrementa *g*), vt ideo a vero longe aberret THOMAS FRANZIVS *h*), qui Carolum M. primum constituit feudorum auctorem.

§. XXI.

f) GREGORIVS TVRON. *lib.* IV. *cap.* XLV. *Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam vsque Marchouillam Auennici territorii, quam Murmolus* MVNERE *meruerat* REGIO, *accessit.* Et sub GVNTRAMMO, *lib.* VII. *cap.* XXII. *dum autem haec agerentur, res ipsius Eberalsi diuersis conceduntur, aurum argentumque. Quod vero* COMMENDATVM *habuit, publicatum est.* Adde THOMASIVM *de Originibus feudalibus, et historiam iuris cap.* VIII. §. IV.

g) Patet hoc ex *capitulari compendiensi de an.* 757. *cap.* VI. ANNALES LOISELIANI *ad an.* 748. *haec audiens Pipinus, iter illuc arripiens cum exercitu supranominatos totos sibi subiugauit, Grisonem secum abduxit, Landfridum similiter, Tassilonem vero in ducatu Baiuuariorum conlocauit per suum* BENEFICIVM.

h) Singulari oratione, quam *Synt. iur. feud.* subiecit B. PARENS.

§. XXI.

Francos secutae aliae gentes septentrionales.

Francos inde secutae fuerunt aliae gentes septentrionales. Sic Gothi, Italia occupata, iam dum sub Ostrogothorum rege Theodorico *i*), idem seruasse videntur institutum *k*). In legibus Alemannorum *l*), vassorum mentionem fuisse factam, videmus. Leges Burgundionum *m*) beneficio-

i) Licet tradant sub Herulorum rege Odoacro iam dum coepisse ex PROCOPIO *hist. Goth. lib.* I. *sub init. tertiaque agrorum parte distributa, barbaros eo beneficio ita sibi deuincit, vt decem per annos imperium tenuerit,* Idem *lib.* I. pag. 142. *Iniuria subditorum quenquam nec afficiebat, demto, quod partem agrorum, quam Odoacri milites possederant, inter se Gothi partiti sunt.*

k) In hanc rem intelligunt locum CASSIODORI *lib.* XII. *Ep.* V. p. 390. *Sed quo facilius instrueretur vestra notitia, imputationum summas infra scriptas breuibus credidimus exprimendas, vt nemo vobis vendat* BENEFICIVM, *quod publica noscitis largitate collatum. Continete ergo possessorum intemperatos mores.* Ast variis dubiis subsunt haec verba.

l) LEG. ALEMANN. *cap.* XXXVI. §. VI. *Qualiscunque persona sit, aut* VASSVS *ducis aut comitis, aut qualiscunque personae, nemo negligat ad ipsum placitum venire.* Licet negandum haud sit, vassos non semper feudorum possessores notare, quandoque saltem famulos.

m) LL. BVRGVNDIONVM *Tit.* I. §. 3. 4. *Illud etiam huic legi adiungi placuit, vt, si quis de populo nostro a parentibus nostris munificentiae causa aliquid percepisse dignoscitur, id quod ei collatum est, etiam ex nostra largitate filiis suis relinquat, praesenti constitutione praestamus. Id etiam statuentes, vt, si quid etiam de nostro*

ficiorum mentionem facere, varii quoque tradunt. Certiora feudorum vestigia in legibus Longobardorum obseruamus *n*). Hi enim militibus suis et ministerialibus vel antiquis possessoribus praedia feudi lege concedebant. Qui tamen demum saeculo VI. regnum suum in Italia stabiliuerunt, et in antiquis suis legibus nihil de feudis statuerunt *o*).

nostro munere, aut Deo praestante aliter perceperint, donationum nostrarum textus ostendant. Superest, vt posteritas eorum ea deuotione et fide deseruiat, vt augere sibi et seruare circa se parentum nostrorum munera cognoscat. Mentionem hic munificentiae regiae, fideī et seruitiorum factam esse videmus.

n) Lib. III. tit. 8. L. 11. *quicunque suum* BENEFICIVM *occasione* PROPRII *desertum habuerit, vt infra annum, postquam comes vel missus noster notum factum habuerit, ipsum beneficium, amittat.* Hic beneficia proprietati opponuntur, sicque beneficii voce feuda intelligi, clarum est.

o) GVIDO PANCIROLLVS equidem *Thes. Var. Lect. lib.* I. *cap.* IX. autumat, feudorum formam a Longobardis emanasse. Prouocat ad REGIONEM an. 517. de Othario, Clephonis filio, quem regem supra se statuerint Longobardi, dicentem: *Duces qui tunc erant, ob restaurationem regni omnium substantiarum suarum medietatem regalibus vsibus tribuunt, vt esse posset, vnde rex ipse, vel qui ei aderant, per diuersa officia alerentur.* Idem dicit PAVLVS DIACONVS *de Gestis Long. lib.* III. *cap.* XVI. Verum haec ad feuda adplicari minime poterunt. In legibus Longobardorum antiquis ne micam quidem de feudis reperimus. VINC. CARLOTIVS *Disp. lib.* II. *cap.* XXX. hanc originem aeque

§. XXII.

In Germania fuerunt nota feuda maiora et minora.

In Germania noſtra iam Carolingicis temporibus non minora ſolum feuda, ſed maiora quoque fuere cognita. De maioribus habemus exemplum Taſſilonis, Boiorum ducis, qui DCCLVII. de ducatu a Pipino inueſtiebatur *p*).

§. XXIII.

Minora et mediata feuda fuerunt ſub Carolingis.

Minora et mediata feuda ſub Carolingis fuiſſe, nullum eſt dubium. Vaſalli enim epiſcoporum, abbatum, comitum, aliorumque procerum propter accepta beneficia ſacramentum fidelitatis dicebant, et imperatori et ſuis ſenioribus *q*) ſeruitia tam

aeque Longobardis tribuit, prouocans ad PAVLVM DIACONVM *de G. Longobard. lib.* V. *cap.* XXIX. vbi dicitur, quod Grimoald, Regis filius, Alzechonem, Bulgarorum ducem Gaſtaldium fecerit, ipſique *ad habitandum ſpatioſa loca conceſſerit.* Attamen haec ad feuda non pertinent.

p) Annal. Francor. Regum A. DCCLVII. *Illuc et Taſſilo Dux Baiuuariorum cum primoribus gentis ſuae venit et more Francorum in manus regis inuaſſati cum manibus ſuis ſemetipſum commendans, fidelitatem tam ipſi regi, quam filiis eius - - promiſit de Aquitania.* ANNALES R. FRANCOR. ad A. 788. *Cum in illa villa generalem populi ſui Rex fieri conſueuiſſet conuentum at Taſſilonem ducem ſicut et caeteros Vaſſos ſuos in eodem adeſſe iuſſiſſet.* Hic intelligi maiores vaſſos exinde patet, quod Taſſilonem ducem non niſi pares iudicare potuerint.

q) *Capit. Caroli M.* Lib. III. cap. 8. ap. Bal. p. 755.

tam aulica *r*) quam militaria *s*) praestabant, sicuti et imperatores de conseruandis huiusmodi beneficiis valde sollicitos obseruamus *t*). Aucta deinde sunt feuda sub Henrico Aucupe, quippe qui militiae equestris auctor plura ordinauit feuda *u*). Postea tempore interregni occasione diffidationum multa feuda oblata sunt orta *x*).

§. XXIIII.

Beneficia tempore Caroling. non fuerunt hereditaria.

Quamuis autem beneficia tam maiora quam minora tempore Carolingorum non essent hereditaria, sed solum ad dies vitae vsufructuario iure concederentur, raro tamen et non sine causa sub fine Carolingici imperii liberis parentum, de patria bene meritorum, beneficia sunt ademta *y*).

r) Quod vel solum Guelphorum exemplum testatur, de quo MON. WEINGARTENSIS ap. LEIBNIT. S. R. B. T. I. p. 781. LEX. ALEM. cap. 36. §. 6.

s) Capitul. III. A. 811. cap. 8. pag. 486. Capitul. I. A. 812. c. 4. et 5. p. 491. Capitul. II. A. 812. c. 9. p. 496. Capitul. V. A. 819. cap. 27.

t) Capitul. III. A. 812. p. 498. Carol. Calui T. I. VII. cap. 20. BAL. T. II. p. 31.

u) ILL. ESTOR. *obseru. iur. feud. XV.*

x) HERTIVS *de feudis oblatis* §. 8.

y) de maioribus feudis hoc probant annales Francor. Fuld. ad A. 884. apud Freh. T. I. p. 56. de minoribus v. Capitul. Caroli Calui T. 53. c. 9.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0055
DFG

* *

CAPVT III.

DE

IVRE FEVDALI.

§. XXV.

Ius Feudale quid et quinam illud condat.

IVS FEVDALE est *complexus legum feudalium.* Leges sunt imperantis voluntas, sicque non cuilibet domino directo, sed illi solum, qui summo gaudet imperio, ius leges ferendi feudales competit. Quibus tamen extra necessitatis casum vasallis ius ex pacto seu consuetudine quaesitum sine eorum consensu auferri nequit.

§. XXVI.

Primordia iuris feud.

Primum ius feudale sine dubio fuit pactitium, et quae pacto non erant determinata, iudicio peritorum definiebantur. Horum sententiae vsu aliquoties confirmatae in ius non scriptum transierunt. Postea quoque in scriptis quaedam feudorum iura sunt constituta z). Varia enim, quae ad feuda pertinent, iura in capitularibus Regum Francorum occurrunt, a Carolo

z) Prima lex, quae feudorum mentionem fecit, est capitulare compendiense de anno CIↃ IↃ CC LVII. Apud BALVZIVM capit. T. I. p. 182. ibi: *Homo Francus accepit beneficium de seniore suo, et duxit secum suum vasallum etc.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0056
DFG

rolo M. *a*), Ludouico Pio *b*), Lothario *c*), et Carolo Caluo *d*) constituta *e*).

§. XXVII.

Ex Teutonicis imperatoribus extant constitutiones Conradi II. *f*), Imperatoris Henrici

Germanicorum imperatorum leges feudales.

a) *Capit.* V. de anno 806. cap. II. de anno 812. cap. V. apud BALVZIVM.

b) cap. V. anno 860.

c) Reperiuntur capitula Lotharii apud BALVZIVM *Tom.* II. *pag.* 317. Adde SIGONIVM *de R. Italiae lib.* IV. *p.* 111. Caeterum Constitutio, ad quam I. F. XIX. pronocatur, non Lothario I. sed Lothario II. est adscribenda, quia ante Conradi II. tempora nulla collateralium in feudis fuit successio I. F. 1. §. 2. et quod in inscriptione huius textus idem subsit error, quem obseruamus II. F. 52. §. fin. vbi Eugenio Papae adscribitur lex, quae tamen Lotharii II. temporibus est condita, prout docet annus 1127. huic constitutioni subiectus.

d) Huc faciunt capitularia Caroli Calui *Tit.* VI. *n.* 10. *Tit.* VII. *n.* 20.

e) Quae in capitularibus regum Fr. feuda concernunt, collegit PERILL. de SENCKENBERG *corpore iuris feudalis*, p. 499. sqq.

f) WIPPO *in vita Conradi Salici p.* 430. *Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferre sustinuit.* Reperitur haec constitutio inter leges Longobardorum *Lib.* III. *Tit.* VIII. *cap.* IV. *de successione filiorum et agnatorum.* Hanc HEROLDVS *legibus Francicis Lib.* V. p. 844. inseruit, eum vocans Couradum I. quia iste, qui alias primus adpellatur, Romae non fuit coronatus. Huius constitutionis pars I. F. 1. et V. F. 1. reperitur. Sic etiam II. F. 9. *c. vlt.* legis Conradi de feudi alienatione

rici III. *g*), Lotharii II. *h*), & potissimum Friderici I. *i*), cuius variae constitutiones feudales in Campis Roncaliis factae memorantur a Radeuico. Inter has etiam est constitutio de pace tenenda in comitiis Constantiensibus a 1183. confecta *k*). Haec etiam iura singula in comitiis Noricis anno 1208. vna cum aliis confirmasse videtur Otto IIII. imperator *l*).

§. XXVIII.

Auctor vetus de beneficiis.

Dum autem hae constitutiones ad paucos solum casus pertinerent, et plures subortae fuerint

tione fit mentio II. *F.* 34. Lex Conradi de contentione inter capitaneum extat II. *F.* 40. Capitula Conradi de beneficiis in Romandiola exhibentur. Eidem tribuendam esse constitutionem de expeditione Romana, coniectatur SCHILTERVS in *Codice Iur. Feud. Alemannici ad Cap.* VIII. §. II. atque C. S. SCHVRTZFLEISCHIVS *diss. de expeditione Romana Conrado Salico vindicata.*

g) Talis constitutio extat II. *F.* 57.

h) Cuius est Constitutio I. *F.* 19. II. *F.* 52. prout in historia iuris *Cap.* VIII. 6. XIV. demonstraui. Adde GERVASIVM TILBERIENSEM *num.* XIX. *p.* 940.

i) RADEVICVS *lib.* II. *cap.* VII. *de iure feudorum, quod apud latinos scripto nondum sufficienter expressum fuerat, et pene omnes eam beneficiorum iustitiam conuerterant, leges promulgauit, quarum capitula praeserti annotatione subiecimus, II. F.* 27. 53. 55 56. OTTO DE S. BLASIO *cap.* XIV. GVNTHERVS *Ligurino lib.* VIII. *v.* 590.

k) Quae libris feudorum est subiecta.

l) GOTTEFRIDVS MONACHVS *ad annum* 1208.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0058
DFG

fuerint consuetudines feudales, primam iuris feudalis collectionem fecit AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS, qui vel saec. XI. vel ineunte XII. priuata saltim auctoritate ius quoddam feudale collegit, ex quo varia in ius feudale Saxonicum atque Alemannicum fuerunt translata *m*). Equidem ante hunc auctorem Philibertus episcopus Carnotensis saec. XI. ad Guilielmum Aquitaniae ducem de forma fidelitatis quaedam conscripsit, ast breue admodum eius scriptum fuisse, testantur, quae hodie habemus, reliqua *n*).

§. XXVIIII.

Post hunc IVS FEVDALE SAXONICVM sequitur, quod Alemannico est antiquius *o*), verum, nec Friderico I. nec II. Impp. *Ius feudale Saxonicum.*

B 5 est

m) Hunc librum MARQVARDVS FEHERVS primum edere sibi proposuerat. FRANCISCVS DVARENVS eum corruptum edidit Col. 1569. 8vo, postea eundem HVLDERICVS AB EYBEN fuit adeptus, ex cuius Bibliotheca CHRIST. THOMASIVS illum inter selecta feudalia edidit, et dissertationem subiecit de auctoris fatis et vetustate IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG singulari programmate, *de auctoris veteris de beneficiis vetustate*, coniicit, hanc compilationem incidere in tempus Henricorum.

n) Exstat haec epistola c. 18. C. 22. qu. 5. et inter epistolas Fulberti apud du CHESNE S. R. Fr. T. IV. pag. 180. et II. F. 6 De Fulberto vide GVIL. CAVE *histor. litter. script. eccles.* p. 41.

o) SCHILTERVS equidem *Commentario ad rubricam* IVRIS

est tribuendum *p*), sed priuatis potius curis, paullo post ius prouinciale Saxonicum, tanquam eiusdem adpendix & liber quartus ab Epkone de Repko, prout videtur, fuit collectum *q*), & a Christophoro Zobelio cum glossa editum, atque postmodum

IVRIS FEVDALIS ALEMANN. §. XVII. Alemannicum praefert, cui tamen in historia iuris *cap.* VIII. §. XVI. fuit responsum, potius in eo nulla fere fit mentio iuris Iustinianei, ad quod tamen in iure Feudali Alemannico saepius prouocatur.

p) Prout Glossa Landrechts *lib. I. art.* XIV. *Kayser Friedrich von Stauffen hat das Lehnrecht gesetzet.* Glossator sine dubio ad prooemium des Lehnrechts respexit, verbis: *und darumb so hat der hochgelert und hochgeboren* (*des GOtt ewiglich gedenke*) *dieses gegenwärtigen Buchs Ausgeber, Keyser Friedrich von Stauffen* (*das da Lehnrecht genandt ist*), *wohl erkandt, dass der Menschen Vernunft nicht allein also krank wäre, sondern vergänglich und auch vergesslich.* Verum haec verba potius ius feudale commune quam Saxonicum tangunt, dum Friderici II. auctoritate illud fuerit compilatum, qui saepius *von Stauffen* vocatur, prout in historia iuris *Cap.* VIII. §. XVI. demonstraui. Quare etiam GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis Cap. I. num.* V. CYR. SPANGENBERG *Chron. Saxon. cap.* XLII. Ius feudale Saxonicum Friderico II. tribuit. Verum CONRINGIVS *de Orig. Iur. Germ. Cap.* XXX. p. 187. illud haud incongrue fabulis glossatorum adnumerat. Adde historiam iuris *c. l.*

q) THOMASIVS *Selectis Feudalibus* §. LIX. LX. hoc docuit. Plerisque etiam codicibus nomen Repkonis, tanquam auctoris, fuit praescriptum.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0060
DFG

dum in latinum sermonem fuit translatum *r*).

§. XXX.

Insecutum est IVS FEVDALE ALEMANNICVM, quod partim ex Caroli M. *s*), partim etiam subsequentium Impp. constitutionibus & iure Saxonico feudali fuit concinnatum, eundemque cum iure provinciali Sueuico videtur habuisse auctorem *t*). *Ius feudal. Alemannicum.*

§. XXXI.

r) Extat in GOLDASTI *collectione legum et consuetudinum Imperii.* THOMASIVS §. LXI. Germanice etiam illud cum Glossa edidit CHRISTOPH. ZOBELIVS SCHILTERVS ex codice bibliothecae Paulinae Lipsiensis iuri feudali Alemannico subiecit. Illud etiam IO. STEPH. BVRGEMEISTERVS *Teutschen Corpori Iuris* inseruit. Nouiter illud IACOB. FRIDERICVS LVDOVICI et CAROLVS GVIL. GAERTNERVS ediderunt.

s) SCHILTERVS in praefatione ad Codicem suum §. VIII. testatur in suo codice hanc rubricam reperiri: *Hie hebt sich an Kaiser Karls Lehnrecht-Buch.* Prouocat etiam ad LVPOLDVM DE BEBENBVRG *Cap.* III. et FEL. FABRI *Histor. Sueu. lib.* I. *c.* III, qui, Carolum M. germanis in sua lingua ius feudale dedisse, adserunt. Adde SCHILTERVM §. XV. qui etiam hoc ius feudale Alemannicum cum MStis collatum atque eruditis animaduersionibus illustratum dedit.

t) Compilator enim ad ius prouinciale, tanquam partem priorem, subinde prouocat, vtpote *cap.* CXX. *was an ine arguent ist, das seit das Landrechtbuch wol hievor cap.* CLVIII. *als das Landrechtbuch hievor sayt.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0061
DFG

§. XXXI.

Ius feud. Caes. Simili modo priuata auctoritate conscriptus est libellus, quem sub titulo *Fränckisches und Reichs-Lehn-Recht* edidit PERILL. a SENCKENBERG *u*). Qui liber Conradi II. aetatem, vt perilluſtri editori videtur, non attingit *x*), nec de constitutione, qua legis obtinuit auctoritatem, constat.

§. XXXII.

Collectiones consuetudinum feudalium, quarum §. 28. 29. 30. 31. fecimus mentionem, legis quidem valorem non habent, non tamen omni plane vsu destituuntur *y*). Dum enim earum compilatores rerum iuriumque sui temporis admodum fuerint periti, pro eorum adsertis praesumtio est, iura ab iis tradita tempore compilationis factae vsu obtinuisse *z*).

§. XXXIII.

sayt. Adde THOMASIVM *Selectis Feudalibus* §. LXIII. CONRING. *Iur. Germ. c.* XXX.

u) *in corp. iur. feudal. p.* 1-19.

x) IO. CHR. RVDOLPH *de vetere legum collectione vulgo ius caesareum dicta Erlang* 1759.

y) Omnem tamen vsum iuris Alemannici et Saxonici negant de LVDEWIG *in der Erläuterung der güldenen Bulle* Tom. II. p. 1501. et HARPRECHT VON HARPRECHSTEIN in singulari libello *de non vsu speculi sueuici*, Kiloni 1723.

z) SCHILTER *in Codice iur. Alem. feudal.* pr. MOSER *Teutsches Staats-Recht* P. II. p. 183. BVRI *Erläuterung des Lehn-Rechts* p. 199. sqq. *ill.* DAVID GEORG STRVBEN *in Nebenstunden.* P. V. Obs. 32.

§. XXXIII.

Iura, quibus Germani vtuntur, feudalia sunt vel patria, vel recepta. Ad recepta pertinet IVS FEVDALE LONGOBARDICVM. Frequens feudorum apud Longobardos vsus multis consuetudinibus feudorum praebuit occasionem. Hae consuetudines, licet a variis in scripturam sint redactae *a*), earum tamen collectiones aetatem non tulere. Nobis potissimum innotuerunt duae compilationes, quas GERARDVS NIGER, CAPAGISTI *b*) dictus, et OBERTVS DE ORTO, Consules Mediolanenses, vterque temporibus Friderici Barbarossae, priuata saltim auctoritate ex compilationibus rerum iudicatarum atque constitutionum feudalium congesserunt *c*).

Ius feudale Longobardicum.

§. XXXIIII.

a) II. F. 6. dicit Philibertus: *se ex librorum auctoritate scribere.*

b) MATTH. DE AFFLICTIS *in Reb. I. F.* 13. corrupte dicitur *Gilardus Capia*; ANTON. MINCVCCIO *lib. I. cap. Gerhardus Capagisti.*

c) De hisce OTTO FRISING. *lib. II. cap. XIII.* Ad eosdem saepius prouocatur, vtpote II. F. 25. 28. 30. 32. 34. 36. 50. *c.* 5. 6. ad Obertum de Orto II. F. 3. 23. Et quidem primam hanc compilationem post annum 1154. fuisse factam, colligunt ex II. F. 33. *c.* 1. vbi: *quod nuper rex Fridericus.* Hic enim Imp. an. 1152. electus an. 1154. Comitia habuit in campis Roncaliis, in quibus iura de feudis fuerunt statuta, prout OTTO FRISINGENSIS testatur *c. l.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0063
DFG

§. XXXIII.

Vnde sint compilati libri feud.

Ex hisce Gerardi Nigri et Oberti de Orto aliorumque compilationibus HVGOLINVS, ICtus Bononiensis, auctoritate Friderici II. Imp. librum feudorum *d*), adiectis Conradi III. et vtriusque Friderici imper. constitutionibus, concinnauit atque sub titulo

d) Optimus hic testis est Hugolini auditor ODOFREDVS ad Auth. Cassa C. de S. S. *ecclesiis*; cuius verba haec sunt: *Qui vt vnum sciatis Authenticum, quod fuit compositum a Iustiniano, habet nouem collationes. Postea cum venit imperator Fridericus, misit has constitutiones Iustiniani Nouellas ad ciuitatem istam doctoribus Legum, vt aptarent eas singulis legibus sub congruentibus titulis, et ita fecerunt doctores, dum conueniunt in S. Petro cum istam aptauerunt ad legem istam. Postea quid fecerunt? Dom. Hugolinus post nonam collationem posuit feudalem et omnes constitutiones Friderici antiqui et iunioris et aliquas leges Conradi imp. et vocatur decima collatio, sed pauci sunt, qui habent ita* ordinate *in suis libris.* HVGOLINVM vero tempore Friderici II. vixisse contra negantes probat BOEHMER *de aetate vetustae collect. consuet. feud.* p. 23. Negat quidem BOEHMERVS, collectionem feudorum Friderici II. temporibus esse factam, ob verba Odofredi: *D. Hugolinus post nouam collectionem posuit librum feudalem*, ex quibus colligit Hugolinum illam quidem corpori iuris adiecisse, minime tamen eius compilatorem fuisse. Aft declarant verbum *posuit*, sequentia Odofredi, dum dicitur: 1) *posuit post nonam collectionem constitutiones Friderici antiqui et iunioris*, quae constitutiones, dum in ipsis feudorum libris suo ordine digestae occurrant, patet, quod Hugolinus ordinauerit libros feudales, 2) probant idem verba: *sed pauca sunt, qui ita habent* ORDINATE.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0064
DFG

tulo *decimae collationis* Nouellis adiecit. Haec collectio duos habet libros *e*), qui sub *librorum feudalium*, *vsuum feudorum*, *consuetudinum feudorum*, *iuris communis* nomine veniunt.

§. XXXV.

Sunt, qui publica auctoritate a Friderico II. imp. libros feudorum compilatos credunt; ast, dum testes, quos pro hac sententia adferunt probanda, sint recentioris aetatis *f*), eorum opinio dubio haud caret. Rursus alii Friderici I. temporibus a Gerardo Nigro et Oberto ab Orto libros feudorum ordinatos sibi persuadent. Horum tamen sententia suo destituitur fundamento, dum I) Oberti ab Orto et Gerardi Nigri compilationes fuerint diuersae *g*), vtraeque vero coniunctim multoties citentur in nostris feudorum libris *h*), II) aliquoties compila-

Nec publica auctoritate, nec a Ger. et Oberto sunt congesti.

e) vnicum fuisse librum feudalem, docet GOD. DAN. HOFFMANN *de vnico iuris feudalis Longobardici libro.*

f) GOB. PERSONA *Cosmodr. art.* VI. *cap.* LXIV. *Fridericus II. fecit quendam librum de feudis.* THEOD. ENGELHVSIVS *Chron.* p. 1115. *ipse leges optimas pro libertate ecclesiae contra haereticos edidit et librum feudorum.* PAND. COLLENVTIVS *Histor. Neapol. lib.* IV. p. 183. *librum de vsu feudorum, optimum, et in scholis vsitatum conscribi curauit.* Adde GVIDONEM PANCIROLLVM *Thes. Var. Lect. lib.* I. *cap.* XC.

g) II. F. 1. et II. 23.

h) II. F. 25. II. F. 28. II. F. 30. 34. 36.

pilator librorum feudalium Gerardo N. et Oberto ab Orto contradicat *i*), aliorumque probet sententias *k*), III) Obertus ab Orto et Gerardus nimiis ornentur elogiis *l*).

§. XXXVI.

Capitula extraordinaria et glossae iuris feudalis.

Hi feudorum libri verum saltim vsque ad titulum LVIII. libri secundi pertingunt. Postea capitula quaedam extraordinaria, a IACOBO de ARDIZONE collecta, et a IACOBO ALVAROTTO libro secundo collationis Hugolini sunt addita *m*). Haec autem prioribus libris non statim fuerunt adiecta, ideoque nec in eadem glossae fuerunt confectae *n*). Sensim accesserunt constitutiones Friderici II. Imp. atque aliae constitutiones, EXTRAVAGANTES dictae, in duos titulos distinctae, cum glossis Bartoli, quas nonnulli vndecimam collationem esse dixerunt, et liber de pace Constantiae Friderici I. imperatoris *o*). Insecutae fuerunt GLOSSAE iuris feudalis, quas varii susceperunt,

i) II. F. 51. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

k) II. F. 32. II. F. 36.

l) II. 25.

m) Prout demonstraui in historia iuris Cap. VIII. §. XX. Adde SCHILTERVM *de simult. princ. inuest. cap. III.*

n) GVIDO PANCIROLLVS *de claris legum interpretibus lib. I. cap. XXV. XXXII.* SCHILTERVS *in prooemio cap. VII.*

o) *Hist. Iur. Cap. VIII. §. XX.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0066
DFG

perunt, vt VGOLINVS, VINCENTIVS, aliique *p*). Horum tamen curas superauit IACOBVS COLVMBINVS, ICtus Rhegiensis, et post eum, teste Iasone, nemo glossas in feuda scribere tentauit *q*).

§. XXXVII.

Mincucci de Prato Veteri libri feudorum.

Cum autem varia in hac collectione vsuum feudalium male reperirentur ordinata, vel minus recte dicta atque reformatio desideraretur *r*), primus hanc operam suscepit MINCVCCIVS DE PRATO VETERI *s*), ICtus Bononiensis, qui libros feudorum ab an. 1428. ad 1431. in melius disposuit, atque in VI libros digessit, vniuersitatique Bononiensi obtulit, vt ista hanc collectionem

p) DVCK *de vsu et auctor. Iuris lib. I. c. IV. §. VIII.* GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. cap. XC.*

q) *Praelud. Feud.* GVIDO PANCIROLLVS *de claris legum interpret. lib. II. cap. XXXI.*

r) SCHILTERVS §. VIII. *inuenti obtrectatores fuerunt, qui ordinem materiarum in iis obseruatum, vel neglectum potius, carperent, imo quaedam bestialiter ibi constituta, bonas et malas consuetudines fuisse cumulatas, Obertum et Gerardum fuisse duo pecora.* Licet ANTON MONACHVS *de recta feudorum interpretatione cap.* III. §. XLIII. *et* SCHILTERVS compilatores defendat.

s) Alias corrupte Antonius Mericutius dictus, verum nomen patet ex praefatione libri primi. Agit de eodem M. MANTVA *de illustribus viris, et* GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. cap. XL.*

nem Sigismundo imp. ad confirmationem offerret, quam tamen factam esse, non constat. Denuo eiusdem confirmationem a Friderico III. Imp. petiit, eandemque obtinuisse credunt; ast licet eiusdem feudorum libri in academia Bononiensi publice praelegerentur, nunquam tamen publicam auctoritatem fuerunt adepti. Hos primum ex Mscripto codice edere in animo habuit GREGORIVS HOLOANDER, postea eundem codicem nactus ERICVS MAVRITIVS, vt illum tamen ederet, induci non potuit, vsque dum IO. SCHILTERVS e codice bibliothecae Parisiensis eundem cum doctis animaduersionibus ederet *t*).

§. XXXVIII.

Bartholom. Baraterii libri feudorum.

Sola, prout videtur, aemulatione motus BARTHOLOMAEVS BARATERIVS, ICtus Placentinus feudorum textum in meliorem

t) Haec omnia in historia iuris cap. VIII. §. XXXIV. vlterius fuerunt exposita. Adde CVSPINIANVM *in vita Friderici III.* scribentem: *librum de vsibus feudorum nouum fieri iussit.* Et paullo post: *Id opus Bessarione cardinale atque Angelo Reatino approbantibus, Antonius de Vetere Prato, Bonon. ICtus congessit, praecipiente Friderico.* IASON *in praeludiis feudorum*: *et ipse* (Antonius) *attestatur, quod librum suum destinauit serenissimo praesenti imperatori Friderico, et ab eo fuit approbatum et mandatum, quod in publicis studiis legeretur.* Licet RHETIVS *in prooem. consuet. feud. n.* 19. contrarium adserat.

rem ordinem digeſſit, auxit, capitula extraordinaria, et alia fragmenta feudalia ſuis titulis inſeruit, atque *libellum feudorum reformatum* Philippo Mariae, Duci Mediolanenſi, obtulit, qui eum per Doctores quosdam examinatum adprobauit, atque vniuerſitati Papienſi commendauit; qui tamen vſu haud fuit receptus. Hunc libellum reformatum primus edidit Nicolaus RIGALTIVS 1612. et poſtea ex codice bibliothecae regiae Pariſienſis IOAN. SCHILTERVS.

§. XXXVIII.

Nouam demum iuris feudalis collectionem procurauit IACOBVS CVIACIVS, *de feudis libros quinque*, mutato ordine, componens. Hanc collectionem, ſi cum ea, quae recentioribus corporis iuris editionibus acceſſit, conferimus; obſeruamus, quod primus liber collectionis Cuiacianae eadem contineat, quae libro primo editionis vulgatae continentur. Secundus liber Cuiacii complectitur tit. 1. vsque ad tit. 23. libri ſec. editionis vulgatae. Tertius Cuiacii liber ſiſtit titulum 23. et 24. libri II. edit. vulgatae. Liber quartus editionis Cuiacii continet titulum 25. et ſequentes libri II. editionis vulgatae, ſimul cum capitulis extraordinariis, ita vt liber IV. contineat titulos 109. et capitula ordinaria pertingunt ad titulum 72. edit. Cuiacii. In quinto libro conſtitu- *Noua Cuiacii collectio feudalis.*

tiones imperatorum, simul cum aurea Bulla Caroli IV. sunt collectae. Postea cum obseruaret Godofredus, Cuiacium minus apte secundum Feudorum librum in duas dissecuisse partes, secundo libro tertium et titulos 72. priores edit. Cuiacii addidit. Inde factum, vt tertius liber et initium quarti in editione vulgata desint.

§. XXXX.

Receptio F. L. saec. XIV. indubia.

I. Ius Longobardicum in Germania non nisi ex voluntaria receptione valorem habet, quem simul cum ipso iure Iustinianeo, cui erat adnexum, sensim ex tacito imperii consensu obtinuit. Inde iam saeculo XIV. indubitatum iuris feudalis Longobardici vsum in Germania inuenimus. Sic Carolus IV. imp. A. CIↃ CCC LX. in charta ap. GLAFEIVM *u*) ad *ius* prouocat *scriptum*, verbis: *und als rechte Erblehnherrn walten und gebrauchen sollen, die ander recht Lehnherrn von* GESCHRIEBNEN *Lehn-Recht, oder von Gewohnheit haben.* Clariora adhuc sunt verba constitutionis Ruperti imp. de anno MCCCVIII. apud SCHILTERVM *x*). *Et insuper feudorum mediocrium te reddimus capacem, - - non obstantibus legibus, statutis, constitutionibus, obseruantiis, consuetudinibus feudorum, vsibus scriptis et non*

u) *Anecdot.* T. I. p. 438.

x) *Iure feudal. Alem.* c. 40. p. 216.

non scriptis ex praesertim capitulo: naturales: *in rubrica: si de feudo controuersia fuerit collatione X. in libro feudorum.* Deinde quoque ipsa glossa ad ius Saxoniae feudale *y*) ius feudale Longobardicum recepit, eiusque vsum fatente HORNIO *z*) probauit. Tandem quoque testimonia iudiciorum, quae HARPRECHT collegit *a*), satis testantur, vbique in Germania ius esse receptum Longobardicum, illudque, ob vsum vniuersae Germaniae communem, dici posse ius Germaniae commune.

§. XXXXI.

Eius receptio publica.

Ante tempora Maximiliani I. tacite solum receptum fuisse ius feudale Longobardicum, ex defectu constitutionis, qua receptio probaretur expressa, colligi potest. Ast tempore Maximiliani I. simul cum iure Romano, sub nomine *derer gemeinen Rechte* (§. 40.), ius quoque expresse receptum est Longobardicum, per ordinat. cameral. de A. 1495. et 1521. per recessum imp. de A. 1654. §. 105. et ordinat. iudicii aul. T. I. §. 15.

§. XXXXII.

Ius Longobardicum sub nomine *derer gemeinen Rechte* est receptum (§. 40.). Iam

y) Lib. III. Art. 65.
z) *Iurispr. feudal. cap.* I. §. 27.
a) suoque *non vsui Speculi Sueuici* subiunxit.

vero leges imperii satis confirmant, *die gemeinen Rechte* esse subsidiaria et deficientibus patriis iuribus demum valere. Sic in recessu imperii de A. 1654. §. 105. iura patria praeponuntur communibus: *Benebst sollen Cammer-Richter, Praesidenten und Beysitzer bey Administration der heilsamen Iustitz, so wohl die Statuta und Gewohnheiten, als die Reichs-Abschiede und gemeinen Rechte vor Augen haben &c.* et clarius adhuc in ordinatione iudicii aulici: *die gemeinen Rechte* iura subsidiaria dicuntur, dum Tit. I. §. 15. *So dann zuförderist unsere Römisch Keyserl. Wahl-Capitulation, Reichs-Abschiede, Religions- und Profan-Frieden und den jüngsten Münster- und Osnabrüggischen Friedens-Schluss, wie auch jedes Standes, Landes, Ortes und Gerichten, sonderlich die gebührl. allegirte und probirte Privilegia, Ordnungen und Gewohnheiten, und* IN MANGEL *derselben die Keyserl. Rechte und rechtmæssige Observationes und Gebräuche in acht nehmen.* Inde quoque ius feudale Longobardicum, tanquam ius commune, demum deficientibus patriae iuribus, vsum habet *b*).

§. XXXXIII.

b) Legi hic meretur RICCARDI de ANTIQVIS *epistola, qua H. C. Sinceri sententia de vsu iuris feudalis Longobardici in Germaniae terris exponitur et trutinatur* Col. 1739. Add. ILL. KOPP. praefat. praemissa *denen Teutschen Lehns-Proben* P. I.

§. XXXXIII.

Ius Longobardicum valet ex receptione prout receptum (§. antec.). Hinc capitula extraordinaria, quippe quae tempore receptionis nondum corpori iuris fuerunt iuncta (§. 36.), et ideo non sunt recepta, nullum in nostris foris habent valorem, potius hic valet regula: *quicquid non agnoscit glossa, nec curia.* Quia tamen capitula extraordinaria ex moribus feudalibus sunt collecta, vsum habent ad declaranda c) capitula ordinaria, non satis clara vel ambigua.

§. XXXXIIII.

Ad quaenam iura in diiudicandis causis respiciendum.

Ius feudorum Longobardicum est subsidiarium (§. 42.), hinc in diiudicandis causis praesertim ad iura patria est respiciendum. Haec vero sunt vel vniuersalia, vel particularia, vel particulariſſima, eaque, vel scripta, vel non scripta. Iura particulariſſima excludunt particularia, et, quamdiu haec adsunt, iura Germania generalia nullius sunt valoris.

§. XXXXV.

Litterae innestitutae in controuersiis feudalibus potissimum inspiciendae.

In decidendis igitur feudorum controuersiis, respicienda primum sunt iura particulariſſima (§. 44.), quae vel contractu

c) Prout patet ex II. F. 81. 83. 88. 89. 101. 123. 104. 107. Adde HARTM. PISTORIS lib. II. qu. 15. n. 43. qu. XIII. n. 59 et SCHILTERVM praef. ad *Mincuccium* §. VII.

feudali et pactis gentilitiis, vel consuetudinibus circa singula feuda determinantur. Ex hisce pactis praecipuum est conuentio feudalis *d*) inter vasallum et dominum super feudi constitutione inita. De qua fidem faciunt inuestiturarum litterae, quae sunt instrumenta de contractu feudali, inter dominum et vasallum inito, conscripta. Huiusmodi litterae inuestiturae probant solum inter contrahentes, minime vero contra *tertium* plenam faciunt fidem *e*). Deinde litterae inuestiturae in dubio secundum feudorum naturam sunt explicandae (§. 12.). Imo si inuestiturae plures inuicem non conueniant, secundum *primam* et anteriorem erit decidendum, dum, quidquid in posterioribus fuit immutatum, potius ex errore factum esse praesumatur, nisi per pacta inuestiturae adiecta quidpiam fuisse immutatum, demonstretur *f*), vel praescriptio accedat *g*).

§. XXXXVI.

d) Arg. I. F. 14. §. 2. verbis: *nisi pactum fuerit in inuestitura, II. F. 2. c. 2. aut per publicum instrumentum probari potest. II. F.* 18. verbis: *propter tenorem inuestiturae insertum. II. F.* 48. ROSENTHAL *Cap.* I. *concluſ.* XII. GAIL. II. *Obſ.* I. *num.* 15. B. PARENS *cap.* I. §. XI.

e) KLOCK. de *contrib.* cap. XX. n. 406. WERNHER P. I. obſ. 84. a LEYSER *ſpec.* 274. *m.* 1.

f) SCHRADER *P. V. cap.* II. *num.* 37. ROSENTHAL. *Cap.* VI. *concl.* LXIX. VULTEIVS I. *Conſ.* III. *n.* 22.

g) ill. de CRAMER *Wezlariſche Nebenſtunden*, P. IV. p. 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0074
DFG

§. XXXXVI.

Quod si in litteris inuestiturae, vel conuentione feudali, nihil reperiatur, quod ad decidendam causam feudalem facere possit, ad iura particulariſſima curiae, ad quam feudum pertinet, est recurrendum. His deficientibus, in feudis illustrium Aurea bulla, capitulationes, leges imperii, et obseruantia imperialis; in feudis vero priuatorum, iura particularia feudorum, et praecipue ius vel consuetudo prouinciae, vbi situm est feudum, obtinet *h*). Quod si tamen aliud ius vel consuetudo locum habeat in prouincia, vbi curia domini est sita, aliud in ipsa domini curia *i*), aliud in loco feudi siti, aut contractu feudali, quo iure feudum censeri debeat, definitum est, aut non. Si prius, standum est contractui *k*). Si posterius, iure, quod in do-

pacta gentilitia, leges imperii, ius feudale particulare considerandum.

C 5 mini

h) L. F. 7. prouocatur ad rationabilem consuetudinem I. F. 13. *fin.* II. F. 1. cap. 1. II. F. 9. c. 1. *nullius Curiae consuetudine* II. F. 34. c. 3.

i) Hic casus ratione feudorum in alieno territorio saepius occurrit.

k) Exemplum praebet Guilielmus de S. Claro, qui, dum Erico VIII. Daniae et Norwegiae regi se subiiceret, additur: *Regem et iudicem iri agnitum*, idque *secundum leges ac iura Norwegiae.* Apud PONTANVM *lib.* IX. p. 597. Dum Otto dominus de Cuyck et de Heruorde oppidum suum de Grauia Iohanni, Lotharingiae, Brabantiae et Limburgi duci obtulisset, ille id recepit in feudum rectum, *iure Brabantino*, ab ipso eius-

que

mini directi curia obtinet, causae censeri debent feudales. Nam, qui a curia quadam feudum accipit, tacite se submittit iuribus huius curiae.

§. XXXXVII.

Ius commune feudale etiam ciuile et canonicum sunt subsidiaria.

Si vero nec iure particulari quidpiam definitum, ad ius Germaniae feudale generale, tam scriptum quam non scriptum, et hoc quoque non definiente, ad ius Longobardicum feudale, quod tamen in causis illustrium caute adhibendum *l*), erit recurrendum. Hoc vero etiam deficiente, ius, quod allodiale vocari solet, patrium et Iustinianeum *m*) vel canonicum, locum habet. Cauendum tamen, ne a natura feudorum

que post ipsum heredibus ac successoribus hereditarie tenendum, apud PONTANVM *Hist. Geld. ad annum* 1317. Sic etiam feuda iuri Zutphanienſi subiiciuntur apud FRID. A SANDE *tract.* I. *cap.* I. *num.* 27. 30. Adde HERTIVM *de feudis oblatis P.* II. §. XLII.

l) Vberius hoc docuit ILL. HENR. a BVNAV *Examin. diss. cap.* I. et G. CHR. BASTINELLER *de praeiudicio principum ex abusu iuris feudalis Longobard.* Witteb. 1717. SPENER *examen Longobardicae doctr. de felonia ad status imp. applicatae.* THOMASIVS *juristische Hændel*, P. II. p. 298.

m) II. F. 1. Habet quoque vice versa ius feudale locum in causis ciuilibus, quod monstrauit STRYCK. V. M. t. *de rei vindicat.* §. 18. et Cel. BVRI *Erlæuterung des Lehn-Rechts* p. 144.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0076
DFG

rum deuiemus, vel ex ciuili iure feudale corrigamus *n*).

§. XXXXVIII.

Quodsi leges feudales sint dubiae, interpretationem istae requirunt, quae vel *doctrinalis*, vel *legalis* est. LEGALIS interpretatio vim legis habet. Et sicuti in ciuitate lex esse non potest, nisi ex voluntate imperantis, ita quoque sola imperantis voluntate fit interpretatio legalis. Declarat autem imperans suam de legis sensu voluntatem vel expresse, vel tacite. Priori casu, AVTHENTICA, posteriori vero VSVALIS oritur interpretatio. DOCTRINALIS e contrario interpretatio rursus in *grammaticam* et *logicam*, haec vero in *declaratiuam*, *extensiuam* et *restrictiuam* abit. *Interpr. LI. feudal.*

§. XXXXVIIII.

Dum vero dentur in iure feudali antinomiae, dubium adhuc supereſt, quid circa easdem obtineat. Ista contrarietas aut in diuersis occurrit capitulis, aut in iisdem. Hoc casu valet sententia, quae in praxi recepta vel analogiae iuris conuenit, imo in dubio plerumque sententia, quae priori loco est posita, censetur adprobata. Illo vero *Circa antinomias feudales quid locum habeat.*

n) Sic Euerhardus in locis topicis male argumentatur a liberto ad vasallum, ab operis rusticis ad seruitios.

vero casu, si vnum fuerit ordinarium, alterum vero extraordinarium *o*), prius erit praeferendum. Si vtrumque fuerit ordinarium, illa sententia locum habet, quae analogiae iuris feudalis conuenit, vel vsu est recepta *p*). Quod si vero nec de hoc certum sit, nec aliunde decisio peti possit, potestati legislatoris et arbitrio iudicis causa erit decidenda.

* *

CAPVT IIII.

DE PERSONIS FEVDA CONCEDENTIBVS ET ADQVIRENTIBVS.

§. L.

Feudum concedens libera disponendi gaudeat facultate.

Feudum consistit in dominio vtili (§. 7.). E. qui feudum alicui concedit, illi dominium vtile concedit, sicque alienat. Iam vero ad alienationem requiritur dominium et libera de re disponendi facultas. E. quoque is, qui feudum vult concedere, dominio et libera alienandi facultate gaudeat,

o) Exemplum II. F. 9. 73.

p) Exemplum I. F. 22. II. F. 24. II. F. 26. §. *Filii* II. F. 29. Vide HVB. GIPHANII *antinomias iuris feudalis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0078
DFG

deat, neceſſe eſt *q*). Hinc feuda conferre non poſſunt impuberes, et minores, ne quidem tutoris vel curatoris interueniente auctoritate, niſi vrgens ſubfuerit in feudum dandi neceſſitas, vel vtilitas, et cauſa cognita, decretum ſuperioris interuenerit, hoc tamen decretum quoad imperii ſtatus non requiritur. Nec filiusfamilias in peculio profectitio, cuius plane dominium non habet, nec in aduentitio, in quo vſumfructum pater habet et adminiſtrationem, verum in peculio caſtrenſi, et quaſi caſtrenſi, feudum poterit conſtituere.

§. LI.

Priuati concedere poſſunt feuda,

Qui dominio et libera diſponendi facultate gaudet, is poteſt dominium vtile concedere (§. 50.). Et cum priuatis non ſit interdictum, ſibi ſtipulari fidelitatem, et in alterum loco ſalarii dominium vtile transferre; ſequitur, vt priuatis nullum obſtet impedimentum, quo minus feuda concedant (§. 7.).

§. LII.

aſt non equeſtria.

Quamuis vero priuatis feudorum conceſſio non ſit interdicta (§. 51.), illi tamen feuda concedere nequeunt equeſtria. Horum enim natura in eo conſiſtit, vt domino equeſtria praeſtentur ſeruitia, quae priuati,

q) II. F. 3. *qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inueſtituram facere.*

uati, iure belli destituti, exigere nequeunt. Inde quoque priuatis, feuda conferre equestria, non est permissum *r*). Hinc nobiles landsassii *s*), plebeii, rustici *t*), aliique iure belli destituti, feuda quidem (§. 51.), ast non equestria, recte concedunt.

§. LIII.

Quinam feuda propria conferunt.

Feuda equestria conferunt, qui alienandi facultate et iure belli gaudent (§. 50. 52.). Hinc ius feuda conferendi habent, imperator, vicarii imperii, durante interregno, Reges, Electores, Duces, Comites, Dynastae, ciuitates imperiales, pontifex, archiepiscopi, abbates, reliquique praelati.

§. LIIII.

r) vide ill. ESTOR *kleine Schriften* P. III. p. 700.

s) vide tamen ill. BVDERI *amoen. iur. feudal.* n. 16.

t) De rusticis in hanc et illam partem disputat COCCEIVS *in dissertat. de eo, quod iustum est circa rusticos.* Adfirmat etiam ROSENTHAL. *Cap.* III. *concl.* II. FRANC. CVRTIVS *de feudis Part. II. Tract. II. qu. IV. num.* 12. TITIVS *Cap.* VI. §. XXXVIII. SCHRADER *Part. IV. cap. I. num.* 57. Idem de Geldriae consuetudinibus tractatur FRIDERICVS A SANDE *in consuet. Geldriae Cap.* I. *num.* 4. Si in quibusdam prouinciis rusticorum bona reperiantur, quae nec emphyteutica sunt, nec censitica, in iisdem feuda possunt impropria constitui, prout in dissertatione COCCEII *de eo, quod iustum est circa rusticos, Cap.* II. §. III. dicitur: *si quidem compertum habemus, in pago quodam nomine Schopperitz alibique, in ducatu Altenburgico reperiri eiusmodi rusticos, qui habent suos vasallos.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0080
DFG

§. LIIII.

A perſonis feuda concedentibus transimus ad eos, qui feuda adquirere poſſunt. Et hic iterum inter equeſtria et non equeſtria feuda erit diſtinguendum. Illa adquirunt, qui ad praeſtanda equeſtria ſeruitia ſunt habiles. Ea vero feuda, quae nec equeſtria, nec nobilia ſunt, adquirere poſſunt omnes, quibus rerum non interdictum eſt commercium. *Quinam feuda adquirent.*

§. LV.

Ad militiam equeſtrem non omnes, ſed illi ſolum admittebantur, qui pars erant reipublicae, ſeu qui iurium publicorum in ciuitate erant capaces, quorum numero ſoli erant nobiles et ingenui, cum liberti vix momentum in domo nunquam in ciuitate ferrent *u*). Eadem retinuerunt inſtituta Francorum reges *x*). Imo quoque illa ſecuti ſunt Germani mediae aetatis *y*). *Quinam militiae capaces equeſtr.*

§. LVI.

u) TACITVS *de Mor. Germ.* cap. XIII. AMMIANVS MARCELLINVS lib. XVI. c. 29.

x) Carolus Caluus in capit. Tit. 36. cap. 36. apud Baluzium T. II. p. 186. conſtituit: *vt pagenſes Franci, qui caballos habent, vel habere poſſunt, cum ſuis comitibus in hoſtem pergant.* Sub pagenſibus hic intelligi ingenuos patet ex cap. XXVII. eiusd. tituli.

y) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. CIↃ LXXV. ſic ſcribit: *Tum vero, vt ſemper in fuga hoſtium ignauiſſimus et fortiſſimus par ſolet eſſe audacia, par gloria, omnes in exercitu regis legiones, confuſis ordinibus*

§. LVI.

ingenui. Nobiles solum et ingenui militiae equestris erant capaces (§. 55) Ad nobilium classem antiquis temporibus solum duces, marchiones, comites et Dynastae sunt relati. Ingenui vero erant illi, *quorum maiores seruitutis iugo haud subfuerunt.* Hi vero vel *agrarii*, vel *ministeriales*, vel *ciuici* erant. MINISTERIALES sunt *nobiles z), vel ingenui, qui nobilibus pacto ad seruitia praestanda se adstrinxerunt a).* Hi vero duplicis sunt generis. Quidam imperatori vel duci a populo sunt dati, vt splendorem imperatoris vel ducis augeant, iisque in administrando imperio adsistant. Alii a prouincia non sunt constituti, sed ab imperante solum adsumti, vt eius personae seruiant. Illi *ministeriales regni* seu *prouinciae, Dienst-Her-*

dinibus, omnes etiam plebeii ac rustici, qui castrorum vsibus seruilem operam dependebant, ocyus se ad persequendos fugientes expediunt.

z) Quosdam ministeriales nobiles fuisse, docet charta apud GVDENVM Cod. dipl. T. I. p. 263. ibi: *Cuno de Munzenberc vir nobilis, ministerialis imperii.*

a) de PLOENIES equidem singulari dissertatione de ministerialibus, illos tali ratione definit, quod ministerialis *sit seruus anomalus, seu homo proprius, qui praestitit principibus reliquisque viris nobilibus, v. gr. comitibus et liberis dominis vt et ecclesiis coenobiis ministeria siue militaria, siue palatina.* Verum ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY in commentatione historica: *de vera quondam ministerialium indole*, plurimum contradixit, atque ministerialium indolem in fauorem nobilitatis

Herren b) dicebantur, et ex nobilium ordine ſumebantur; hi vero ſolum ingenui erant, eorumque ingenuitas ob ſeruitia, quae praeſtabant, macula quadam laborare credebatur *c*).

§. LVII.

tatis immediatae, nimium euehere fuit conatus. Idem etiam *pag.* 136. demonſtrauit, miniſteriales quoque fuiſſe milites. Praeſtant vero IO. GEORGII ESTORIS, collegae honoratiſſimi, *commentarii de miniſterialibus*, quibus appendicem, ſiue ſpecimen obſeruationum ad dictam GLAFEIANAM commentationem ſubiunxit. Sic etiam, dum STEPHANVS BVRGEMEISTER ſingulari libello, quem inſcripſit *Grafen- und Ritter-Saal*, iura nobilitatis immediatae nimium eueheret, ipſi opponebatur: *Bericht vom Adel in Teutſchland*, atque *adeliches Ritter-Feld*, iisdemque tractatibus materia de *miniſterialibus* fuit pertractata. Singularia de miniſterialibus videmus in *Couradi Lützenburgenſis* diplomate de anno 1135. in ZYLLESII *defenſione abbatiae S. Maximini Part.* III. *p.* 52. LVDEWIG *Tomo* IV. *reliquiarum p.* 190.

b) Dicebantur etiam *miniſtri publici.* CAPITVL. LVDOVICI II. *cap.* I. *Si autem vnusquisque comes et quilibet publicus miniſter huiusmodi malefactoribus aut aſſenſum praebuerit.* Hinc ALBERICVS ad an. 1104. *Henricus imperator natale domini Ratisbonae egit, vbi orta ſeditione, Segebardus comes a familia* PRINCIPVM, *qui* MINISTERIALES *dicuntur, eo quod iuſtitiam eorum confringere diceretur, occiſus eſt.* Eadem ratione miniſteriales et comprouinciales Stiriae in Rudolphi Habsburgici priuilegio de an. 1272. nulli alii erant ac *die Land-Herren.* Apud LVDEWIG *reliqu. Tom.* IV. *p.* 258.

c) Probat haec vberius B. de LVDEWIG in *iuribus feudorum* C. 3. qu. 4. §. 13. p. 140. Idem patet exemplo

§. LVII.

Differentia minister. et vasall.

Ministeriales sunt, qui ad seruitia se obligarunt (§. 56.). Iam vero vasalli quoque ad seruitia sunt obligati (§. 10.) sicque ad ministerialium classem referri possunt. Ast, quia non omnes ministeriales loco salarii rem in dominium vtile accipiebant, regula recte se habet, quod non omnes ministeriales fuerint vasalli (§. 7.). Hinc ministeriales a vasallis distinguuntur, prout factum in pacto *d*) inter Henricum illustrem Thuringiae Landgrauium et statvs prouinciae Thuringicae, ibi enim: *qui ministerialis, ipsi ius ministerialis, si vero vasallus est, sibi ius vasalli exhibebit e*). Hoc sensu vasallorum

Ethiconis nobilis Boii, apud MONACH. WEINGARTENSEM edit. *Leibnit.* T. I. p. 782. *Heinricus cum ad militares annos peruenisset, et suae voluntatis compos fieret, ignorante patre ad imperatorem se contulit. Cumque illi summa familiaritate sociaretur, et totius imperii vires, terminos eius circumeundo et pertranseundo cognosceret, tandem consilio principum, et maxime ipsius imperatoris instinctu, homagium ei et subiectionem fecit, et in beneficio quatuor millia mansuum in superioribus partibus Bauariae ab eo suscepit. Quod cum pater eius percepisset, iratus, nobilitatem suam et libertatem nimis esse declinatam, vltra quam credi possit, consternatus animo dolorem suum omnibus suis caris exposuit.* Adde AVTOREM *Chron. Veter. ducum Brunsuicens.* apud MADERVM *antiquit. Brunsuic. p.* 14.

d) LVNIG P. Spec. Conf. II. p. 178. *sub Sachsen.*

e) Hinc ministeriales feudatarii distinguuntur a non feudatariis, in decreto, quod Henricus VII. Rom. imper. in

rum nexus a miniſterialium nexu diſtinguitur, 1) quod vaſalli laxiori, miniſteriales ſtrictiori viuant libertate, 2) quod vaſalli regulariter bellica, miniſteriales aulica exhibeant ſeruitia.

§. LVIII.

Homines ciuicae conditionis.

Homines ciuicae conditionis originarie ingenui erant *f*) (§. 56.). Ortus enim ciuicus ordo ex militibus agrariis, ſeu ingenuis, et homines ciuici non inferioris conditionis, quam illi fuere, qui in ciuitates non migrarunt. Aſt ſucceſſu temporis cum in ciuitates ſeruilis conditionis homines reciperentur, et cum his ſe miſcerent ciuici, imo hi commerciis pecunias congererent, ac per opes ad libidinem a belli ſtudiis auocarentur; Germani, qui in ſolis armis et militia gloriam quaerebant, ciuitates et com-

in curia Aquisgranenſi Anno 1222. condidit, ibi: *Inuentum igitur et ſententiatum eſt ibi, quod in iure feudali omnis miniſterialis* feudatarius *aeque iudicare poſſit, ſuper feudis nobilium et miniſterialium.* BVTKENS, *Trophées de Brabant* Tom. I. opp. p. 68. Sic quoque vaſalli liberae conditionis diſtinguuntur ab iis, qui tales non ſunt, in charta apud PERILL. a SENCKENBERG *Sammlung rarer Schrifften*, T. III. p. 257. Sic quoque miniſteriales a vaſallis diſtinguit IO. RHODE *chron. Bremenſi* apud LEIBNITIVM *Tomo* II. *p.* 265: *nam tempore, quo ibidem* (in Caſtro Langwedel) *archiepiſcopi reſidere ſolebant cum nobilibus vaſallis et miniſterialibus.*

f) WITTECHINDVS *Annal*, Lib. I. p. 639. edit. *Leibn.*

commercia odio habere, et se ab hominibus ciuici ordinis distinguere ceperunt. Inde excluserunt ingenui agrarii homines ciuicos a suis conuentibus, a torneamentis, canonicatibus et militia equestri *g*).

§. LVIIII.

Quomodo ingenui agrarii admissi ad conuentus nobilium.

Ingenui agrarii et ministerialium maxima pars nobiles haud erant (§. 56.): ast dum Saeculo XII. et XIII. ob fortitudinem milites quidam equestri donarentur cingulo *wurden zu Rittern geschlagen*, illi exinde admissionem ad conuentus nobilium consequebantur, a quibus primo vnus vel alter ob fortitudinem, mox plures nobilium denominatione honorabantur. Tandem vero omnes ministeriales et ingenui agrarii nobilis titulos adsumserunt. Quod cum antiquis nobilibus minus placeret, hi, ne antiqua nobilitas cum recens nata confunderetur, distinctionem in nobilitatem superiorem ac inferiorem introduxerunt. Qua distinctione ante saeculum XII. opus haud fuit *h*).

§. LX.

g) Omnia haecce egregie illustrat Dnus CRAMER *de iuribus et praerogat. nobilit. auitae* Cap. II. §. 8. p. 77. *sqq.*

h) de Saec. XII. Auctor vitae Conradi Archiep. Salisburg. apud Pezium T. III. P. II. p. 230. sentit. *Hic multa in episcopatu mala commisit fauentibus et cooperantibus tam* principibus *atque* inferioris ordinis nobilibus, *homi-*

nibus

§. LX.

Soli nobiles, milites agrarii, et miniſteriales militiae erant capaces equeſtris (§. 55. et 56.), plebeii vero non admittebantur, ſed operas tum in caſtris, tum obſidionibus, praeſtabant *i*). Ea tamen nobiles inter et ingenuos equites erat differentia, quod ingenui ſub nobilium ductu et imperio militarent, nobilesque in ſignum poteſtatis bannerio ſeu vexillo vterentur, inde dicti BANNERII, qui ſunt *nobiles ſuperioris ordinis, praedia laxa et ſpectabilem equitum numerum poſſidentes k*).

Soli nobiles, milites agrarii, et miniſteriales militiae erant capaces equeſtris, plebeii minime.

§. LXI.

Feuda equeſtria illi ſolum acquirunt, qui militiam ſeruire queunt equeſtrem (§. 53.). Hinc ad feuda maiora admittuntur maiores nobiles, duces, marchiones, landgrauii, burggrauii, comites ac dynaſtae. Feuda minora, eaque vel mediata, vel immediata, adquirere poſſunt nobiles inferiores (§. 59.), qui olim agrarii milites ac miniſteriales erant (§. 56. ſeq.). Ciuicae conditionis homines et ruſtici feuda adquirunt non nobilia et impropria *l*) (§. 54. et 58.). Quod adhuc

Qui feudorum capaces.

D 3

nibus eccleſiae, quam etiam miniſterialibus et canonicis de choro Vide quoque CRAMER. *l. c.* cap. II. §. 8. fin.

i) Dnus ESTOR *obſeru. iur. feud. obſ.* 16. p. 19.

k) P. DANIEL *hiſtoire de la milice françoiſe* Lib. II. Cap. 5. p. 84.

l) I. F. Sax. c. 1. 72. I. F. Al. c. 1. §. 5. et c. 36. *Vetus Auctor de beneficiis vrb.* c. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0087
DFG

adhuc hodie obtinere praesumitur, *m*) nisi vel priuilegio singulari *n*), vel praescriptione immemoriali in prouincia quadam aliter sit receptum. Interim per modum dispensationis facile admitti solent plebeii *o*).

§. LXII.

m) Imo lege prouinciali haud raro excluduntur expressa, prout de Silesiae ducatibus testatur GEORG. SCHVLTZE *Synopsi iuris feud.* c. III. num. 86. De Saxoniae electoratu recessus prouincialis d. 17. Aprilis 1666. Licet non semper fuerit obseruatus. Idem de ducatu Glogouiensi testatur HENELIVS *Silesiographia* cap. VIII. §. 132. De Pomerania idem testatur TORNOVIVS *de feudis Megapol.* part. I. cap. II. sect. II. §. 24. de Lusatia LVDEWIG *de differ. iur. commun. et Lusat.* differ. VIII. AVGVST. LEYSER in dissert. *de iure praed. nobil. in Saxonia* §. VI. de Marchia testatur, legem esse latam, ne feuda nobilia agricolis aliisque infimae plebis hominibus conferantur.

n) Prout Carolus IV. imp. per speciale priuilegium de anno CIↃ CCC L. oppidis Thuringiae atque Misniae concessit, *vt bona feudalia, quae et Quiritibus proprie debentur*, possint acquirere; integrum priuilegium adducit SCHILTER ad rubr. §. 19. vide quoque GOD. LVDOV. MENCKEN *de priuilegio acquirendi bona nobilia, quod incolis Misniae et Thuringiae competit.* Rudolphus Habspurg. *Nordhusanis* simile concesit priuilegium, AYRMANN *Syll. anecd. p.* 304. Quali etiam *Spirenses* gaudent a Ludouico IV. imp. LVNIG *Parte spec. art.* IV. *P.* II. p. 4. sq.

o) quod iam Friderici I. temporibus factum videtur II. F. 10. imo per expeditiones sacras nobiles necessitate saepe adductos fuisse feuda transferre in ignobiles, asserit ALTESERRA *de orig. et statu feudor. Gall.* c. X. adde quoque de *Ludewig iure feudor.* cap. VII. p. 373.

§. LXII.

Dum feuda equeſtria adquirere poſſunt, qui militiae equeſtris ſunt capaces (§. 54.), ſatis patet, parum intereſſe, ſiue adquirens ſit *paterfamilias*, ſiue *filiusfamilias p*), vel *minor q*) vel *maior*, *ſuperior* vel *inferior*. Vaſallagium enim ſubiectionem non infert, et inde quoque inferior ſuperiori feuda confert. Sic electores ſaeculares ab epiſcopo Bambergenſi feuda tenent *r*). Rex Daniae de terra Budjadingica ab electore Brunſuicenſi inueſtitur *s*), imo ſtatus imperii interdum eſt alterius vaſallus *t*), quid quod non deſunt exem- *Qui ea adquirere poſſint.*

p) Modo ſeruitia praeſtare poſſit equeſtria filiusfamilias.

q) Qui tamen donec maior factus per ſubſtiturum ſeruit, II. F. 36. §. *ſi minori.* HORN cap. V. §. XXXI.

r) SYNT. IVR. PVBL. *cap.* XVI. §. XXII. Promittunt vero *dem Capitel und Stift Gn. Willen zu erzeigen.* EYBEN *elect. iur. feud. cap.* VIII. *num.* 13.

s) Litteras inueſtiturae exhibet STRYCK *exam. iur. feud. in appendice num.* XVIII. LEYSER *de feudis Brunſu. cap.* I. *ſect.* II. §. LXII. et potiſſimum in epiſtola adiecta n. XXII.

t) Exemplum praebent tot Germaniae principes, qui R. Bohemiae, archiepiſcopi Moguntini, epiſcopi Bambergenſis, principis Hirſchfeldenſis ſunt vaſalli. Comites Waldeeciae, Landgrauii Haſſo-Caſſelani, principes Schwarzburgici, comites Stolbergenſes, Schoenbergii electorum et ducum Saxoniae ſunt vaſalli. Ab electore Palatino duos magnos et potentes duces, decem ac octo comites, immo plures dependere, dicebat legatus Palatinus, Ludouico, Ruperti filio, ducis Sabaudiae filiam confecturus, MARQ. FREHERVS de elector. S. R. I.

exempla, quae monstrant, dominum dirigentem vasalli sui esse vasallum *u*). Et inde quoque euenit, vt domini interdum vasallos adpellent *gnædige Herren*, et substitutos admittant, qui manu saltim stipulata fidem promittant *x*).

§. LXIII.

Quatenus a se ipso aliquis feudum accipit.

Feudum etiam a se ipso quis poterit accipere et nouiter acquirere, si duplicem gerat personam *y*). Exemplum praebent imperatores Austriaci, qui plurima possident imperii feuda. De his vel per procuratorem renouationem inuestiturae petere

R. I. comit. Palat. Rheni p. 19. Ab episcopo Wiirtzburgensi magister ordinis Teutonici, Hassiae Landgrauii, el. Bauariae, ratione Landgraf. Leuchtenbergensis, principes et comites Hennebergici, Schwartzburgici, comites Mansfeldici, Castellenses, Stolbergenses, Tsenburgenses, Hanouienses, Hoenloici, Glichenses, Limburgenses et Heideccenses feuda recognoscunt, KNICHEN *de Saxon. non provoc. iure verb. ducum* c. VI. *n.* 8. *sqq.* HERTIVS *de Special. Rom. Germ. imp. rebus publ.* §. XXXIII. Sic Wenceslaus, Bohemiae rex, adgnoscit, se ab Alberto, Misnensi episcopo, de variis locis per suum Capucium fuisse inuestitum, adhibitis solennibus aliis, in talibus consuetis, prout diploma exhibet WECKIVS *chronic. Dresdensi* p. 61.

u) Vide LVDOVICI *dissert. de domino vasalli sui vasallo.*

x) Hinc decanus et capitulum S. Bartholomaei vocant el. Moguntinum in litteris inuestiturae a. 1575. *ihren gnædigsten Herren*, vide docum. XXXIII. Stollbergensi deduct. ratione *Kœnigstein* adiectum §. 1.

y) HORN. *iurispr. feud.* cap. V. §. 3.

tere poſſunt, vel ſi commode hoc fieri nequeat, reuerſales electoribus exhibent, ne vergat in praeiudicium z).

§. LXIIII.

Adquirunt quoque feuda perſonae *morales* ſiue *myſticae*, quae ex iuris fictione pro perſonis habentur. Quales ſunt vniuerſitates et collegia. Ne vero de feudo pluribus collato ſeruitiorum officiorumque vaſalliticorum difficilis ſit exactio, plures vaſalli coniunctim inueſtiti prouaſallum *einen Lehn-Træger* conſtituere tenentur. Eſt autem PROVASALLVS *is, qui a vaſallo conſtitutus eſt inhabili, vt loco eius ſeruitia et officia praeſtet vaſallitica* a). Hinc non ſolum vniuerſitates et collegia, ſed alii quoque omnes, qui ad praeſtationem officiorum vaſalliticorum ſunt inhabiles, conſtituunt prouaſallum, qui a curatore feudi eſt diſtinguendus.

Collegia et vniuerſitates quoque feuda adquirunt.

z) CAPITVL. FERDINANDI II. *art.* XXIV. FERDINANDI III. *art.* XXXIII. FERDINANDI IV. *art.* XXXI. LEOPOLDI *art.* XXXI. IOSEPHI *art.* XX. CAROLI VI. *art.* X. et nouiſſ. artic. X. §. II. MVLLER *Reichs-Tags-Theatro unter K. Maximilian. Part. IV. c. XI. §. XXXI.* Sic imp. Corolus VI. pie defunctus ſeipſum, procuratore agente Sinzendorffio, inueſtiuit. Petitiones et gratiarum actiones a Sinzendorffio coram throno imperiali in hoc ſolenni inueſtiturae actu pronuntiatas vide apud LVNIG *im Labyrinth der Staats- und gelehrten Beredſamkeit, P. II. p.* 438. *ſqq.* Adde *Reichs-Fama T. III. p.* 331. *ſqq.*

a) CONRADI de *provaſallis ex iure feudal. Germ.*

§. LXV.

Excluſi a feudorum adquiſitione.

Excluduntur ab adquiſitione feudorum equeſtrium omnes, qui ſeruitia praeſtare non poſſunt equeſtria (§. 54.). Iam vero alii ob defectum corporis, vel mentis, vt *furioſi*, *mente capti*, *ſurdi*, *coeci*; alii ob ſtatum, vt *clerici b*), *feminae*, *plebeii*, *ruſtici c*), *homines proprii*, rurſus alii ob haereſin *d*), ob

b) Clerici ab armorum vſu bellicisque artibus per canones arcentur, et *non debet eſſe miles ſaeculi, qui factus eſt miles Chriſti II. F.* 21. Inde clerici ab adquiſitione feudorum regulariter ſunt excluſi II. F. 21. I. F. 30. qui textus ſimul docent, iure feud. Longobardico laicum feuda poſſidentem illa amittere, ſi ad Clericatum tranſit. Hoc vero, quod nempe ad clericatum tranſiens, feuda in ſtatu laicali adquiſita amittat, iure Germanico haud obtinere, ex IVRIS FEVD. ALEM. c. 3. verbis: *Ein ieglicher Mann, der von Ritters-Art iſt, mag wohl behalten Lehn zu ſeinem Leibe*, docet SCHILTER cod. I. F. Al.

c) II. 27. §. 5. *Si quis ruſticus arma vel lanceam portauerit vel gladium, iudex - - vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat a ruſtico.* IVRE FEVDALI ALEMANNICO p. 184. *Pfaffen und geburen und alle die nit ſemperlute ſind und die nit ehel. die ſollent alle Lehen-Rechts darben.* Cum quo conſentit ius feudale Saxon. c. 2.

d) Haeretici ſunt, qui nullam ex tribus in S. R. I. receptis profitentur religionibus. Cum vero imperantes, vt in ſuis territoriis perſonalem haereticis concedant tolerantiam, cogi nequeant, illi quoque haereticos ab adquiſitione et ſucceſſione feudorum excludere non prohibentur.

ob infamiam *e*), ob bannum ſeu proſcriptionem imperii *f*), in quam inciderunt, ſeruitia praeſtare nequeunt equeſtria, et ideo feuda quoque adquirere prohibentur. De excommunicatis variae ſunt opiniones *g*).

§. LXVI.

De iure domini directi admittendi inhabiles.

Licet vero domino ius ſit a feudorum adquiſitione inhabiles excludendi (§. 65.); is tamen, vt iure ſuo vtatur, cogi nequit. Inde, domino diſpenſandi et inhabiles ad feudorum adquiſitionem admittendi ius minime poteſt denegari. Hinc eſt, quod conſentiente domino directo clerici, feminae, infames, haeretici *h*) ignobiles, ruſtici, ſurdi,

e) Infames nec ſeruitia equeſtria, nec aulica, nec iudiciaria praeſtare poſſunt, ideoque feudorum ſunt incapaces. Et licet per ſubſtitutum poſſint ſeruire, dominus tamen vt eos, vel ſubſtitutum admittat, cogi nequit. Aſt infames factos retinere feuda, in praxi credunt ROSENTHAL c. III. Conc. 23.

f) Banniti ſeu proſcripti imperii et ciuitatem et bona amittunt *ſyntagma iur. publ.* Cap. XXIV. §. 12. Multo minus igitur ad feudorum adquiſitionem et ſucceſſionem admittuntur.

g) Excommunicatio ex mente pontificiorum aeque effectus habet ciuiles, quare etiam excommunicati ex mente eorum a feudorum excluduntur adquiſitione. ROSENTHAL Cap. III. concl. 23. Verum alia mens eſt proteſtantium, apud quos excommunicatio ſolum effectus eccleſiaſticos, non vero ciuiles producit. FECHT *de excommunicatione* Cap. XII.

h) Sunt, qui putant, dominum haereticos admittere plane non

surdi, coeci, aliique inhabiles feuda adquirant. Dominus tamen ad dispensandum non potest cogi, nec dispensatio ius tertio iam quaesitum debet auferre. Et inde fit, vt dominus inhabiles ad adquisitionem feudorum admittere nequeat, I) si agnati adsint, quibus ex inhabilitate ius succedendi est quaesitum, II) si pacta cum statibus prouincialibus inita inhabiles a feudorum adquisitione arceri volunt. III) Si adquirens est Monachus, quippe qui ob votum paupertatis, ne dispensante quidem domino, feuda potest acquirere, licet concessa a domino monasterio adquirantur *i*), nisi forsan ipsum monasterium adquisitionis sit incapax, quale erit mendicantium *k*).

§. LXVII.

non posse, eamque in rem 1) adferunt I. P. W. Art. VII. §. 1. *sed praeter religiones supra nominatas nulla alia in S. R. I. recipiatur aut toleretur* 2) ad *L.* 4. *C.* de *haereticis* et *L.* 4. *C.* de *apostatis* prouocant. Ast cum 1) instrumentum pacis minime tolerantiam personalem, sed solummodo exercitium religionis liberum prohibeat, HENNIGES *medit. ad instrum. pac.* p. 865. 2) L. 4. C. *de haereticis*, non de haereticis, in genere, sed de Manichaeis solum loquatur, L. 4. C. *de Apostatis*, his solum ius testandi vendendique bona interdicat; plane non video, cur domino directo, qui simul dominus territorialis est, ius, haereticos ad feudorum adquisitionem admittendi, velis denegare. HOFFMANN *Consil.* lib. I. Cons. 2.

i) ROSENTHAL lib. III. concl. IV. Nov. V. c. 5. HORN Cap. V §. 29.

k) Licet etiam per obliquos modos mendicantes bona adqui-

§. LXVII.

Inhabiles ad feuda, domino conſentiente adquirenda, poſſunt admitti (§. 66.). Aſt quia ideo ad ſeruitia equeſtria non ſtatim habiles redduntur; haec quoque ab illis praeſtari non poſſunt. Exinde tamen remiſſa penitus eſſe ſeruitia, minime colligas. Seruitiorum enim praeſtatio nunquam remiſſa praeſumitur (§. 12. et 13.). Inde inhabiles ſeruitia, quae ipſi praeſtare impediuntur, vel per ſubſtitutum domino exhibere, vel pro ſeruitiis certam pecuniae quantitatem ſoluere tenentur, et quidem vel ſingulis annis, vel in quolibet actu inueſtiturae. Priori caſu feudum habemus CENSVALE, in poſteriori vero BVRSALE, *Beutel-Lehn l*). *De obligatione inhabilium.*

§. LXVIII.

quirant. Sic Guilielmus Miſnenſis marchio ſyluam, quam Franciſcanorum monaſterio donauerat, Monialibus Seuſelicenſibus ea lege dedit, vt Franciſcani Freibergenſes eadem vterentur. MOLLER *Chron. Freiberg.* P. I. Cap. XII.

l) De his loquitur OESTERREICHISCHE LANDTAFEL tit. 2. *welches Lehn man ungeadelten Leuten giebt* (feuda enim nobilia in Auſtria non niſi homini nobili conferuntur) *das nennt mann Beutel-Lehn, weil man weiter keinen Ritterdienſt erwarten kann; ſondern ſolches Lehn mit Beutelgab oder Geld verdienet wird.* LVDEWIG *Germ. princ.* pag. 415. Adde ill. ENGAVII progr. de *feudis burſaticis.*

§. LXVIII.

Inhabiles admissi habent iura vasal.

Inhabiles, qui ex dispensatione domini ad adquisitionem feudorum admittuntur, fiunt vasalli. Ergo quoque iura vasallorum illis competunt. Hinc feuda in suos transmittunt liberos (§. 13.) *m*), in curia stare possunt domini, imo et ad testimonium in causis dicendum feudalibus admittuntur. Vasallos tamen rusticos stylo curiae Saxonico saltim vocari *unsere Getreue*, dum alias vasalli salutentur *unsere liebe Getreue*, tradunt LYNCKER et SCHILTER *n*); ast in terris Saxoniae Electoralibus rusticos vasallos salutari *Liebe Getreue*, tradit HORN *o*).

§. LXVIIII.

Vasallorum distinctio secundum

Varie autem vasalli distinguuntur. Iure Longobardico feudali tres statuuntur ordines *p*). Qui enim de feudis maioribus, id est,

m) Equidem IVRE FEVDALI SAX. Cap. II. ignobiles licet de feudis fuerint inuestiti, ista tamen ad haeredes transferre nequeunt: *welcher Herr aber dieser einen Guth zu Lehn leihet, von dem haben sie wohl Lehn-Recht an dem Guthe, sie erben es aber nicht auf ihre Kinder*; ast haec dispositio hodie extra vsum est.

n) *ad Struuium*, c. IV. §. 5.

o) *iurispr. feud.* Cap. V. §. XXVIII.

p) Tres saltim ordines facit OTTO FRISINGENSIS *de Gestis Friderici I. lib. II. cap. XII.* scribens: *cum tres inter eos* (Longobardos) *ordines, id est, capitaneorum, valuasorum, plebis esse noscuntur*, vbi sub plebe valuasini intelliguntur.

eſt, talibus, ex quibus ſpectabilis equitum numerus ſuſtinebatur, erant inueſtiti, CAPITANEI *q*), et quidem, ſi a rege immediate, vt Duces, Marchiones, comites, REGIS ſeu REGNI *r*), CAPITANEI; ſi vero a potentiore quodam capitaneo, VALVASORES MAIORES, ſeu recentiori tempore, *capitanei* ſimpliciter vocabantur *s*). Qui vero de feudis minoribus, ſpectabilem equitum numerum haud ſuſtinentibus, inueſtituram acceperant, VALVASORES *t*), et a valuaſore ſubinueſtiti VALVASINI *u*) ſeu VALVASORES MINORES, imo, qui horum erant vaſalli, VALVASORES MINIMI adpellantur *x*). *ius Longobardicum.*

§. LXX.

q) Sunt enim capitanei militum praefecti. Inde qui ſpectabilem equitum numerum ex feudo alebant, capitanei dicebantur. Du FRESNE v. capitaneus.

r) I. F. 1. pr. *Dux, Marchio et Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui proprie* REGNI vel REGIS CAPITANEI *dicuntur.*

s) I. F. 1. *hodie Capitanei appellantur, qui et ipſi feuda dare poſſunt.* II. F. 10. *Qui vero a principe vel ab aliqua poteſtate, de plebe aliqua, vel plebis parte eſt inueſtitus*, is capitaneus *appellatur, qui proprie* valuaſores maiores *olim appellabantur.* Exinde originem traxiſſe videtur, vt Friſiae orientalis dynaſtae dicerentur *Hæftlinge, Hauptlinge*, v. BRENNEYSEN *Oſtfrieſiſche Hiſtorie*, Tom. I. lib. I. cap. IV. §. 3.

t) I. F. 1. et II. F. 10.

u) II. F. 10.

x) I. F. 7. 15. 16.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0097
DFG

§. LXX.

Clypeorum militarium distinct.

Iure feudali Germanico secundum clypeos militares, *nach denen Heerschilden*, septem statuuntur gradus militares *y*). Horum primum gerit rex Romanorum, secundum, principes ecclesiastici, *die Pfaffen-Fürsten*, tertium, principes laici, *die Layen-Fürsten*, quartum, domini liberi, *die Freyen Herren*, quintum, medioxumi, *die Mittel-Freyen z*), sextum, ministeriales, *die Dienst-Mannen*, septimum, *die Semper-Lüte a*), qui origine quidem nobiles non erant, verum per officium quoddam Palatinum, vel feudum, quod fuerunt adepti, tales fiebant. Inde, quum feuda militiae causa constituerentur, vasallorum quoque classes secundum gradus militares erant ordinatae.

§. LXXI.

y) LANDRECHT *lib.* I. *art.* III. IVRE FEVD. SAXONICO *cap.* I. ALEMANNICO *cap.* I. ILLVST. a SENCKENBERG de *ordinibus exercitus Germanici.* Aliam vero recensionem facit P. de ANDLO lib. II. cap. XII.

z) Distinguit *semperfreyen et mittelfreyen* SPEC. SVEC. *cap.* XLIX. *cap.* CCXCV. §. 2. *cap.* CCCXVI. §. 3.

a) Has classes explicat SCHILTERVS *in commentario ad cap. I. historia iuris cap. VIII. §. X.* IOAN. EHRENFRIED SZCHACKWITZ *meditationes circa materiam de septem clypeis militaribus.* Adde EVCH. GOTTLIEB RINCKII diss. *de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0098
DFG

§. LXXI.

Diuiſiones vaſallorum (§. 69. et 70.) expoſitae apud nos exiguam praeſtant vtilitatem. Hodie vaſalli ratione *nexus feudalis* ſunt vel *mediati*, vel *immediati*, *mittelbare und unmittelbare Vaſallen*. Illi ab imperatore et imperio, hi vero ab alio, qui imperatori et imperio eſt ſubordinatus, tenent feuda. Ratione *dignitatis* vaſalli ſunt vel *maiores*, vel *minores*. Illi feuda regalia, hi non regalia poſſident, et rurſus vel nobiles, vel ignobiles ſunt. Ratione *iurisdictionis* vaſalli itidem ſunt vel *immediati*, qui imperatoris et imperii iurisdictioni ſolum ſubſunt, et *Reichs-Lehn-Leute* dicuntur, vel mediati, qui praeter imperatorem alium adhuc iudicem agnoſcere tenentur, *Landſäſsige Vaſallen*, et rurſus, prout in prima inſtantia vel iurisdictioni ſuperiorum iudiciorum, vel inferioribus ſubſunt iudiciis, diuiduntur in *Canzley- und Schrifftſäſsige*, vel *Amtsſäſsige Lehn-Leute*. Ratione *inueſtiturae* ſunt vel tales, qui feuda throni et vexillaria poſſident, vel talia non habent. Porro ratione *gradus inueſtiturae* ſunt vel vaſalli, vel ſubvaſalli *Affter-Lehn-Leute*, quales ſunt, qui a vaſallo de rebus, quas ipſe tenet in feudum, inueſtiuntur. *Hodierna vaſallor. diuiſio.*

)o(

* *

CAPVT V.

DE

REBVS IN FEVDVM DANDIS.

§. LXXII.

Quaenam res in feudum dari possint.

Feudum est res loco salarii sub lege fidelitatis in dominium vtile concessa (§.6.); omnes igitur res, quarum dominium vtile in alterum potest transferri, quaeue ita comparatae sunt, vt, illas loco salarii accipere, aliquis commoueri possit, in feudum dari queunt.

§. LXXIII.

Res sacrae, religiosae, sanctae, an in feudum concedi possint?

Res, quarum dominium vtile in alterum transferre licet, in feudum dari queunt (§. 72.). Hinc licet res sacrae, religiosae, sanctae, iure Romano in dominio Deorum existerent, ideoque penitus hominum commercio essent exemtae, ex sanae tamen religionis principiis huiusmodi res non magis in dominio exsistunt diuino, quam reliquae res a Deo creatae. Inde quoque res sacrae, religiosae, sanctae, quatenus in commercio exsistunt hominum, in feudum concedi possunt.

§. LXXIIII.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0100 DFG

§. LXXIIII.

Monasteria et templa non existunt in dominio Dei (§. 73.). Potius expediti iuris est, eum, qui in suo aliquid aedificat, aedificii fieri dominium *b*). Hinc quoque is, qui ex consensu imperantis in suo aedificat monasterium vel templum, eius consequitur dominium. Et cum dominus rem suam sub nexu feudali in alium transferre non prohibeatur (§. 51.); patet, quod templa *c*) et monasteria *d*) sub nexu feudali concedi

templa et monasteria in Feud. conceduntur.

b) L. 7. §. 10. *D. de adquirendo rerum dominio.*

c) Sic Carolus IV. profitetur apud BROWERVM *Annal. Treuir*, T. II. p. 218. *quod a Balduino Archiepiscopo Treuirensi praeter alia in feudum recognoscat septuaginta duas* ecclesias matrices *cum iuribus patronatus*, decimis etc. Porro apud GVDENVM *Cod. Diplom.* p. 132. *Praefati vero principes easdem ecclesias prius in beneficium possidentes nobis idcirco eas resignauerunt.* AYRMANN *sylloge anecdot.* T. I. p. 266. *Albertus et Albertus comites in Glichen notum esse cupimus literas per praesentes, quod donationem per Henricum de Gumerstete coenobio St. monialium in Ilemene factam de capella Stae Mariae in Elxleben, quam a nobis* iure *possidet* feudali, *legitime approbamus.* Aliud exemplum exhibet Charta apud SCHOETTGEN *script. rerum Germ.* T. II. p. 171.

d) Sic monasteria dono esse data, testatur charta apud SCHANNAT *tradit. Fuldens.* p. 82. *Nos simul trademus sicut supra dictum in Wangenheimero marca* i. e. *illam ecclesiam et monasterium constructum cum illis sanctorum reliquiis et cum omni proprietate* i. e. *tam terris, syluis, campis, pratis, pascuis, qualiter et quomodo hereditatum a parentibus et a nobis elaboratum aut*

concedi queant, ita vt vasallus exinde omnem percipiat vtilitatem, quae absque templi profanatione percipi potest.

§. LXXV.

Feuda altarium.

Sicuti templa, sic quoque altaria in feudum dare licet. Inde nascitur ALTARAGINVM *das Altar-Lehn e*), cuius tria sunt genera. *Primum*, vbi sacerdos inuestitur cum munere inseruiendi altari et exinde fructus percipiendi *f*). *Alterum*, quo laicus inuesti-

aut adquisitum sit. Hinc non defuerunt monasteria, quae contra infeudationes priuilegia impetrarunt, sic in priuilegio Innocentii III. monasterio Gandersheimensi concesso apud LEVCKFELD p. 81. *Vt nullus rex habeat licentiam, nostrum monasterium aliquibus hominibus in beneficium dare.* In priuilegio Hermanni Luzelburgici abbatiae Corbeiensi 1082. concesso apud LVNIG. *Spicil. eccl.* T. III. p. 88. idem continetur.

e) De quo CHLADENII tr. *de altaragio eiusque infeudatione*, apud IENICHEN *thes. iur. feud.* T. I. p. 990.

f) Sic in transactione inter eccles. *St. Johannis Amenaburgi* et *ordinem Teutonicum*, de aedibus, quas ordo Marburgi habet, conuentum: *um solche Zweiung, als wir mit ihnen gehabt haben, um die Lehnschafft des* ALTARS *Stae Catharinae in der Capelle gelegen zu Martorff güttl. und müntlich geeinet - - das die vorgenant der Commenthur und die Herren des deutschen Hauses den ehgemelten Altar leben sollen und mögen, wen sie wollen.* Extat apud KVCKENBECKER *Annal. Hass.* Coll. I. pag. 97. Singularis quoque est inuestitura, quam Conradus Walckenrodensis nobili domino Berlde de Werthern fecit hac formula, *haben ihn belihen*

inueſtitur cum iure conſtituendi ſacerdotem ad officium altaris peragendum *g*). *Tertium*, vbi reditus altaris alicui in feudum conceduntur *h*).

§. LXXVI.

Res eccleſiaſticae quatenus in feudum dari poſſint.

A rebus ſacris et religioſis bene diſtinguendae ſunt res eccleſiaſticae, quippe quae *ſunt res in dominio eccleſiae quidem exiſtentes, aſt cultui diuino immediate haud inſeruientes*. Sicuti vero templa et monaſteria poſſunt alienari (§. 74.); ita multo magis rerum eccleſiaſticarum permiſſa eſt alienatio. Interim tamen vtilitatis publicae ratio iubet, ne res eccleſiaſticae facile *i*) et absque ſolemnitate alienentur *k*).

beliehen, und verleihen mit dieſen Brief ihm, ſeinen Erben, Vorfahren und Nachkommen, daß unſer lieben Frauen Altar ſoll ihre heiſſen und ſeyn. Exſtat apud I. G. LEVCKFELD *antiquit. Walckenrid.* CXVI. p. 325. huc quoque facit charta apud KOPP *Lehn-Proben* P. II. p. 8. *Es ſoll auch der Capellan zu Reineck ſizen in dem Nuzen der Capellen, alſo lange, bis ſich die Herrn verrichten, wer die Lehn zu Reineck zu rechte ſoll liehen, der ſoll auch die Capellen liehen.*

g) Exemplum exſtat apud SCHANNAT *Clientel. Fuld.* n. 447. et aliud apud KVCHENBECKER *l. c.* Coll. V. p. 94.

h) Exempla vide apud DV FRESNE *Gloſſario v. altare.* Adde ZIEGLER *de dote eccleſiae Cap.* XIII. §. XIII. *ſeqq.*

i) Hiſtoria prohibitae alienationis rerum eccleſiaſticarum docet, quod hae res non ſua natura, ſed ex diſpoſitione legum ciuilium ſint inalienabiles, prout docet BOEHMER *iure eccleſ. prot. II. III. XIII.*

k) de quibus vide ill. a LEYSER *Spec.* 24. *m.* 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0103
DFG

§. LXXVII.

Imo solemniter in feudum dantur.

Rerum ecclesiasticarum dominium vtile potest in alios transferri (§. 76.). E. quoque res ecclesiasticae possunt certa ratione in feudum concedi (§. 72.). Quia vero res ecclesiasticae non facile, imo nec sine solemnitate alienantur (§. 76.); sequitur, vt illae nec facile nec absque solemnitate in feudum concedi queant.

§. LXXVIII.

Quomodo res eccles. infeudentur.

Sunt enim res ecclesiae vel *infeudari* iam *solitae l*), vel *infeudari nondum solitae.* RES INFEVDARI SOLITAE dicuntur, *quas episcopus seu praelatus, dum ad suam dignitatem fuit eleuatus, in nexu feudali inuenit m*). Has praelati iisdem conditionibus, quibus antea, recte in feudum absque capituli consensu conferunt *n*), imo conferre interdum obligantur

l) ROSENTHAL *cap.* II. *concl.* XXI. SCHRADER *Part.* IV. *cap.* II. *seqq.* BRVCKNER *de rebus infeudari et sub in feudari solitis.* Add. B. PARENS *obseru. feud. cap.* V. §. 3. BOEHMER *Cap.* III. §. IX. BRAVN. de *re infeudari solita.*

m) Sunt enim episcopi et praelati administratores et procuratores bonorum ecclesiasticorum c. 2. X. *de donationibus* et ideo de bonis ecclesiae, quatenus omnia relinquunt in statu, quo illa inuenerunt, disponere possunt. II. F. 35. *et ideo sciendum est, archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inuenerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto alii episcopi et clerici ea, quae in dominico habent, et feuda his aperta,*

tur *o*). Interim tamen consensus capituli quoad res infeudari solitas requiritur, si 1) feuda iam fuerint incorporata, vel 2) collatio feudi etiam a capitulo dependeat, vel 3) statuto capituli fuerit cautum, vt etiam ad res infeudari solitas capituli consensus requiratur.

§. LXXVIIII.

Alia vero ratio est rerum infeudari haud solitarum (§. 78.). Ecclesiae enim, dum iura habeant minorum *p*), infeudatio quoque rerum ecclesiasticarum debitis fieri debet requisitis, adsit nempe, necesse est, vtilitas, seu necessitas alienationem suadens, praeuia

Et quidem infeudari haud solita.

aperta, olim dederunt, et hodie dant I. F. 1. c. 2. HORN *Cap.* V. §. 5. Idem consuetudine Germaniae esse introductum, docet GAILIVS II. *Obseru.* CLXI. num. 4. HARPRECHT *Resp.* LVII. *num.* 116. Constitutio enim Vrbani VIII. de anno 1625. quam exhibet TAMBARINVS *de iure abbatum Tom.* III. *disp.* XIV. *qu.* 4. *& seqq.* qua feuda, semel ad ecclesiam deuoluta, iterum infeudari prohibentur, in Germania nunquam vsum habuit, BOEHMER *Cap.* III. §. XV.

n) Immo in quibusdam statutis obligantur episcopi, vtpote in statuto Monasterienſi decernitur, *und soll der keines behalten, sie wären denn Ihr F. G. zuerkennet, durch ihre Mannschaft, und alsdenn soll er die nit behalten länger denn Jahr und Tag, und wofern inwendig die Zeit niemand von denen Blut-Freunden männlicher oder weiblicher Geburt erschienen, wie sie sollen, so sollen ihre F. G. die Güter verleihen etwan einer tüchtigen Person und die keiner Weise behalten, noch ihrer Tafel zueignen.*

o) Auth. *hoc ius porrectum C. de S. S. eccles.*

uia cauſae cognitio, et capituli ac epiſcopi conſenſus *p*), praeter quem et alii papae exigunt conſenſum, qui tamen hodie, apud Germanos praeſertim, plane non requiritur *q*). *Aduocatorum* etiam, quibus potiſſimum eccleſiae bona curae erant, conſenſus requirebatur *r*) olim, immo et hodie ad-

p) C. *Ambitioſae, Extrauag. de rebus eccleſiae non alienandis. Omnium rerum et bonorum eccleſiáſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, praeterquam in caſibus a iure permiſſis, ac rebus et bonis in emphyteuſin ab antiquo concedi ſolitis, et cum eccleſiarum euidenti vtilitate, nec de fructibus et bonis, quae ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione praeſenti fieri prohibemus.* Additur deinde, quod talis infeudatio, ſine praeuiis requiſitis facta, nullius ſit roboris et momenti, BOEHMER *Cap.* III. §. XI.

q) Ipſi pontificii teſtantur, huius conſenſum amplius non requiri, BARBOSA *iure eccleſ. Part.* II. *cap.* XXXII. ENGEL in *coll. iuris canonici ad tit. de reb. eccleſ. non alien. num.* 24. WIESENER *in diſſertat. de alienat. canon. rer. eccleſ. tempor. P.* II. *tit.* VII. *n.* 27. Inter proteſtantes SCHILTER *ad ius feud. Alemannicum Cap.* XXVI. §. 12. HARPRECHT *Reſp.* LVII. *num.* 317. BOEHMER *Cap.* III. §. 3. Sic etiam PIRHING *Comment. in tit. de reb. eccleſ. alien. p.* 259. dicit, dictam extrauagantem: *Ambitioſae*: in pluribus locis vſu non eſſe receptam.

r) Vide exempla apud ANT. MATTHAEI *de nobilitate lib.* II. *cap.* XXIX. *pag.* 503. ita, vt quicquid citra ipſorum

adhuc, si ecclesiae patronatae fuerint, patronorum *s*). Interdum tamen episcopus absque capituli consensu res infeudari non solitas in feudum concedit, si 1) consuetudo episcopo libertatem infeudandi citra capituli consensum concesserit *t*), 2) feuda fuerint oblata, vel 3) notoria ecclesiae necessitas postulauerit infeudationem *u*), vel 4) res sit exigui momenti, quae praelati iuri infeudandi relinquatur *x*).

§. LXXX.

Capitulum, sede vacante, an possit infeudare.

Eadem quoque distinctio inter res infeudari solitas, et de nouo in feudum concedendas (§. 78. et 79.), locum habet, si capitulum, sede vacante, aliquid in feudum vult conferre. Capitulum enim, quod sede vacante omnia iura episcopi habet, res infeudari solitas in feudum recte concedit, minime vero infeudari non solitas, quia

sorum consensum factum, fuerit inualidum, HERTIVS de *iact. vulgo ord. Cister. lib. sect.* III. §. XVIII.

s) Patet hoc ex eo, quod ecclesiae bona sine patroni consensu alienari nequeant, vid. BOEHMER *iure eccles. lib.* III. *tit.* XXXVIII. §. CLVII. *de feudis eccles. cap.* II. §. III. CRAGIVS *iur. feud. cap.* XIII. §. 7.

t) BOEHMER *Cap.* III. §. IV.

u) BOEHMER loc. cit. §. VI.

x) cap. 53. C. 12. qu. 2. *terrulas aut vineolas exiguas, aut ecclesiae minus vtiles, aut longe positas, paruas, episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.*

per infeudationem fit innouatio. Haec vero sede vacante prohibita est *y*).

§. LXXXI.

Quaenam res a canonistis eximantur. Bona mensalia tituli.

Licet autem de rebus ecclesiae feuda concedi possint (§. 77.), ab his tamen excipiunt canonistae *titulos*, *bona mensalia et decimas*. De titulis libri feudorum *z*). *Item si episcopus, vel abbas, vel abbatissa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quae eis subiectae sunt*, et TITVLI *a*) vo-

y) Idque iam dum ex iure antiquo, de quo CAPIT. CAROLI CALVI *tit.* VII. *num.* 26. *vt precariae et commutationes tempore viduatarum ecclesiarum factae ab his, qui loca episcoporum occupauerant, rescindantur, et cum auctoritate ecclesiastica vel ciuili denuo, si fiendae sunt, fiant*; Idem habent REGINO *lib.* I. *c.* CCCLVII. BVRCARDVS *lib.* III. *cap.* LXVI. vide titulum extrauagantium Ioannis XXII. *ne sede vacante aliquid innouetur*, BOEHMER *Cap.* III. §. XIII.

z) I. F. 6.

a) Per titulos intelliguntur ecclesiae parochiales, quae titulum gerunt certi sancti, cui erant destinatae. Sic teste AVGVSTINO *Pf.* XXI. *et Tract.* VII. *in epistolas Johannis*: *tituli domibus insigniebantur, vt, cuius essent, dignosceretur, idem factum de templis, vt horum portae titulus sancti, cui esset dicata, infigeretur.* Docet hoc nos PRVDENTIVS *Hymno V. Peristeph. de S. Vincentio*:

Iam nunc et ossa extinxero,
ne sit sepulchrum funeris,
quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat martyris.

Et hymno XII. de passionibus apostolorum, *Parte alia titulum*

vocantur, nullum habet vigorem, secundum hoc quod constitutum est a papa Vrbano b) in sancta synodo, hoc est illud, quod post eius decre-

titulum Pauli via seruat Ostiensis. Hinc ecclesia erat *S. Pauli, S. Hieronymi, S. Augustini*, et sic porro, a nomine sancti, cui erant destinatae, sic intitulatae. Neque tamen omnes ecclesiae titulum adeptae, sed parochiales saltim. Quare *Capit. Lib.* V. *cap.* CXXXV. praescribit: *vt presbyteri, qui in titulis consecrantur, secundum canones, antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciant*: scilicet, quod parochiam suam nolint relinquere. Sic IVO *decreti Part.* III. *cap.* CCLXIX. ex concilio Nannetensi: *vt, si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud seniorem secularem, nulla precatione vel aliquo xenio ecclesiam illam obtineat; quia titulus per se constans ante constitit.* Hinc etiam cardinales presbyteri, qui ad certam ecclesiam parochialem sunt destinati, a certo titulo nomen habent, Cardinalis tituli S. Sixti, S. Praxedis, etc. Vide IOAN. DARTES *comment. ad distinct.* LXX. DV FRESNE voce titulus: Et clerici ad certam ecclesiam destinati dicebantur intitulari. IVO *epist.* CCLXXXV.

b) Videtur innui concilium Claromontanum sub Vrbano II. celebratum, in cuius *Cap.* XX. statuitur: *vnde et interdictum est omnibus laicis, ne amplius altaria vel ecclesias sibi retineant*, in feudum scilicet. In concilio Bituricensi an. 1031. Cap. XXXI. statuitur: *vt seculares viri ecclesiastica beneficia, quae Feuos presbyteriales vocant, non habeant super presbyteros*, vbi *Feui presbyteriales* nihil aliud erant, quam quod alias vocamus *titulos*. Licet IANVS ab ARCEDVRA *concluf. feud. Cap.* I. *concl.* II. *num.* 14. sub titulis bona mensalia intelligat, quem sequitur B. de LYNCKER *Resp.* II. Adde EYBEN *el. iur. feud. Cap.* X. §. V. SCHILTERVM *ad ius Alemann. p.* 202.

decretum fuerit datum; quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. BONA MENSALIA definiri solent, *quod sint bona ad fundationem episcopatus et ad sustentationem episcopi statusque eius destinata.* Huiusmodi bona nec alienari, nec in feudum dari posse, plerique ex iureconsultis tradunt, hisce moti argumentis: *Primo* Vrbanum II. dedisse legem, ne bona mensalia alienarentur, sicque eorum infeudationem ne adhibitis quidem solennibus canonicis esse validam *c*). *Deinde* huiusmodi bona ea plerumque concessa esse conditione, ne alienentur, simulque variis execrationibus eorum alienationem esse prohibitam. *Tandem* varios iuris canonici textus *d*) eorum alienationem interdixisse *e*). Simili modo decimas alienari, sicque infeudari non posse, credunt, quia illae ab ipso Deo clericis concessae et ad res referendae sint spirituales, variique textus iuris canonici earum translationem ad laicos ita interdicant, vt nulla praescriptione temporum laici earum possessionem tueri queant *f*).

§. LXXXII.

c) Intelligunt textum I. F. 6.

d) Prouocant ad c. 3. et 10. c. 18. de *rebus ecclesiae alienandis vel non.* Clement. I. *de reb. eccl. non alienandis.*

e) Vberius haec argumenta exponunt DE LYNCKER Resp. II. n. 71. WIESTNER de *alien. rer. canon. tempor. P.* III. *Art.* 8. *n.* 9. aliique.

f) C. 19. de *decim.* c. decimas C. 16. qu. 7. c. causam 7. de

§. LXXXII.

Hodie *tituli* seu parochiales ecclesiae inter catholicos plane non, inter protestantes vero ius circa illas competens eatenus in feudum dari potest, quatenus est in commercio (§. 74.). *Bona mensalia*, sicut reliquae ecclesiarum res, in feudum recte conceduntur. Vrbani II. enim constitutio non de mensalibus bonis, sed de parochialibus loquitur ecclesiis (§. 81.). Deinde bona mensae sub conditione: *ne alienentur*, concessa, alienari quidem et infeudari nequeunt, ast non natura horum bonorum, sed adiecta destinationi conditio eorum infeudationem impedit, et hinc exstinctis iis, qui alienationi contradicendi ius ex pacto habent, infeudatio eorum locum habet. Tandem iuris cano-

Quatenus tituli, bona mensalia in feudum concedi possint.

de *praescript.* Hanc prohibitionem sub Alexandro III. in concilio Lateranensi demum fuisse factam, tradit COVARRVVIAS *Lib. II. var. Resol. c. XVII. num.* 5. Verum, AVGVSTINVS BARBOSA *iure ecclesiastico Lib.* III. *cap.* XXVI. §. 3. *num.* 61. iam longe hoc prohibitum fuisse tradit, idque potissimum ex ea ratione, quod desuper clamauerint episcopi, prout B. RHENANVS *rer. German. Lib.* II. *p.* 90. scribit. Quare etiam Henricus II. Imp. in donatione, Fuldensi abbatiae concessa, apud BROWERVM *p.* 212. dicit: *Deo collata patrimonia et decimationes ecclesiarum laicorum manibus tradita polluuntur.* Et in diplomate Conradi II. *pag.* 264. *Liceat abbati decimas sibi auctoritate apostolica concessas accipere, nec Laicis earum beneficium praestare.* Add. ALTESERRA *de orig. feud. Cap.* V. VII. §. III. IV.

canonici textus adducti, non de mensalibus, sed de ecclesiasticis bonis in genere loquuntur, ac eorum interdicunt alienationem. Hisce vero generalioribus decretis suam de bonis ecclesiae disponendi facultatem circumscribi, Germaniae numquam passa sunt capitula *g*). Decimae, licet ecclesiarum vsibus olim solummodo essent dicatae, imo Carolus M. eas non mensae regiae, vt quidam credunt *h*), reseruarit, sed potius clericis destinauerit, illae tamen in laicorum peruenerunt manus. Episcopi enim et abbates territoria adquirentes, decimas, tanquam

g) Vide OCKEL de *praescript. immemor.* Cap. IV. BERNH. AB ESPEN *iure eccles.* Part. I. litt. II. c. VI. KRESS. in diss. prooem. ad THVMMERMVTH n. 57. et potissimum illustr. IO. ERN. FLOERCKII diss. *de origine mensae episcopalis.* Add. ill. BOEHMER *iure eccles.* Lib. III. tit. XIII. p. 695. sqq. Cel. BVRI *Erl. Lehn-Recht* p. 545.

h) GOBEL. PERSONA *Cosmodrom. aet.* VI. *cap.* XXXVIII. *Et licet decimae de iure diuino spectare noscantur ad sacerdotes, Carolus tamen Magnus decimas, in his partibus mensae regis reseruauit. Et inde est, quod laici in partibus istis decimas obtineant. Et quia nondum omnes Saxones fidem Christianam susceperant, non erat tutum adhuc, in locis praedicatis episcopos ordinare.* Sequitur RHETIVS *instit. iur. publ. lib.* II. *tit.* II. §. LXXXV. et IO. GRYPHIANDER *de Weichbildis Cap.* XXX. *num.* 12. quos tamen MEINDERS *de origine decimarum in veteri Westphalia p.* 449. satis confutauit. Maxime, dum Carolus M. decimas ecclesiis dare, saepius inculcet.

quam res viliores, laicis conceſſerunt *i*). Eccleſiarum quoque patroni, parochis certa adſignantes ſalaria, ſibi decimas reſeruarunt *k*). Quid quod ipſi imperatores interdum decimas militibus ſeu miniſtris ſuis in feudum adſignarunt. Interim pontifices et clerici ſaepe tentarunt, laicis decimas penitus ſubtrahere. In conuentione inter Henricum V. imp. et Paſchalem II. Romae an. 1110. inita, decernebatur, epiſcopos decimis et oblationibus contentos eſſe debere *l*). Sub Friderico I. imp. Vrbanus papa decimas repetebat, cauſam etiam in comitiis Gelnhuſenſibus an. 1186. proponebat imperator, verum ad antiquam poſſeſſionem prouocabatur *m*), vt plures decimae adhuc

i) KRANTZIVS *Metrop. Lib.* I. *c.* II. Hinc etiam ALBERTVS STADENSIS *anno* 1066. de feudis Bremenſibus dicit: *nam et curtes epiſcopi, et decimae eccleſiarum omnes ceſſerant in vſum laicorum.*

k) Huc facit c. 7. App. I. Capit. lib. IV. De eccleſiis ſine honoribus manentibus, absque officiis et luminaribus et de his, qui decimas ſumunt, et de eccleſiis non curant. Vide Dnum BVRI *Erl. Lehn-Recht* p. 570.

l) DODECHINVS *ad annum* 1110. CORPVS HISTOR. GERM. *Per.* VI. *Sect.* IV. §. IV.

m) ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib.* III. *c.* XVIII. hoc negotium deſcribit, atque imp. ita inducit loquentem: *Compertum forte habetis, quantis aduerſitatibus impetar a domino Papa, iniuſtum eſſe, aliquam laicam perſonam decimas poſſidere, quas manifeſte dominus his, qui altari deſeruiunt, deputauerit. Scimus autem decimas*

huc sint in laicorum manibus, quae proinde recte in feudum conferuntur *n*).

§. LXXXIII.

Diuisio feudor. in eccleſiaſtica et ſaecul.

Exinde, quod res eccleſiaſticae aeque, ac ſaeculares in feudum concedi queunt, naſcitur feudorum diuiſio in ſaecularia et eccleſiaſtica. FEVDVM ECCLESIASTICVM, *geiſtlich Lehn, Krumſtabs-Lehn*, eſt *res ex patrimonio eccleſiae in dominium vtile loco ſalarii ſub lege fidelitatis conceſſa*. SAECVLARIA vero FEVDA *weltliche Lehn* vocantur, *res ſaeculares feudi iure conceſſae*. Minime igitur feudi eccleſiaſtici a ſaeculari differentiam conſtituit perſona conferens vel accipiens feudum, ſed potius ad rem ipſam, quae confertur, reſpicitur. Poteſt feudum eſſe eccleſiaſticum, quod nec perſona eccleſiaſtica concedit, nec eccleſiaſticae conceditur. Exemplo ſint aduocati eccleſiarum, qui perſonae ſaeculares de praediis eccleſiae militibus

mas et oblationes Sacerdotibus et Leuitis primitus deputatas, ſed, cum tempore chriſtianitatis ab aduerſariis infeſtarentur eccleſiae, easdem decimas praepotentes et nobiles viri ab eccleſiis in beneficio ſtabili acceperunt, vt ipſi defenſores eccleſiarum fierent, quae per ſe obtinere non valerent. Adde LEHMANNVM *Chron. Spirenſ. Lib.* V. *cap.* LXVII. KRANTZIVM *Saxon. lib.* VI. *c.* LII.

n) Hinc in bulla Pii II. de An. 1459. *inter document. Würtenb.* p. 188. diſtinguitur inter decimas laicales et eccleſiaſticas. Adde EYBEN *elect. feud.* cap. V. §. V. et VI. et BOEHMER *vindiciae decimarum laicalium*, et G. L. BOEHMER de *origine et ſ'ratione decimarum in Germania.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0114
DFG

litibus feuda conferebant eccleſiaſtica. Simili modo perſona eccleſiaſtica vel feudum concedere, vel illi concedi poteſt, quod tamen non eſt eccleſiaſticum. Exemplo ſit elector Colonienſis, qui ducatum Weſtphaliae in feudum tenet, et ex huius ducatus terris aliis feuda confert, et tamen nec ducatus Weſtphaliae, nec quae ex illo conceduntur, feuda ſunt eccleſiaſtica. Hinc feudum eccleſiaſticum non eſt, quod perſonae eccleſiaſticae, vtpote epiſcopo, abbati, vel monaſterio conceditur *o*), ſed potius eſt *eccleſiaſticorum*, et pro feudo ſaeculari habendum. Inde quoque quoad prouincias epiſcoporum diſtinguendum eſt territorium epiſcopatus et abbatiae, *die Stiffts-Lande*, a terris et prouinciis ſaecularibus, quae epiſcopatui et abbatiae acceſſerunt *p*). Feuda ex iſtis conceſſa, ſunt eccle-

o) ROSENTHAL Part. II. concl. V. num. 3. Eccleſiaſticum dicit, quod vel ab eccleſia datur, vel quod eccleſia per ſuos praelatos ab aliis tenet, ſeu recognoſcit. CRAGIVS lib. I. p. 60. Prouocatur ad II. F. 40. vbi feudum, quod epiſcopus vel abbas a rege datum habet, beneficium eccleſiaſticum dici videtur. Verum, non feudum, ſed munus epiſcopale ibi intelligitur, dum feudum clericum ſua culpa amiſiſſe, beneficium eccleſiaſticum vero retinuiſſe, ibidem dicatur. Adde BOEHMERVM *de feudis eccleſiaſticis*; cap. II.

p) Exemplum dedit archiepiſcopatus Moguntinus, ad quem, praeter terras archiepiſcopales, ſpectat comitatus Kœnigſtein, et pars comitatus Rheineccenſis. Ad Co-

ecclesiastica, quae vero ex prouinciis saecularibus, licet episcopatui nexis, collata, retinent qualitatem saecularem *q*).

§. LXXXIIII.

Quatenus res communes res publicae, vniuersitatis in feudum dari possint?

Res communes, tamdiu, ac manent tales, nec ipsae nec earum vsus in feudum potest concedi, quatenus vero in dominium occupatione sunt redactae, eatenus quoque in feudum dantur. Sic mare, quatenus occupatum, nexu feudali tradi posse, nemo negabit. *Res publicae* existunt in dominio reipublicae, ideoque earum dominium vtile vel a republica, vel a principe in feudum recte transfertur, prout flumina, lacus, portus concedi solent. *Vniuersitatis* etiam *res*, cum eiusdem consensu recte in feudum conceduntur, prout subinde vasallos

lonienſe territorium, praeter episcopatum, spectat Westphaliae ducatus et comitatus Arensbergensis, quae licet ad archiepiscopatum spectent, naturam tamen prouinciae saecularis retinent. Vide *Synt. iur. publ.* Cap. XXVI. §. 7. Adde BOEHMERVM Cap. I. §. 6. SCHILTER *ad ius Alemann. artic.* 146.

q) IVS FEVD. ALEMANN. cap. XLII. *Alle Biſchœffe empfohend van dem Künige Müntz und Zœlle. Vnd etliche empfohend Vanlehn, und etliche weltliche Gerichte*, et ibi SCHILTERVS. Patet hoc ex diplomate Friderici II. anno 1218. qui feudum vexilli, quod vulgo Vanlehn adpellatur, ab Ottone Bauariae duce possessum, a Ludouico ipsius filio resignatum Vlrico Patauiensi episcopo confert, vt ipsum feudum statim titulo legalis successionis teneat et conferat, apud LVNIGIVM *spicileg. eccles.* Tom. III. p. 781.

fallos de iure pascendi in pascuis publicis, ligna caedendi in syluis publicis inuestiri videmus.

§. LXXXV.

DOMANIA sunt *bona principi a populo ad perpetuo sustinendam et propriam et reipublicae dignitatem concessa.* Omnis principi ex domanialibus bonis vsus competit, modo ita iis vtatur, vt perpetuo ex illis et propria et reipublicae dignitas possit sustineri. Hinc alienatio domaniorum non penitus est illicita, sed potius eo casu, quo alienata ad sustinendam et principis et reipublicae dignitatem adhuc perpetuo inseruiunt, alienari queunt. Hinc quoque domania pro seruitiis iisque vel aulicis vel bellicis sub nexu feudali in aliquem posse transferri, minime dubitarem. *Domania quid?*

§. LXXXVI.

Sunt vero, vt putant, in Germania duplicis generis domania, *Domainen - Güther r)*, vel imperii, vel statuum. Amplum olim imperatorum Germanicorum erat domanium, aut partim superstitiosis donatio- *Domania quotuplicia?*

r) Est hoc vocabulum recentis admodum originis in Germania, valdeque dubito, an commodo principum, vt quibusdam videtur, receptum. LEYSER *de assentat. iureconf.* C. IV. Sect. II. §. 3. pag. 58. De domaniis habemus *corpus iuris domanialis*, quod FRISIVS edidit. Francof. ad Moen. 1701. fol.

nibus, partim liberalitate, partim aliis ex causis illud valde est minutum *s*). De hisce imperii domaniis antiquiori tempore imperatores liberiorem sibi sumserunt potestatem, eaque haud raro sine statuum consensu in feudum concedebant *t*), quamuis non desint exempla ducatuum et regalium feudorum ante capitulationes imperii ex statuum imperii consensu in feudum collatorum *u*). Posteaquam vero capitulationibus certi imperatoribus ponerentur limites, de infeudationibus quoque domaniorum cautum est *x*): *Sollen und wollen wir dem heiligen roemischen Reich und dessen Zugehoerung in und ausserhalb Teutschlandes nicht allein ohne Wissen, Willen und Zulassen der Churfürsten, Fürsten und Stände saemtl. nichts hingeben, verschreiben, verpfaenden, ver-*

s) Dn. BVRI *Erk. des Lehn-Rechts* p. 503. SCHWEDER *de domaniis.* GEORG. HENR. BRVCKNER *de domaniis regni Germanici cap.* X. §. XIV. XV. RINGLER *de domaniis Germaniae* lib. III. §. XXIV. STRYK *Vol.* II. *dissert. p.* 525. COCCEIVS *Cons.* XV. ERN. IMMAN. TENTZEL *de domaniis principum inalienabilibus* §. XXIII.

t) Haec omnia illustrant exempla collecta a Dn. BVRI *Erl. Lehn-Recht* p. 489. sqq. De Carolo IV. et Wenceslao dicit THEOD. a NIEM *Nem.* in Tr. VI. pag. 488. *Et puto, quod hi, pater et filius et vterque ipsorum, totum residuum imperii lubenter vendidissent, si reperissent emtorem.*

u) STRVVII *iurispr. heroic.* P. VII. p. 83.

x) Art. X. princ.

verſetzen, oder in andere Wege veraeuſern, et porro *y*). *Wann auch inskünfftige Lehen dem Reich durch Todes-Fälle oder Verwürckung eroeffnet und ledig heimfallen werden, ſo etwas merckliches ertragen, als Churfürſtenthümer, Fürſtenthümer, Grafſchafften, Herrſchafften, Staedt und dergleichen, die ſollen und wollen Wir die Churfürſtenthümer ohne des Churfürſtlichen Collegii, die Fürſtenthümer, Graff- und Herrſchafften, Staedt und dergleichen aber, ohne der Churfürſtlichen, Fürſtlichen, auch, (wenn es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut) Staettiſchen Collegiorum Vorwiſſen und Conſens ferner niemanden leihen auch niemanden eine Exſpectans oder Anwartung darauf geben.*

§. LXXXVII.

Principes Germaniae (§. 86.) ditiones et praedia ſua non a populo, ſed vel ab imperatore, nexu feudali, vel ab auis allodiorum iure auitorum tenent. Hinc valde dubito, principum Germaniae bonis domaniorum doctrinam applicari poſſe *z*). Interim res principum feudales vel in totum vel pro parte in ſubfeudum quidem concedi, aſt

An principum bonis doctrina domaniorum applicari poſſit.

y) Art. XI. §. 10.

z) a BERGER conſil. P. I. conſ. I. a LEYSER *de aſſentat. ICtorum* C. IV. Sect. II. §. 3. p. 58. LYNCKER reſp. II. n. 1. KEMMERICH *reſp. ſyll. I.* reſp. 18.

ab agnatis, quibus inuitis ius a primo adquirente quaesitum interuertere non licet, reuocari possunt. Allodia principum auita, vt iureconsulti loquuntur, naturam habent fideicommissorum (§. 16.), ideoque sine consensu agnatorum in feudum valide haud conceduntur, secus vero se res habet intuitu allodiorum adquisitorum, in quibus feuda recte constitui possunt.

§. LXXXVIII.

Integra territoria et superior. territor.

Conferuntur quoque in feudum *integra territoria*, non solum ab imperatore, sed quoque a statibus imperii. Possunt vero territoria concedi, vel cum, vel sine superioritate territoriali *a*). SVPERIORITAS TERRITORIALIS *est potestas pro arbitrio determinandi ea, quae ad securitatem et vtilitatem territorii faciunt, nisi vel lex, vel conuentio obstet.* Concessio superioritatis territorialis in litteris inuestiturae exprimitur per verba: *Beleihen - - mit allen Regalien, Herrlichkeiten, hohen Landes Obrigkeiten, Ehren, Würden, Freyheiten, Gerechtigkeiten und Eingehörungen.* Raro occurrit in litteris inuestiturae vox *superioritas.* Tenent vero

a) Status imperii conferunt interdum territoria sine superioritate. Tali ratione *Saxoniae electoris* feuda sunt Dynastiae Ranis, Oppurg, Tautenburg. *Ducum Saxoniae* comitatus Kaefernburg, Dynastiae Tannrode, Ordruf, quae tamen singulae iuri Landsassiatus subsunt.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0120
DFG

vero Imperii ſtatus territoria, quae ſuperioritatis iura habent adnexa, in feudum, vel ab imperatore *b*), vel a ſtatu quodam imperii *c*).

§. LXXXVIIII.

Regalia et diuiſio in feuda regalia et non reg.

Ex notione imperii ſeu ſuperioritatis territorialis varia iura ſunt conceptibilia, quae di-

b) Neque tamen omnes ſtatus cum ſuperioritate territoriali inueſtiuntur, dum illa vſu acquiſita immemoriali, per *pacem Weſtphalicam* art. VIII. §. 1. et *capit. Leopoldinam*, *Ioſephinam* art. III. *Caroli* VI. art. I. et *nouiſſ.* art. 1. §. 2. et 8. confirmata. Territoriis quoque allodialibus haud raro cohaeret ſuperioritas, ſicuti et ciuitates imperiales eam allodii iure poſſident.

c) Sic *electores* ſaeculares ab epiſcopo Bambergenſi de certis terris inueſtiuntur, in quibus tamen omnia imperii iura exercent. *Duces Saxoniae* feuda Bohemiae poſſident, atque in comitatu Hennebergico feuda Herbipolenſia et Fuldenſia, in quibus tamen plenum ius territoriale exercent. Sereniſſimi *duces Brunſuico-Luneburgenſes* de ciuitate Helmſtadienſi inueſtiuntur ab abbate Wertheimenſi, de praefecturis Collingen, Lutter, Weſthoff ab epiſcopo Hildeſienſi. *El. Saxoniae* ab abbatiſſa Quedlinburgenſi de Hoym et Rosla. HILLIGER *de vaſallo ſibi propria auctoritate ius dicente* §. XXIII. Plura exempla refert KNICHEN *de Sax. non prouoc. iure cap.* VI. §. 4. atque vberius de eodem egit GEORG. HENRICVS BRÜCKNER *de particulari territorio ſub infeudato, von der Afterverlehnten Landes-Herrlichkeit.* GRIBNERVS *de territorio ſubordinato.* LVDEWIG *de primo foro ſubfeudorum imperii cap.* II.

dicuntur REGALIA *d*). Quae in *maiora* et *minora* diuidi solent. MAIORA adpellantur, *quae absque deminutione summae potestatis cum aliis communicari nequeunt*, et proprie *iura Maiestatica* dicuntur. MINORA vocamus, quae *ad reditus et emolumenta fisci faciunt, et salua principis potestate concedi possunt e*). Vtriusque generis regalia in feudum conferri solent. Et quidem vel in complexu, vel singula quaedam regalia. Inde nascitur diuisio in *feuda regalia s. maiora*, et *non regalia* seu *minora*. REGALIA FEVDA sunt, *vbi omnia regalia in complexu in feudum sunt concessa*. NON REGALIA vero sunt, vbi *quaedam solum regalia specifice sunt collata*. Regalia feuda *capitalia f*) quoque vocantur, et in eorum numero sunt FEVDA QVATERNATA, TAFEL-LEHN, *quae sunt feuda regalia baroni seu comiti cum pertinentiis et vasallis in baronia seu comitatu existentibus concessa g*). In Germania non omnia feuda regalia

d) Interdum in strictiori significatu hocce sumitur vocabulum, ita vt minora solum regalia comprehendat. Quaenam vero iura ad regalia sunt referenda, exponit constitutio Friderici I. in textu II. F. 56. ast non satis curate.

e) IO. IAC. SCHEFFER *de regalibus*, CASPAR ZIEGLER *de iuribus maiestaticis*, et CHRISTOPH GEORG IARGOW *in der Einleitung zur Lehre von den Regalien*, *Rostock* 1757. 4to.

f) DV FRESNE gloſſario voce *capitale*.

g) Nomine hoc veniunt apud Neapolitanos, et dicuntur a qua-

galia sunt immediata, sed dantur etiam comitatus et dynastiae mediatae, quarum possessores ab imperatore vel a principibus imperii inuestiuntur *b*).

§. LXXXX.

Quia per regalium concessionem in feudum princeps de sua aliquid deminuit potestate (§. 89.), satis patet, eorum concessionem esse stricte interpretandam, et minimum saltim concessum esse praesumendum *i*). Et cum vasallo ius competat, ex re in feudum concessa omnem vtilitatem percipiendi (§. 8. et 9.); sequitur, vt regalia sibi concessa cum exclusione domini priuatiue exercere possit *k*). *Obseruanda de regal. concess.*

§. LXXXXI.

Inter regalia in feudum concedi solita est potissimum *iurisdictio*, quae vel principa- *Iurisdictio.*

a quaternione, libro quodam, in quo huiusmodi feuda regalia cum suis pertinentiis et vasallis erant descripta. Ill. BVDER *amoen. iur. feud.* n. 4. p. 26.

b) Sic Rex Daniae a Sereniss. domo Brunsuico-Luneburgica, in qualitate Holsatiae ducis tenet in feudum *das ganze Stadt- und Budjadinger-Land* cum omnibus regalibus, LEYSER *diss. de feudis Brunsuico-Lüneburgicis.*

i) ROSENTHAL *cap.* V. *concl.* 14. et praeiudicia cameral. apud MEICHSNER *decis. cam.* T. II. lib. II. *decis.* 4. n. 144.

k) II. F. 6. intuitu feudorum imperii hoc expresse sancitum in *cap. nou.* Art. I. §. 89. ITTER de *feud. imp.* cap. VIII. §. 8.

liter, vel per modum acceſſionis ad certum fundum conceditur in feudum. Sola iurisdictio, absque praedio in feudum conceſſa, proprie conſtituit FEVDVM IVRISDICTIONIS *l*). Huc facit FEVDVM SCVLTETI, DAS SCHVLZEN-LEHN, *quando quis de officio ſculteti inueſtitur*. Dicitur autem *Schuldheis* a *Schuld* et *heiſchen*, et eſt *perſona, cui demandata eſt quaedam iuris dicundi poteſtas*. Prout vero poteſtas ſcultetis modo maior, modo minor, et aliis omnimoda, aliis ſolum ciuilis, rurſusque aliis inferioris ſolum iurisdictionis particula eſt demandata; ita quoque feuda ſculteti diuerſae erant conditionis. Sic comites inueſtiebantur, *mit dem Schultheisthum*, quo continebatur omnimoda iurisdictio cum poteſtate ordinandi iudicia *ll*). Sic etiam officium ſculteti in ciuitatibus praeſertim occurrit imperii, *das Reichs-Schultheiſſen-Ambt*, quod etiam feudali iuri ſubeſt *m*). Iterum in pagis quidam de officio ſculteti, tanquam iudicis pagani, et certo praedio inueſtiuntur, de quo WEICHBILDVM SAXONICVM *n*): *der Schult-*

l) occurrit haecce feudi ſpecies *iure feud. Sax.* cap. 61. et *iure feud. Alem.* c. 111. vide quoque ill. BVDERI diſſert. *de feudo iurisdictionis.*

ll) De quo *ſpeculum Saxonicum* lib. III. art. LII. *der Kaiſer leihet den Fürſten Fanlehen und Grafſchafften, und der Graffen ihre Schultheisthum, daſs ſie und ihre Schultheiſſen mœgen fortrichten an ſeiner Statt.*

m) SYNT. IVR. PVBL. Cap. XXI. §. 23.

n) Art. XXXXVII. Adde Art. XI.

Schultheis soll auch belehnt sein mit des Gerichts rechten Lehen, er soll auch den Bann haben von des LandesHerren, cuius etiam varia adhuc prostant exempla *o*).

§. LXXXXII.

Conceditur autem iurisdictio in feudum vel determinate, vel indeterminate. Indeterminate, quando quis simpliciter *mit denen Gerichten s. Gerichtsbarkeit* fuerit inuestitus. Quo casu inferior saltem concessa praesumitur *p*), dum verba inuestiturae stricte sint interpretanda (§. 90.), et iurisdictio plerumque mero imperio opponatur *q*). *Iurisdict. inferior. praesumitur.*

§. LXXXXIII.

o) Quae profert COCCEIVS de *feudis rusticor.* cap. III. §. 21.

p) CARPZOVIVS sibi ipsi contrarius est, dum *P.* II. *c.* XXXX. *d.* 6. etiam criminalem subintelligi adserit, quam tamen sententiam mutauit *disp. feud.* IV. §. XXIV. saltim inferiorem intelligi defendens, quod etiam tanquam praxi magis conueniens, tradunt MENOCHIVS III. *Praesumt.* XXXXVII. *num.* 12. KNICHEN *de vestitur. Pact. Part.* II. *cap.* I. *num.* 54. *et* 122. OBRECHT *lib.* I. *de iurisdictione cap.* VII. VIII. B. de LYNCKER *Dec.* MLXX. B. PARENS *Cap.* VI. *aph.* XVIII. HORN *Cap.* VII. §. XII. FABRI *Staats-Canzelley Tom.* IV. *pag.* 386. Licet MEVIVS *Part.* IV. *Dec.* CCLXXXX. contradicat. In ducatu Cellensi per singulare rescriptum d. 15. Nouembr. 1695. hoc ita fuit definitum, sub *Gerichten* saltim bassam intelligi iurisdictionem. FABER *Staats-Canzelley Tom.* IV. *pag.* 380. Vide GABR. SCHWEDERVM *de iurisdictione per inuestituram feudalem concessa.*

q) *L.* 3. *ff. de iurisdict. l.* 1. §. 4. *de suspect. tutor.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0125
DFG

§. LXXXXIII.

Iurisdictio superior.

Determinate vero de iurisdictione aliquis inuestitur (§. 92.), si in inuestitura exprimitur an ciuilis an ecclesiastica, inferior an superior, seu quae alia species sit concessa. Superior, iurisdictio, quae et *alta*, *criminalis*, *die peinliche Gerichtsbarkeit*, *die Cent*, *Freis*, *die Obergerichtsbarkeit* vocari solet, specialem requirit concessionem *r*), nisi vasallus demonstrare possit, eam castro ab immemoriali tempore fuisse adnexam, aut aliquis inuestitus sit, *mit allen und ieden Gerichten s*). Imo interdum iurisdictio criminalis et bannum *der Bluthann* separatim conceduntur *t*). Inde feudum habemus, quod FVRCALE dicitur, quo aliquis inuestitur *mit einer Feimstadt u*).

§. LXXXXIIII.

r) ill. ENGAV *elem. iur. crim.* lib. II. tit. 1. p. 9.

s) KNICHEN de *vestiturar. pact.* P. II. cap. I. n. 48. 49.

t) Sic enim Rupertus imp. Burcardo de Seckendorff an. 1407. primo concessit: *das er und sine Erben in dem Dorffe Ippenstein unter der Iustitz Franckenberg gelegen, ein Halsgericht, Stock und Galgen Fürbasse ewecliche haben.* An. 1405. dicitur: *Vnsern L. G. Burck von Seckend. denn Bann über das Blut zu Ippestein in den Dorffe unter Franckenb. gelegen, verlühen haben.* Apud SCHILTERVM *ad cap.* XXXXII. §. XIII. *p.* 247. 248. Adde *p.* 263.

u) DV FRESNE *gloss.* voce *feudum furcale*, adde illust. BVDER *dissert. de concessione signorum et symbol. iurisd. et executionis crimin. feudali.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0126
DFG

§. LXXXXIIII.

Minime tamen sub formula *mit allen und ieden Gerichten* intelligitur iurisdictio ecclesiastica, quippe quae regulariter feudis non est connexa, et specialem requirit concessionem. Quod si autem quis inuestitus fuerit, *mit allen und ieden Gerichten, geistlich und weltlichen*, iurisdictio secularis et ecclesiastica concessa intelligitur, ita tamen, vt vasallo solum competat *ein geistliches Vntergericht*, siue iudicium ecclesiasticum subordinatum *x*). *Iurisdictio ecclesiastica*

§. LXXXXV.

Quandoque vasalli saltim inuestiuntur cum *iurisdictione circumsepta*, quae intra septa saltim praedii feudalis exercetur *y*), et sub nomine *der Zaun und Pfahl Gerichte* venit. Cuiuscunque vero generis iurisdictio vasallo sit concessa, illa non cumulatiue sed priuatiue (§. 90.), attamen certa ratione subordinate competit (§. 11.) ita, vt vasallus ratione iurisdictionis regulariter, et nisi pacta adsint, vel vsus immemorialis obstet, subsit *Iurisdictio priuatiue competit vasallo.*

x) STRYK *in vsu moderno tit. de iurisdictione §.* V. CARPZOV *iurisprud. eccles. lib.* I. *d.* XIII. B. PARENS *cap.* VI. *aph.* XVII. et ibi LYNKERVS. HORN *Conf. Class.* I. *num.* II. BOEHMER *consult. et decis. P.* I. *arg.* 37.

y) STRYK de *iurisdictione circumsepta.*

sit concedenti, et ab ipsius sententiis appellari possit ad dominum dirigentem z).

§. LXXXVI.

Venatio in feudum concessa.

Ex vsu vel lege plerarumque Germaniae prouinciarum *venatio* quoque ad regalia refertur, quae haud raro in feudum conceditur. Haec diuiditur in *superiorem* et *inferiorem*, *Ober- und Nieder-Jagden a)*, quibus interdum tertia additur species *die Mittel-Jagden b)*. Hinc venatione simpliciter

z) FRANTZK. *Lib.* I. *resol.* XVIII. B. PARENS *Cap.* VI. *aph.* XVIII. *num.* 5. 6. B. de LYNCKER *Vol.* I. *Resp.* XXXXVII. *num.* 1. LV. *n.* 96. BERLICH *Part.* I. *conclus.* II. CARPZOV *Lib.* I. *Resp.* XI. MEVIVS equidem *Part.* I. *Dec.* XXXXIV. *Part.* II. *Dec.* CCCXIII. cumulatiue concessam esse dicit, sed hoc *num.* VI. ita explicat, vt superiori magistratui simul eius exercitium non ademptum vel abdicatum, vel praecluſum.

a) Quid ad singulas venationum species sit referendum, docet FR. VLR. STISSER *Forst- und Jagd-Historie der Teutschen* Cap. VII. Adde Generosiss. IOANN. ERNST a BEVST *tract. de iure venandi et banno ferino, Ienae* 1744.

b) Regale venationum nomine regii fisci defendit LVBBE in deductione: *Gründl. Bewahrung des Sr. Kœniglichen Majest. von Gross-Britannien und Churfürstl. Durchl. zu Braunschweig-Lüneburg in dem Herzogthum Lüneburg zustehenden Jagd-Regale* 1731. fol. IO. PETR. de LVDEWIG diff. *I. R. et G. de venatu eiusque regali.* I. V. CRAMER *de regali venationis iure.* Negant tamen, venationem ad regalia pertinere. BILDER-

citer conceſſa minor praeſumitur conceſſa, maiorem vero ſeu minorem in ſyluis ſibi competere adſerenti, incumbit probatio, quod illam ex conceſſione teneat imperantis (§. 90.). Inde vaſalli, qui inueſtiuntur de iure foreſtali, *dem Forſt-Recht*, non accipiunt ius venandi, ſed ſolum ſyluae dominium, ita tamen, vt eodem moderate *pfleglich* vtantur *c*), ne feudum deterioretur, vel iuri venandi officiatur. Sicuti et is, qui ius venandi *das Jagd-Recht* in feudum tenet, ſaltim iure capiendi feras gaudet *d*), atque ligna caedendi facultatem nullam habet, niſi quod frondium inciſio ad retia expandenda et opercula conficienda *die Stallung*, quod dici ſolet *das Zweig-Recht*, ipſi permittatur.

§. LXXXXVII.

DERBECK *in der gründlichen Deduction gegen die vermeintliche Regalität derer Jagden und daraus hergeleitete irrige Doctrinen und Folgen* 1723. *Fol.* I. G. STRVBEN *vindiciae iuris venandi nobilitatis Germaniae.* IDEM P. I. *Tract.* II. et P. II. *Tract.* XI. *derer Neben-Stunden.* Adde quoque de GOEBEL *diatrib. de iure venandi* P. I. et II. REINHARD. *de iure foreſtali.*

c) SCHRADER *de feudis* Part. III. Cap. IV. n. 27. B. PARENS *aph.* XI. HORN cap. VII. §. XVII. Adde AHASVERI FRITSCHII *corpus iuris venatorio foreſtalis.*

d) Sic Iſenburgici comites in feudum maſculum inueſtiuntur *mit der Jagd-Gerechtigkeit in Büdingen wird der Reichs-Schirm genannt.* LVDOLPH. *ſymphor. conſult.* dec. XXXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0129
DFG

§. LXXXXVII.

Ius collectandi, monetandi cet.

Porro in feudum concedi potest *ius collectandi subditos*, quod statibus imperii etiam secundum leges imperii competit *e*), quodque nobiles *f*), et quandoque alii vasalli *g*) immediati ex speciali concessione exercent. Sic quoque *ius monetandi* recte in feudum conceditur *h*). Praeterea *ius percipiendi commoda ex mari ac fluminibus publicis*, vtpote *ius piscandi i*), *ius vectigalium k*), *metallifodinarum*

e) Per rec. imp. Spirensem 1543. §. 24. Synt. iur. publ. cap. XIII. §. XXXVII.

f) Vide Synt. iuris publ. cap. XXVIII. §. XI. sqq.

g) Vtpote nobiles Vogtlandici certum quantum quotannis sereniss. marchioni Baruthino praestant, idemque a subditis suis collectant.

h) Prout in Caroli IV. imp. diplomate anno 1368. Vlrico de Hanau concesso, *das Er und sein Erb-Herren zu Hanau von Vns und Vnsern Nachkommen Rœm. Kaysern und Kœnigen, und von dem heiligen Reiche eine Müntze haben sollen, zu rechten Lehn ewiglichen.* Adde de BVNAV diss. *de iure circa rem monetariam in Germania.*

i) Regulariter haec iura ad dominum superiorem spectant, KNICHEN *de superior. cap.* V. *num.* 154. KLOCK *Tom.* I. *cons.* V. BVCHNER *de iure aquat.* §. 215. eaque vasalli non nisi ex principis concessione exercent. Inde dantur *die Lehn-Fischereyen.*

k) Sic diuersi status imperii de vectigalibus inuestiuntur. Florentinus Flandriae comes a Friderico III. imp. de teloneo in Gerolico fuit inuestitus, vide MARTENE *Thes. anecdotorum Tom.* I. *pag.* 661. Possessores dynastiae Ranis de vectigali in via publica Salfeldensi sunt

rum l), quod specialem requirit inuestituram, nec sub iurisdictione alta concessa simul concessum *m*) praesumitur (§. 90.); *Ius Sali-*

sunt inuestiti. De HOPFGARTEN diss. *de iure vectigalium S. R. I.* c. 2. GOELNVZ *de regali vectigalium iure.*

l) II. F. 56. argentariae, piscationum reditus et salinarum ad regalia referuntur, vsque dum impp. sensim haec iura in feudum conferrent, prout Fridericus II. imp. an. 1229. Ludouico palatino haec concessit, verbis: *ex vera scientia et de mera liberalitate nostra donauimus sibi et heredibus suis, et in rectum feudum concessimus omne genus metalli tam in auro et argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii et feudi sui fuerit repertum, cum omni iure et vtilitate exinde perueniente, et quam nos et imperium percipere deberemus*, apud TOLNERVM *codice diplomatico num.* LXXIX. Sic etiam Ludouicus Bauarus per singularem A. B. Romae anno 1328. Friderico Noribergensium Burggrauio ius metallorum in feudum perpetuum concessit. Adde SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap.* X. §. VI. Male igitur Dnus a LVDEWIG *Erlæuterung der Güldenen Bulle ad tit.* IX. §. I. *pag.* 818. contendit, quod hoc ius metallorum ad territorii iura spectauerit, dum concessiones atque inuestiturae imperatorum doceant contrarium. Hodie etiam priuatis petentibus, quod vocatur *die Lehn - Muthen*, metalla a principe concedduntur.

m) WESENBECIVS equidem *Consil.* XXXXV. HEIGIVS *Quaest. Sax. part.* I. *quaest.* XIII. distinguit inter metalla nobiliora et ignobiliora, siue perfecta et imperfecta. Illa, aurum et argentum nempe, ad regalia referri, haec, plumbum, ferrum, cuprum, cum iurisdictione alta conferri putat. Verum praxis contrarium docet, omnia metalla et mine-

Salinarum n), et *minerarum, ius postarum o*), recte in feudum conferuntur.

§. LXXXVIII.

ralia a principis concessione dependere. Quare etiam priuato non licet fabricam ferrariam *einen Eisen-Hammer* instituendi, vide LYNCKERVM et EISENHART *de iure minerarum*, HORNIVM *de regali metallifodinarum iure*. In terris principum Germaniae, in quibus regalia paragiatis fuerunt concessa, superioritatis vero iura lineae primogeniali reseruata, adhuc disputatur, an ius aurum legendi ad regalia, an vero ad iura superioritatis sit referendum. De prunis lapideis *Stein-Koblen* aeque adhuc disputatur, an ad metalla sint referenda; vbi potissimum consuetudines prouinciae sunt considerandae. In comitatu Mansfeldiensi superioritatis electoralis Saxoniae, spectant ad iura vasallorum, qui iurisdictione alta gaudent, secus in illo tractu, qui sub superiotate Magdeburgica est situs, vbi ad regalia referuntur, quo etiam refert IO. EISENHART *de regali metallifodinarum iure pag.* 16. *et* 80. Lapidicinae vero ius, *Ziegel- und Kalck-Hütten anzulegen*, illis competit, qui iurisdictionem altam habent. HORN *de metallifodinis* §. XVII. eas a regalibus excludit.

n) Vide ANDR. HOHNDORFF et FRID. HOFMANNVM *von Salz-Wercken*. GEORG. ENGELBRECHT *de iure salinarum*, et IO. HENR. IVNG *de iure salinarum*.

o) Postae iam olim notae, prout titulus codicis *de cursu publico* docet, ab angariis et parangariis distinctae. Istas vero in feudum concedi posse, exemplo principum Taxiorum, qui de postis imperii; comitum de Paar, qui de postis Austriacis; comitum de Platen, qui de postis Luneburgensibus fuerunt inuestiti; Lautensacciorum, qui postas in ducatu Guelpherbytano a Taxiis in subfeudum tenent. Adde Dominum a LVDEWIG de *iure postarum hereditario* §. XIX.

§. LXXXXVIII.

Ad res publici iuris in feudum concedi solitas spectant quoque officia publica haereditaria et dignitates. Huc pertinent FEVDA PALATINA *Hof-Lehn, Hofrechts-Lehn, quae sunt feuda alicui concessa, vt eorum intuitu officium gerat aulicum p).* Talia olim erant feuda ducum Germaniae, qui de ducatu, adnexo officio imperii, archi-mareschallatus, archi-camerarii, archi-dapiferi, et archi-pincernae inuestiebantur, atque feuda horum subofficialium. Eiusmodi feuda Palatina etiam in episcopatibus et ducatibus reperiuntur *q).* Talia etiam sunt feuda electorum saecularium, quae ab episcopo Bambergensi tenent *r).* Sic etiam principes de Schwartzenberg de officio praesidis *mit der Hoff-Richter-Stelle* in iudi- *Officia Palatina.*

p) IVS FEVD. SAX. Cap. XXXII. §. 2. ALEMANNIC. CXIII. Adde diss. elegantissima eruditione refertam *ill.* BVDERI *de feudis officialium hereditariorum procerum et prouinciarum R. Germ. et aliarum.* MASCOVII *de originibus officior. aulicor. S. R. I.* ITTERVM *de feudis imperii* Cap. III. §. 21.

q) IVS FEVDALE ALEMANNICVM §. 3. *Episcopi, Abbates, et Abbatissae, Principali dignitate gaudentes, itidem in curiis suis constituunt officiales, sed et alii Principes.* Austriae archiduces ab episcopo Ratisponensi inuestiuntur *mit dem Obrist-Erb-Marschalls-Amt des hohen Stifts Regenspurg,* v. *Kern-Chronick* Sept. 1726. p. 231.

r) De his vide GAERTNER *de feudis Bambergensibus.*

cio caesareo Rotweilensi *s*), principes de Taxis, de postis imperii, iure haereditario inuestiuntur *t*). Domini de Werther *mit dem Erb-Cammer-Thür-Hüter-Amt u*). Eiusmodi etiam feuda Palatina ad feminas poterant deuolui *x*). Licet negandum haud sit, feuda Palatina non semper sub vasallagio, sed saltim secundum ius curiae sub iuramento officii, *der Dienst-Pflicht* fuisse concessa *y*).

§. LXXXVIIII.

s) SYNT. IVR. PVBL. Cap. XXIV. §. 43.

t) SYNTAGMATIS IVR. PVBL. Cap. XI. §. 38.

u) Vide ALBINI *Historie der Herrn von Werther* pag. 7.

x) Sic in dotalitium fuerunt concessa, prout Edelinus, Weisenburgensis abbas, Iohanni de Methi concedit, vt vxorem suam Ttam dotare valeat cum bonis, quae idem Iohannes a nobis et nostra tenet ecclesia, nomine officii mareschalli. Et in alio diplomate a. 1356. *dass er mit dem Marschalkthum-Ampt sine ehliche Frauue Christine Herrn Hermans Dochter von Castel gewidmet hat*, apud SCHILTERVM ad Cap. CXIII. §. 3. Simili modo feudum de officio praesidis in iudicio caesareo Rotweilensi per filiam comiti de Sulze ad Schwarzenbergios peruenit. Legantur quoque *Merckwürdige Nachrichten die Qualität der Lehn Hochstifts Münster betreffend*, in specie *vom Erb-Marschall-Amt* apud LVDOLFF *Symphor. consult. for.* Symph. III.

y) Facit huc AVCTOR VETVS *de beneficiis* Cap. CXXX. *Quicquid homo non suscipit per hominium, non iudicetur esse beneficium, sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus non per hominium, sed secundum ius curiae. Haec concessio caret beneficiali iure, sed est concessio officialis, quiuis etiam ministerialis natione erit ex iustitia, dapifer aut secretarius, aut camerarius et marschallus.* Adde

§. LXXXXVIIII.

Conferri quoque solet aduocatia publica eaque vel armata, vel non armata. Inde nascitur FEVDVM ADVOCATIAE, quod est *feudum, quo alicui defensio certae ecclesiae, regionis, vrbis vel castri in feudum est concessa* z). Huc quoque

Feudum aduocatiae Guastaldiae, Burgemagistri.

G 3

Adde ACTA LINDAVIENSIA p. 603. EYBEN *electa iur. feud.* cap. IX. §. 12.

z) Aduocati vel *ecclesiastici* erant, vel *saeculares*. *Isti* ius protectionis exercebant in episcopatus et monasteria, et vocabantur *aduocati armati*, de quibus MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG et CHRISTIAN. FRANC. PAVLINI *de aduocatis Monasticis*; *de* GOEBEL *de aduocatia armata*; vel *saeculares*, iidemque iterum vel *prouinciales*: in tota prouincia, prout aduocatia Alsatica, *die Landvogtey Elsas*, vel *ciuitatenses*, in certas vrbes, potissimum imperiales. Sic Wenceslaus imperator inuestiuit ciuitatem Basileam de feudo aduocatiae, *Ampte der Vogteye, mit allen ihren Zugehœrungen, als es uns und dem Reiche ledig worden ist.* Rupertus imperat. inuestiuit Wernherum Steinhower de Vogteya Eslingensi, SCHILTER *ad ius feud. Alemann. ad* cap. CXII. Sic Philippus, Coloniensis archiepiscopus, Conradum Palatinum anno 1189. inuestit de aduocatia Bacharaci cum pertinentibus, apud TOLNERVM *codice diplomatico* p. 58. HVNDIVS *Metrop. Salisburg.* Tom. II. p. 2. de monasterio Altach dicit: *Aduocati huius monasterii erant olim comites de Pogen, qui illam aduocatiam a Romano imp. in feudum acceperunt vsque ad tempora Friderici primi imperatoris, qui monasterium et aduocatiam episcopo Bambergensi, vt supra dictum est, tradidit, a quo Bercholdus, comes a Pogen, primo in beneficium accepit, per Innocentium* III. *vero per litteras coenobio S. Ptri datas nno* 1201. *prohibetur ne,*

quoque facit FEVDVM GVASTALDIAE *a*), quod idem est *ac* FEVDVM PRAEFECTVRAE. IVRE ALEMANNICO vocatur: *Ampachts-Lehn. dum quis de officio praefecti et adsignatis reditibus inuestitur b*). Porro quoque huc spectat FEVDVM BVRGEMAGISTRI, cuius mentionem facit ius feudale Alemannicum

ne aduocatia eius in feudum cuiquam conferatur. Licet quaedam monasteria hoc priuilegium singulare habuerint, ne de ecclesiae aduocatiis quidpiam in beneficium dare liceat, prout priuilegium Friderici I. monasterio Admontensi concessum, apud LVDEWIG *reliquiis MStorum* Tom. II. p. 211. ITTER *de feudis imperii* cap. III. §. 25. c. o. RECHENBERG *de aduocatiis Germaniae.* ERASMVS a CHOCKIER *de aduocatiis feudalibus.* Exinde Vogtland terra aduocatorum dicitur, dum plures in ea reperirentur aduocati.

a) I. F. 2. feuda Gastaldiae dicuntur a *Gast* et *alt.* Optime feuda Gastaldiae describit MVRATORIVS *thesauro antiquit. Italicar.* T. I. diss. X. p. 523. verbis: *Venio ad Gastaldios, quos veteres Gastaldios seu Gastaldiones appellarunt. Quale fuerit sub Longobardis Regibus eorum munus, absque vllo negotio ex ipsis legibus intelligimus Scilicet ministri, procuratores et oeconomi regis fuere, praefecti eorum curtibus siue praediis, syluis seu aliis patrimonii aut fisci regii reditibus.* Ex numero feudorum eximenda esse feuda Gastaldiae singulari dissertatione demonstrare conatus est, GONNE, cuius errorem vero monstrauit ILL. BVDER *amoenit. iur. feud.* n. X.

b) *Ampacht* dicitur ab *Ambt* et *Acht*, et dicitur is, qui praepositus est, vt obseruet, an suis satisfaciant officiis, illi, quibus praepositus est. Hoc feudum etiam iure

nicum *c*) *Leben zu Bürgermeiſterſchafft geliehen, erbet an eynes Burgermeiſters Sohn.*

§. C.

Porro ad res publici iuris in feudum concedi ſolitas referri quoque poſſunt caſtra. Huiusmodi CASTRI FEVDO iurisdictio regulariter ineſſe praeſumitur. Eſt enim *caſtrum locus munitus, ad cuius defenſionem certi adſumti ſunt miniſteriales.* Hi cum in dominio eius, ad quem caſtrum pertinebat, exiſterent, in hos iurisdictio competebat patrimonialis. Hinc dominus, qui caſtrum cum pertinentiis conceſſit, illud quoque vna cum iis, quae regulariter caſtro inſunt, i. e. miniſterialibus et iurisdictione conceſſiſſe praeſumitur *d*). *Feudum caſtri.*

§. CI.

Tranſimus ad res priuati iuris. Quae ſunt vel mobiles, vel immobiles. Regulariter conceduntur in feudum *res immobiles* (§. 13.), quales ſunt agri, qui iure patrio in conceſſionibus voluntariis cum fructibu- *Omnes res immobiles in feudum poſſunt concedi.*

iure Saxonico occurrit Cap. LXII. addatur ILLVSTESTOR *obſ. iur. feud. obſeru.* X. *pag.* 58.

c) *cap.* 101.

d) L. B. a KNIGGEN *de natura et indole caſtrorum* Cap. IV. adde *die Hanauiſche Landesbeſchreibung* p. 14. ſq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0137
DFG

bus pendentibus transeunt *e*), inde *Lehn-æcker f*). Conceduntur quoque prata *Lehn-Wieſen*, vineae, *Lehn-Weinberge*, ſyluae, ſub quibus tamen ſaltim ſylua caedua, ſiue ius foreſtale (§. 96.) intelligitur *g*), molendina, ſiue naualia *Schiff-Mühlen h*), *Flus- und Bach-Mühlen*,

e) IVR. PROVINC. SAX. lib. II. art. 58. CONSTIT. *Elect. Sax.* 32. P. III. ROSENTHAL *Cap.* IV. *concluſ.* II. KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part.* II. *c.* III. *num.* 6. secus ſe res habet iure Rom. L. 44. *de rei vind.*

f) Sic comites Mansfeldiae inueſtiuntur ab imper. *mit denen Gerichten und Dœrffern Quenſtadt und Helffte, dem Schultheiſſen-Ambt zu Hadersleben, zwœlff Huffen im Felde zu Kloſchwitz, item der ſilbernen Müntze, Groſchen und Pfennig zu ſchlagen, und den Zœllen, Glaith und Wildbahn, ſo ferne ihre Grafſchaft reichet.* Sic Domini de Werther, ratione *des Erb-Cammer-Thürhüter-Ambts*, inueſtiuntur, *mit acht freyen Männern im Dorffe Schwerdtſtædt geſeſſen, und drey Huffen Landes daſelbſt, zwey Acker Gærten und neun Acker Wieſen*, prout tabulas inueſtituras de anno 1693. exhibet HORN *App. p.* 29.

g) Sylua enim in feudum conceſſa, non ſtatim ius venandi conceſſum, quod ſpecialem requirit conceſſionem, SCHRADER *Part.* III. *cap.* IV. *num.* 47. Vide ſupra §. 96.

h) Non deſunt equidem, qui eiusmodi molendina ad res mobiles volunt referri, eo quod innitantur aedificio mobili, vtpote ROSENTHAL *Cap.* IV. *concl.* 4. *num.* 2. qui tamen excipit bannalia *Zwang-Mühlen*, quem ſequitur VULTEIVS *de feudis cap.* V. *num.* CARPZOV. *Part.* III. *Cap.* XXIV. *num.* 51. ea inter res mobiles refert, ita tamen, vt feudum in iis aeque poſſit conſiſtere. Verum rectius ea inter immobilia referunt HERING *de Molendinis qu.* VIII. *num.* 16.

Mühlen, ſiue pneumatica, *Wind-Mühlen*, fuerint, domus, *Lehn-Hæuſer i)*, aliaque eiusmodi immobilia.

§. CII.

Sic etiam in feudum conferri poſſunt *res mobiles*. Dum enim negotium feudale ſit conuentionale, ad arbitrium et domini et vaſalli redit, quasnam res, ſiue mobiles ſiue immobiles, dare et accipere velint ſub nexu feudali. Multo magis vero concedi poſſunt res, per fictionem iuris pro immobilibus habitae, vtpote res corporales mobiles vel incorporales. Res corporalis mobilis pro re immobili habetur illa, quae ad rem quandam immobilem pertinet, et ab ea ſeparari nequit, atque tanquam acceſſorium ſequitur ſuum principale. Hinc vna cum ipſo feudo animalia atque inſtru-

Res corporales mobiles in feudum conceduntur.

16. FINCKELTHAVS *diſput. feud.* III. *controu.* XX. B. PARENS *Cap.* VI. *num.* 6. et *conſ. feud.* X. *pag.* 138. ex ea potiſſimum ratione, quod molendinorum naualium vſus plane nullus ſit, niſi funibus aliisque mediis firmiter terrae adligentur, *wenn ſie nicht an Brücken, Pfæhle oder Ancker auf dem Waſſer feſt gemacht werden.*

i) In diuiſione Friderici Reg. Daniae, et Adolphi Holſatiae ducis 1583. inter res, quae ſunt in communione, occurrit. *Der Hoff zu Hamburg des Kœnigs Hoff genannt, welchen Kilian Fuchs aus Belehnung wegen unſers gottſeel. Herrn Vaters und Bruders Chriſtiani II. beſizt,* extat *im Abdruck Holſteiniſcher Schrifften, wodurch Treuloſigkeiten ihre Abfertigung bekommen* pag. 38.

menta, quae ad fundi instructionem pertinent, recte in feudum conceduntur *k*). Sic etiam cum castro machinae et tormenta bellica, *Geschütz, Artiglerie*, quae ad castri faciunt defensionem, ad heredes feudales spectant. Quod si vero vasallus ipse post feudum concessum, tales comparauerit, transeunt istae ad heredes allodiales.

§. CIII.

Pecunia in feudum datu.

Datur quoque in feudum *pecunia*. Triplici autem modo in pecunia feuda constituuntur. *Primus* modus est, si ipse dominus pecuniae summam iure feudi concessam penes se retinet, atque vasallo certum solum soluit reditum. *Secundus*, si ex pecunia tertio cuidam credita, quis iure feudi reditus percipit. *Tertius*, si ipse vasallus pecuniae summam iure feudi tenet. Et quidem singulis casibus de ista pecunia inuestitura petitur, fides et seruitia praestantur *l*). Fundatum hoc non solum in certis constitutionibus, vtpote Augusti, Saxoniae electoris *m*), sed etiam nititur exemplis

k) ROSENTHAL *Cap.* IV. *concl.* IV. *num. vlt.* B. PARENS *Cap.* VI. *aph.* XII.

l) Vide etiam SCHILTERVM *ad Struu.* cap. IV. §. 3.

m) Talis reperitur Part. III. Const. XXX. verb. *Wenn das Geld durch den Lehn-Herrn zu Lehn gemacht, so soll es vor Lehn gesprochen werden.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0140
DFG

plis *n*). Ad hoc autem, vt feudum in pecunia constituatur, requiritur voluntas contrahentium et transmutatio pecuniae tanquam rei allodialis in feudum, quae vt plenum habeat effectum, domini terri-

n) IAC. SCHICKFVSIVS lib. I. *de feudis Silesiae* cap. I. n. 9. sic scribit: *exemplum feudi in re mobili aut pecunia constitutum vidimus in Iohanne de Burckdorff, in Poldozigk, cui anno* 1597. *quadraginta millia Ioachimicorum sereniss. elector Brandenburg. obtulit et resignauit in feudum.* HVNDIVS *in Bayr. Stamm-Buch* Part. I. p. 235. refert: *Anno* 1310. *hat Rudolph, Hertzog in Bayern, seinen Hoff-Marschall Albrecht von Guthmann belehnet mit* 800. *Pfund Müncher Heller und* 100. *Pfund zu brauen in der Burg Heimenhausen.* In scripto Engelhardi et Conradi de Winsberg apud SCHILTERVM *comm. iur. feud. Alemann.* pag. 459. *eaidem* CCC. *libras de gratia ipsius et heredum suorum nos et heredes nostri a modo possidemus titulo feodali, sibi et suis heredibus exhinc fidelitatis debitum exhibituri.* In Geldria eiusmodi exempla diuersa occurrunt. Adde WESENBECIVM Vol. III. cons. CV. n. 9. PRÜCKMANN Vol. I. cons. IX. n. 56. 83. SCHEPLITZ *in cons. Brandenb.* §. IV. tit. 25. n. 4. sqq. FRID. A SANDE *comment. in Geldriae et Zutphaniae consuet. feud.* tractat. I. cap. I. num. 6. sqq. LVDEWIG *de iure clientelari* sect. II. cap. I. §. 4. In Borussia eiusmodi feuda esse frequentia, docet LVDEWIG *differ. iur. feud. comm. et Boruss.* diss. XIII. Licet negandum non sit, talia exempla alias esse rariora. Quare etiam PETRVS TORNOVIVS *de feudis Megapolitanis* sect. IV. §. 8. p. 220. ait: *feuda pecuniae tam rara hic in Megapoli sunt, vt nullum eorum exemplum allegare possim. Materia vero de pecunia feudali frequentius obuenit.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0141
DFG

territorialis accedat consensus necesse est *o*).

§. CIIII.

Pecunia ex vendito feudo veteri redacta et ad emendum destinata qua ratione fiat feudalis.

Exinde sequitur, pecuniam ex feudo vendito redactam, nisi accedant requisita (§. 103.) exposita, non esse feudum in pecunia *p*); neque eam, quae ad feudum emendum est destinata *q*). In vtroque casu succedunt heredes allodiales, non vero feudales. Nec etiam, si inter adgnatos ita conuentum, vt pecunia, ex feudo vendito red-

o) De quo late LVDOV. FACHSIVS cons. X. qu. I. n. 2. addens: *es pflegen ie ihre Churfürstliche und Fürstliche Gnaden ausdrücklich in den Briefen zu setzen, dass sie solch Geld aus Fürstlicher Macht und Obrigkeit zu Lehn machen, ihme geben die Art, Natur und Eigenschafft des Lehns, also dass es hinfœrder verdienet werden soll, und dass an solchen Gelde dem Lehn, so offt es vorfællet, gebührliche Folge geschehen solle, und dass solch Geld aus der Natur der Erbschafft genommen seyn solle* BERLICH Part. III. conclus. XLI. n. 17. CARPZOV Part. III. constit. XXX. def. 10. *num. penult.* B. PARENS cap. IV. aph. III. n. 3. licet HORN Cap. IV. §. 25. et TITIVS *im Teutschen Lehn-Recht* Cap. IX. §. 26. contradicat.

p) II. F. 26. c. *si vasallus.* Licet in Pomerania pro feudali habeatur, teste RHETIO I. F. VIII. p. 320. B. PARENS *obs. feud.* ad cap. IV. aph. V.

q) ROSENTHAL cap. IV. concl. VIII. GAILIVS II. obs. XI. B. PARENS cap. IV. aph. V. B. de LYNCKER Vol. II. Respons. CLIV. Adde IACOBI BORNII dissertationem *de eo quod iustum est circa destinationem.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0142
DFG

redacta, vel alia res fiat feudalis, talis erit, nisi domini et directi et territorialis consensus accesserit (§. 103.). Nec feudalis erit pecunia, quando pacto vel testamento cauetur, vt pecunia ex feudo vendito redacta, aut alia in praedii feudalis emtionem collocetur, licet exinde actio oriatur, vt promissior, eiusdemque heredes, conuentionem adimpleant, aut interesse praestent. Idem erit dicendum, si quis alicui promiserit, se pecuniam ab illo in feudum esse accepturum.

§. CV.

Potissimum vero ad feuda in pecunia pertinet *der Lehn-Stamm r*). Est vero LEHN-STAMM *feudum in pecunia ex feudo antiquo residua domino oblatum.* Ideoque *beym Lehn-Stamm* omnia feudi naturalia adsunt, donec aliter pacto conuentum monstretur (§. 12.). Hinc *beym Lehn-Stamm* inuestitura petenda ac renouanda, fidelitas ac seruitia praestanda, succesio locum habet feudalis etc. Haud raro quoque pecunia ex

Der Lehn-Stamm est feudum in pecunia.

r) Talis etiam species, prout Marchiae consuetudines singularem titulum habent *von Geld, Austheilung der Lehne. Dass das Geld, wenn es gleich nicht wieder kan an Lehn geleget werden, dennoch verbleibe.* LAMB. DISTELMEIER Part. IV. tit. 25. Adde dominum a LVDEWIG Sect. II. cap. I. §. 4. p. 82. FOERSTER *vom Lehn-Stamm.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0143 DFG

ex feudo antiquo vendito reſidua, in quo agnatis ex pacto ius ſuccedendi ſecundum ordinem feudalem eſt conſtitutum, dicitur *ein Lehn-Stamm.* Huiusmodi tamen pecunia non eſt feudum.

§. CVI.

Varia iura infeudari ſolita.

Porro quoque in feudum concedi ſolent res *incorporales* ſeu *iura.* Inueſtiuntur enim vaſalli de *iure paſcendi, mit Huth und Trifft* in certo diſtrictu *s*), *de iure popinarum, Erb- und Lehn-Schencken, molendinorum t*), *torcularium*, et *furnorum bannalium, Zwang-Mühlen, Zwang-Keltern u*), *Zwang-Backœfen*, vt et de iure *glandis legendae mit der Eichel- und Buch-Maſt x*), de iure *percipiendi annuos reditus y*), aliisque iuribus

s) B. PARENS de *iure paſcendi et de iure ouium.*

t) S. STRYCK *de iure molendinorum*, BORNII diſſert. de eadem materia.

u) GEORG. GOTTL. STRVVII diſſert. *de iure torcularium.*

x) S. HEVSERI diſſert. *de iure glandis legendae* ſub praeſ. HERTELII.

y) Talia apud Sileſios vocantur *die Kœniglichen Geſchœſſer.* STRYCK *de feudis Suidnic. et Lauren. ſect.* II. *cap.* I. §. XI.

bus *z*), interdum admodum singularibus *a*).

§. CVII.

In feudum quoque conferri solet *ius patronatus*, seu *complexus iurium patrono ecclesiae competentium*. Huiusmodi feudum iuris patronatus vocari solet *Pfarr-Lehn b*). Minime tamen sub voce *Pfarr-Lehn* semper intel-

Ius patronatus

Pfarrlehn.

z) Exemplum in litteris inuestiturae Friderici Lotharingici ducis, ab Alphonso electo rege Romanorum concessis, apud LEIBNITIVM *cod. iur. gent. dipl.* p. 19. Isenburgici comites de diuersis iuribus inuestiuntur. DE LVDOLFF *symphor. consult.* p. 682. Sic AVGVST LEYSERVS *in epist. diss. de feudis Brunsuic. Lüneburg.* §. XLI. addita docet, quod gens Knieſteden inuestita fuerit *mit der Baulebung, Redemund, May und Herbst Bede, Bauchhünern, Erben-Schæfferey und Krug, Zinsen und Gerechtigkeiten, auch dritten Pfennig und Hagenstolzen Gerechtsamen.*

a) De quibus elegantem obseruationem habet ill. BVDER *amoen. iur. feud. n.* XIII. *p.* 91. Ex quibus hic addo, maiorem natu nobilium de Rangonea inuestitum fuisse iure accipiendi quodcunque ex ferculis, quae ponuntur in conuiuio patriarchae Aquileiensis. L. A. MVRATORIVS *antiquit. Ital. med. aeui* T. I. pag. 653. Truchsessii S. R. G. I. inuestiuntur *mit der Aiche und dem Nuss-Zaber und dem Raif zu Lindau.* LVNIG *Reichs-Archiv* P. Spec. conf. II. *von den Gr. und Herrn* pag. 352.

b) Iure canonico equidem ius patronatus adnexum rebus spiritualibus censetur, cap. 3. X. *de iudiciis*, adde CARPZOV. *iurisprud. Consist.* Lib. I. def. XIII. FINCKELTHAVS *de iure patronatus* cap. VIII. Verum BOEHMER cap. I. §. 7. non sine ratione contradicit.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0145 DFG

intelligitur ius patronatus, sed interdum quoque *Pfarr-Lehn* vocantur ea bona, quae parochis vel clericis sustentationis causa loco salarii fidelitatis lege sunt concessa *c*), sic quoque illa bona, quae parochus de bonis ecclesiae in feudum confert, veniunt sub nomine *der Pfarr-Lehen*, *Kirch-Lehen*, quae naturam habent feudorum ecclesiasticorum. Licet bona ecclesiae in emphyteusin potius, quam feudum, concedantur *d*).

§. CVIII.

Ius in personas quoque in feudum conceditur.

In feudum quoque conceduntur *personae e*), seu potius *ius in personas*, prout principes inuestiuntur *mit Land, Leuten, Unterthanen, Lehn und Vasallen, mit der Mannschafft*, siue cum vasallis *f*). Occurrit quoque inuestitura *mit geist- und weltlichem Lehn g*), qua

c) Exempla *vom Pfarr-Lehn*, vide *im erläuterten Voigtland* P. II. p. 93. ILL. ESTOR *obs. feud.* 45.

d) NAEVII *Priester-Recht* cap. V. §. 26. p. 281. HORN cap. III. §. 14.

e) Prout principes Anhaltini anno 1423. inuestiti fuerunt ab abbatissa Gernrodensi *mit der Erbmannschafft*. SAGITTARIVS *histor. princip. Anhalt.* cap. XI. §. 4. ab EICHMANN *obseruat.* de *feudo personae.*

f) ROSENTHAL cap. IV. concl. IV. KNICHEN de *vestitur. paction.* P. II. cap. IV. n. 8.

g) Varia exempla vide in SYNTAGM. IVRIS PVBLIC. Tit. XVI. §. 16. vtpote Wilhelmus Hassiae Landgrauius

qua intelliguntur abbatiae bona et feuda, ipsorum iuri et dominio directo subiecta.

§. CVIIII.

Regulariter res propriae, non vero alienae inuito domino in feudum concedi possunt (§. 50.). Quodsi tamen *res aliena* fuerit concessa, valet contractus inter dominum et vasallum, et re a vero domino euicta, concedens tenetur vasallo, qui rei qualitatem ignorauit, de euictione, ita, vt vel aliud feudum eiusdem bonitatis, vel nummos in aliud feudum erogandos praestet, modo vasallus interpellatus domino litem denuntiauerit, et res titulo oneroso adquisita a vasallo iusta iudicis sententia fuerit euicta (*b*).

Res aliena si datur.

§. CX.

tius ann. 1595. inuestitur: *mit der Landgrafschafft Hessen- Mannschafften, Geistlichen und Weltlichen*, apud LVNIGIVM *Fortsetzung der II. Contin.* pag. 768. Maximilianus I. anno 1516. Iohanni Electori Brandenburgico confert *alle Churfürstenthum, Fürstenthum, Clæster und Clæster-Vogteyen, Mann, Mannschafften, Lehn, Lehnschafften, geist- und weltlichen Angefællen, Rechten, Nutzen, und Zubehærungen.* Sic duces Saxoniae a Leopoldo imp. anno 1688. fuerunt inuestiti *mit allen Prælaten, Grafen, Herren, auch derselben Prælaturen und Clæstern, der weltlichen Obrigkeit, Schutz-Rechten und Aduocatien.*

b) II. F. 8. GONNE de *euictione feudi oblati.*

§. CX.

Si fundus dotalis s. res fideicommiss.

Res, de quibus disponendi facultas alicui haud competit, in feudum concedi nequeunt (§. 50.). Hinc maritus *fundum dotalem* vxoris regulariter in feudum dare prohibetur *i*). Quae tamen prohibitio cessat, si vxor in infeudationem legitime consentit *k*), vel fundus aestumato venditionis causa in dotem fuit datus, vel alienatio et infeudatio euitari et declinari haud possit *l*). Praeter hosce casus infeudatio fundi dotalis facta subsistit tamdiu, quam vxori ius repetendi dotem non competit. Sic quoque *rei per testatorem alienari prohibitae* seu *fideicommisso subiectae* infeudatio valet tamdiu, ac fideicommissum ad concedentem eiusque haeredes allodiales pertinet, a successore vero singulari huiusmodi res reuocari queunt. Si vero dominus fundum dotalem seu fideicommisso subiectum vasallo ignoranti in feudum concessit, eo per euictionem ablato, dominus ad euictionis praestationem omnino tenetur (§. 109.).

) pr. Inst. *quibus alienare licet vel non.* HORN *de fundo dotali.*

k) WERNHER P. VIII. *obseruat.* 437. SCHAVMBVRG *comp. iur. digestor.* lib. 23. tit. 5. §. 4.

l) L. 77. §. 4. D. de *iure dotium.* L. 2. C. de *fundo dotali*, L. 1. §. 2. D. *communi diuidundo.*

)o(

CAP.

* *

CAPVT VI.

DE MODIS CONSTITVENDI FEVDA GENERATIM, ET DE MODIS PROMITTENDI EA SPECIATIM.

§. CXI.

Feudum in dominio consistit vtili (§. 6.). Hinc feudum concedens transfert dominium, et iisdem modis, quibus dominium transfertur, feudum quoque conceditur. *Quae obseruanda in feudi conceſſ.*

§. CXII.

Res in dominio existens in alterius transit dominium vel ex consensu domini, vel sine domini consensu. Consensu domini transit dominium interueniente traditione. Sine consensu domini transire dominium non potest, nisi domino in poenam dominium auferatur, quod fit in praescriptione. Hinc duo sunt modi transferendi dominium, nempe PRAESCRIPTIO et TRADITIO. *Duo sunt modi transferendi dom.*

§. CXIII.

Negotium feudale est inuentum Germanorum (§. 19.). Inde in concedendo feudo

ea requiruntur, quae Germanorum iure ad dominii translationem sunt necessaria.

§. CXIIII.

Resign. iud. feuda constit.

Iure naturali licet dominium solo transferatur pacto, pleraeque tamen gentes praeter pactum aliud insuper signum, animum transferendi dominii clarius testans, adhiberi voluerunt. Apud Germanos quoque non solo pacto, sed accedente resignatione et translatione, auctoritate iudicis facta, rei transibat dominium immobilis *m*).

§. CXV.

Inuestiturae definit.

INVESTITVRA in genere est *translatio dominii auctoritate iudicis facta*. Hinc INVESTITVRA

m) *Lex Ripuaria* Tit. LIX. *de vendition. Si quis aliquid alteri vendiderit, et emtor testamentum venditionis accipere voluerit, in* MALLO *hoc facere debet, et pretium in praesenti tradat, et rem accipiat, et testamentum publice conscribatur.* Adde *Leg. Sal. tit.* LXIII. L. *Ostro-Goth.* cap. LIII. *Ius Sax. prou.* lib. I. art. 51. IVS PROVINC. SAX. lib. I. art. 18. *Ohne der Erben Gelob und ohne echte* DING *mag kein Mann sein eigen Gut, noch seine Leut vergeben. Ius Sueu. prou.* cap. XXIII. §. fin. *Die Gab heist stæt, die mit dem Herrn oder vor dem Richter geschieht. Die Gab heist auch stæt, die mit Brief geschieht.* Adde *ius prou. Saxon.* Lib. I. Art. 9. 1. B. VERPORTENN *Sched. de inuestitura allodiorum.* Dn. PVFFENDORFF *obseruat. Iur. vniuersi* obs. I. Dn. a SENCKENBERG *elem. iurispr. Germ.* L. I. c. V. §. 6. LEYSER Medit. I. Spec. 446.

TVRA FEVDALIS est *actus, quo auctoritate iudicis feudalis dominium vtile sub lege fidelitatis in aliquem transfertur* n).

§. CXVI.

Translatio dominii rei immobilis apud Germanos auctoritate iudicis fiebat (§. 114.). Iam vero in transferendo feudo ea requiruntur, quae Germanico iure in concedendo dominio erant necessaria (§. 113.). Ergo in concessione feudi requiritur, vt auctoritate iudiciali fiat eius translatio. Actus, quo auctoritate iudicis feudalis dominium vtile transfertur sub lege fidelitatis, inuestitura dicitur feudalis (§. 115.). Ergo concessio feudi fit per inuestituram. *Conceditur feudum per inuestituram.*

§. CXVII.

Praescriptio et traditio sunt modi, quibus dominium transfertur (§. 112.). Iam vero Germanorum moribus traditio rei in feudum fiebat per inuestituram (§. 116.). Ergo praescriptio et inuestitura sunt modi feuda concedendi et adquirendi. *Praescriptio et inuestitura sunt modi adquirendi.*

§. CXVIII.

Constituto feudo per inuestituram, dominium quidem, non tamen possessio semper transfertur. *Si vna cum dominio possessio feudi* *Inuestitura vel propria vel abusiua.*

n) ESTOR de *inaugurationibus beneficiariis.*

feudi in vasallum transfertur, INVESTITVRA oritur PROPRIA. *Si absque possessione dominium vtile vasallo conceditur*, INVESTITVRA *dicitur* ABVSIVA *o*).

§. CXVIIII.

Inuestitura abusiua operatur ius in re.

Inuestitura feudalis est translatio dominii vtilis (§. 115.). Translatio dominii operatur ius in re. Ergo inuestitura ius in re producit. Iam vero inuestitura abusiua est inuestitura. Ergo quoque ex inuestitura abusiua ius in re enascitur. Equidem non desunt, qui, inuestituram abusiuam ius in re producere, negare voluerunt, credentes, per translationem possessionis ius demum transire reale. Ast haec Romana sunt. Germani vero ad transferendum dominium solam resignationem praecedente titulo coram iudice factam sufficere crediderunt (§. 114.). Hinc quoque ex inuestitura, quae absque possessionis translatione fit, et abusiua dicitur (§. 118.), ius in re enascitur. Quam sententiam et Longobardorum *p*) et Germanorum *q*) leges feudales,

o) II. F. 2. pr. I. F. 4. pr.

p) II. F. 8. *Rei autem per beneficium recte inuestitae vasallus hanc habet potestatem, vt tanquam dominus possit a quolibet possidente sibi quasi vindicare* II. F. 7. c. 1. II. F. 26. §. Si facta.

q) IVS FEVD. SAX. C. XXXIX. §. vlt. *Ob auch ein Mann dem andern sein Guth auffæsset vor den Lehnherrn,*

les, vt et ICtorum opiniones *r*) satis confirmant.

§. CXX.

Transfertur per feudi inuestituram dominium vtile (§. 115.). Iam vero omnis dominii translatio fieri potest vel pure, vel sub conditione. Ergo quoque inuestitura est vel *pura*, vel *conditionata*. In illa ex contrahentium intentione vtile statim transit dominium, hac vero dominus translationem differt in eum casum, quo incertus exitit euentus. Interim existens conditio retrotrahitur ad tempus initii *s*). Caeterum siue pure, siue conditionate facta sit inuestitura, illa vtroque casu ius operatur reale (§. 119.). *Inuestitura condition. ius reale operatur.*

§. CXXI.

Duplex in feudo concedendo actus occurrit. *Primus*, quo dominium feudale vtile tantum promittitur; *alter*, quo dominium vtile actu in vasallum transfertur. *Actus in feudo concedendo occuurentes.*

herrn, so hat dieser, dem es zu gut aufgelassen ist, zur Hand die Gewehr daran, die zuvor des ersten Mannes war. Adde IVS FEVD. ALEMANN. cap. LXXV.

r) SCHILTER *in comment. ad ius feud. Alem.* c. IV. §. 2. et 4. HORN *iurispr. feud.* cap. IV. §. 12. EYBEN *Electis* cap. V. PVFFENDORFF *obseruat. iur. vniuersi* Part. I. obseruat. 3. ILL. GEBAVER *ad Schilteri ius feudale.*

s) L. 11. §. 1. D. *qui potiores sunt in pignore.*

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0153 DFG

Prior modum promittendi: *posterior* modum constituendi feudum complectitur. CONSTITVTIO FEVDI est *actus*, *quo dominium vtile sub repromissione fidelitatis actu in alterum transfertur*. Modus constituendi feudum et modus adquirendi sunt correlata, dum *constituere* de domino, *adquirere* de vasallo praedicetur *t*). A modo constituendi modus promittendi valde differt.

§. CXXII.

Contractus feudalis praecedit inuestituram.

Inuestituram praecedit promissum de feudo concedendo (§ 121.), quod si acceptatur, oritur contractus feudalis. Est autem CONTRACTVS FEVDALIS *consensus domini directi et vasalli de inuestiendo vasallum cum dominio vtili et praestanda pro dominio fidelitate ac seruitiis exhibendis*. Non igitur per hocce pactum seu contractum ipsum transfertur dominium, sed illud solum promittitur, et inde ius personale, minime vero reale producit.

§. CXXIII.

Contractus feudalis differt ab inuestitura,

Contractus feudalis ius personale producit (§. 122.). Ergo differt ab inuestitura, tam

t) ILL. GEORG. LVDW. BOEHMER commentat. de *inuestit. simult. tuent.* cap. I. §. 3. lit. a. et in libro singul. de *natura atque indole expectatiuae atque inuestiturae feud.* §. 34. sqq.

tam propria, quam abusiua (§. 118.). Alii contractum feudalem generaliter et ita definiunt, vt totum negotium feudale sub eo complectantur *u*). Hoc sensu contractus feudalis inuestituram quoque continet, et ius reale operatur. Ne tamen confusio enascatur, semel receptam contractuum notionem retinere, ac contractum feudalem ab inuestitura seiungere maluimus. Caeterum hic contractus est peculiaris, et iure ciuili non definitus *x*), ideoque frustra quaeritur, an sit consensualis, seu realis. Qui tamen ad vnam ex hisce speciebus illum referre cupiunt, pro consensuali eum habere necessum habent.

§. CXXIIII.

Promissio feudi fit consensu (§. 121.). Hic declaratur vel actu inter viuos, vel per vltimam voluntatem. Illud fit, quando possessor alicuius praedii allodialis sese obligat, ad constituendum per inuestituram feudum. Hoc, quando dominus rem suam allodialem alicui per vltimam voluntatem relinquit, vt eam iure feudi habeat. Ex quo legatarius vel haeres ius adquirit, in-

Contractus feudalis quomodo ineatur.

u) FLEISCHER p. 443. §. 29.

x) ERICVS MAVRITIVS *posit. feudal.* VII. §. 4. diuersorum allegat sententias. Adde HORN C. XII. §. II.

ueſtituram petendi, ad quam praeſtandam cohaeres vel legatarius defuncti tenetur *y*).

§. CXXV.

Eſt purus vel conditionatus.

Conſenſus de transferendo dominio declarari poteſt, vel pure vel adiecta conditione. Et inde modus promittendi eſt vel purus, vel conditionatus. Ex hoc obligatio ad inueſtituram caſu ſeu conditione demum exiſtente oritur.

§. CXXVI.

Expectatiuae def.

Variae autem ſunt conditiones, quae promiſſioni addi poſſunt feudali. Inter illas vero frequens admodum eſt, qua feudum ſub conditione, ſi domino fuerit apertum, promittitur *z*). Promiſſio feudi ſub huiusmodi conditione facta EXPECTATIVA *a*) dicitur, quippe quae eſt *promiſſio de feudo in caſum, quo fuerit apertum alicui concedendo.* Et producit *ius exigendi a domino, vt feudum in caſu, quo fuerit apertum, ſub nexu feudali iterum concedat.* Quod etiam *expectatiua* dicitur, germanice *eine Anwartſchafft*,

y) ROSENTHAL Cap. VI. concl. V. B. PARENS Cap. VII. Aph. III. n. 3. et 4. HORN Cap. XI. §. 1.

z) I. F. 3. I. F. 26. 52. II. F. 35.

a) Apud AVT. VET. *de beneficiis* §. XXV. et XXVI. dicitur *expectatio beneficii.* BESSEL de *expectatiua feudali.* ILL. MOSER *de expectatiua.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0156
DFG

ſchafft, *Expectanz*, *Anfall*, *Lehn ohne Gewehr b*) *ſine poſſeſſione* vel etiam *ein Geding c*), *Gnaden Lehn d*).

§. CXXVII.

Sunt, qui iniquitatis arguunt expectatiuas, quia votum captandae mortis haberent, et principi ſucceſſori poteſtatem, bona compenſandi merita, adimerent, imo reipublicae minuerent patrimonium *e*). Aſt licet conſultius ſit, expectatiuas plane non concedi, iniuſtae tamen non ſunt, quia votum captandae mortis, non ex ipſa re, ſed ab accidenti oritur, et reipublicae nullum exinde praeiudicium enaſcitur, ſi non niſi bene meritis conceduntur *f*), ſicuti

Expectatiuae an iniquae?

b) I. F. S. Cap. LIX. SCHILTER ad I. F. A. C. XII. §pho 1.

c) *Ius Sax. feud.* Cap. VII.

d) HARTM. PISTORIS Lib. II. quaeſt. 52. num. 1. STRYCK *de expectatiuis* Cap. I.

e) HIERONYMVS SCHVRFIVS allegante MODEST. PISTORE *conſil.* VIII. eas pro illicitis haber. Nouiter AVGVSTINVS LEYSERVS ſingulari diſſertat. *de iniquitate expectantiarum* non feudales ſolum, ſed etiam ciuiles et eccleſiaſticas plane reiicit, ipſe tamen §. L. poſſe caſus emergere dicit, quibus expectantiae ſint iuſtiſſimae.

f) Defendunt iuſtitiam expectatiuarum B. PARENS Cap. VII. Aph. 5. DARPAEVS *praeiud.* XI. HILLIGER *de neceſſitate conſenſus vaſall.* §. X.

ſicuti et leges et mores illas omnino haud improbant *g*).

§. CXXVIII.

Ad expectatiuas verum ſolennitates requirantur?

Expectatiua eſt 1) promiſſio feudi, et quidem 2) conditionata, 3) praeponens euentum aperturae (§. 126.). Huiusmodi expectatiua ſi per pactum conceditur, nullas deſiderat ſolennitates; ideoque nec praeſentia et teſtimonio parium curiae opus eſt, ſed ſufficit conſenſus. Conſilii tamen eſt, vt expectatiuae inſtrumentum, *die Angefalls Verſchreibung*, vel litterae domini concedentis manu et ſigillo corroboratae, probationis cauſa accedant. Porro cum pactum non dominium, ſed obligationem perſonalem operetur, expectatiua quoque ius quidem perfectum, aſt ſolum perſonale producit (122.). Obligatur igitur dominus caſu aperturae exiſtente, ad inueſtiendum expectatiuarium, nec praeſtando intereſſe poterit liberari *h*), ſi modo tradendi facultatem

g) I. F. 3. 35. II. F. 35. Idem IVR. FEVD. SAX. *cap.* XVIII. XX. XLIX. LVI. LXXII. IVRE ALEM. *cap.* XII. AVCTOR VETVS *de beneficiis §.* XIX. *beneficio ita poſſunt inbeneficiari duo, quod vnus poſſeſſionem habeat, et alter ſucceſſor eius exſiſtat poſt mortem illius, in ipſius bonis.*

h) BERLICHIVS equidem *Part.* II. *concl.* LIV. *num.* 59. 60. CARPZOV *Part.* II. *conſt.* XLV. *def.* II. autumant, extra contractum emtionis venditionis, dominum

tatem habeat, quam si dolo amiserit, contra ipsum in litem iurare poterit vasallus *i*).

§. CXXVIIII.

Alias tenetur dominus iis, quibus feudum ipsum tradere nequit, ad id, quod interest *k*), siue ex gratia, siue titulo oneroso concesserit, siue sciuerit, siue ignorauerit, feudum iam ante aliis fuisse promissum *l*). Nec tamen dominus tenetur ad interesse, I) si expectatuarius sciuerit, alteri iam feudum fuisse promissum, vel II) clausula fuerit adiecta: *saluo iure alterius m*). Vel III) mortuo sine liberis possessore, quis adprehendat possessionem, qui ius succedendi in feudo praetendit, quo

Reliquis, quibus feudum praestare nequit dominus, tenetur ad interesse.

minum ex sola promissione ad rem ipsam tradendam haud obligari, sed praestando interesse liberari. Verum, dum etiam in aliis contractibus natura conuentionis secum ferat, vt res ipsa praestetur, potius dominus in omnibus casibus, vbi natura conuentionis rem ipsam tradi iubet, ad hoc erit obligatus, I. F. 4. *pr.* II. F. 7. *cap.* 1. et potissimum II. F. 26. *c. si facta* HARTMANN. PISTORIS *Part.* II. *qu.* XXV. *num.* 22. B. PARENS *Cap.* VII. *aph.* VII. RHETIVS I. F. III. *pag.* 92. HORN *cap.* XII. §. XVIII. *Praeiud.* XXIV.

i) ROSENTHAL *Cap.* VI. *concl.* VIII. ANTONII *Disp.* IV. §. IX.

k) II. F. 7. *c.* 1. II. F. 8. IVS FEVD. SAX. C. IX. ALEMANN. *Cap.* XII.

l) II. F. 8.

m) HORN *cap.* XII. §. X.

quo casu dominus cedendo actionem liberatur. Dum illi, qui expectatiuam impetrauerit, incumbat probare, feudum vere fuisse apertum *n*). (§. 126.) Aliud est, si ex iure prioris expectatiuae quis possessionem adprehenderit, tunc enim dominus cedendo actiones non liberatur.

§. CXXX.

An inuestitura conditionata dominium deferat?

Inuestitura fieri potest sub conditione (§. 120.). Ergo quoque dominus inuestire potest de feudo in enentum, quo illud aperiatur. Hoc si factum, vasallus habet expectatiuam cum inuestitura conditionata. Inuestitura conditionata dominium defert, licet non statim efficaciter, conditione tamen existente (§. citat.). Ergo inuestitura expectatiuaria dominium defert, non statim quidem efficaciter, sed casu demum existente aperturae *o*), ita vt existens conditio ad tempus initii retrotrahatur (§. 120.). Huiusmodi inuestitura conditionalis

n) B. PARENS *Cap.* VII. *aphor.* VII. *num.* 4.

o) Facit huc textus IVRIS FEVD. SAX. cap. VII. *Leihet ein Herr Frauen oder Mannen Geding am Gute, des einer andern ist, stirbt denn dieser, der es besitzt und in Gewehr hat, so ist die Gewehr des Gutes erstorben, mit samt dem Gute, an dem das Gedinge geliehen war, zuvor war es nur sein unter dem Gedinge und Bescheid, ob der Mann ohne Erben stürbe, der das Gut zu Lehen hatte, denn nach seinem Tode war es allererst sein Recht.* Adde IVS FEVD. ALEM. cap. XIII.

lis dicitur *expectatiuaria inueſtitura*, vt et *ſuperinfeudatio p*) eo, quod dominus priori vaſallo quaſi alterum addat, vel *inueſtitura de ſucceſſionis caducitate* vel *in caſum mortis*, dum futurum ſaltim caſum reſpiciat *q*), vnde etiam *verbalis inueſtitura* vel *euentualis* et *de futuro* dicitur. Magna igitur inter expectatiuam nudam et illam, quae fit accedente euentuali inueſtitura, enaſcitur differentia. Nuda enim expectatiua ius perſonale, conditione exiſtente inueſtituram petendi (§. 128.); expectatiuaria vero inueſtitura dominium et ius reale in vaſallum licet ſub conditione transfert exiſtente *r*) (§. 120.). Accedit interdum euentualis exactio homagii a ſubditis *s*).

§. CXXXI.

Obligationes ex pacto de re praeſtanda inito ad heredes tranſeunt vniuerſales. Ergo non dominus ſolum, ſed quoque eius heredes vniuerſales ex conceſſa obligantur expe- *Expectati. ua obligat heredes.*

p) II. F. 26. c. 1. formulam huiusmodi inueſtiturae vide in appendice n. I.

q) MATH. DE AFFLICTIS tit. *qui ſucceſſ. feud. dare ten.* BERLICH. P. II. concl. LIV. n. 1. 2. SCHILTER ad cap. XII. DARPAEVS *praeiud. feud.* VII.

r) I. P. KRESS *de expectatiua et inueſtitura euentuali.*

s) Prout Art. XI. n. 6. 7. *Pacis Osnabrugenſis* circa expectatiuas elector. Brandenburgici in archiepiſcopatum Magdeburgenſem fuit decretum.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0161
DFG

expectatiua, ad feudum apertum expectatiuario concedendum, (§. 126. 128). licet heredum in concessione nulla facta fuerit mentio *t*), modo non expressa restrictio ad personam adiiciatur: *Wenn das Lehn bey meinem Leben erlediget wird;* tunc enim heredes vniuersales, si feudum viuo concedente non fuerit apertum, amplius non obligantur *u*). Multo minus heres expectatiuam alteri in idem feudum potest concedere, aut si concessit, ad praestationem interesse obligatur, licet vel maxime ignorauerit antecessorem suum iam alii expectatiuam concessisse.

§. CXXXII.

t) I. F. 3. II. F. 26. *c. moribus.* SCHILTER Part. III. cap. II. n. 24. ROSENTHAL c. VI. concl. XV. num. 8. et licet COLERVS Dec. LXXXVIII. contrarium adserat, prouocans ad brocardicum iuris Saxonici, Cap. V. XI. XXV. LVII. *Am Geding ist keine Folge*, nisi heredum expressa mentio fuerit facta, quem sequitur AVGVSTINVS LEYSERVS de *iniquitate expectantiarum*, §. XLII. BEYERVS de *obligatione successoris illustris* §. XLII. Immo LEYSERVS autumat, ipsum dominum expectatiuam concedentem eam posse reuocare. De contraria tamen consuetudine, quod heredes obligentur, licet illorum nulla facta fuerit mentio, testantur HARTMANN PISTORIS lib. II. qu. XXVI. num. 17. CARPZOV. Part. II. Const. XLV. def. V. num. 6. B. PARENS Cap. VII. aph. 9. n. 2. HORN Cap. XII. §. 15.

u) ROSENTHAL Cap. VI. concl. XV. num. 2. 5. SCHEFFER P. II. qu. Pract. XIX. HARTMANN PISTOR lib. II. quaest. XXVI. concl. XV. num. 2. BER-

§. CXXXII.

Minime tamen ad facta defuncti praestanda *successores* tenentur *singulares*, quales sunt, *qui non in vniuersum ius defuncti ex eius beneficio, sed in rem singularem iure succedunt proprio.* Illi igitur, qui ex iure electionis, dominii directi, fideicommissi, primi acquirentis, seu simultaneae inuestiturae succedunt, successores habentur singulares, et ad facta seu expectatiuas antecessorum, quia ex eorum iure haud succedunt, regulariter non tenentur. Inde, si ante aperturam moriatur promissor, successor singularis, nisi antecessoris haeres sit in allodio, regulariter expectatiuam, si etiam conditionata inuestitura accesserit (§. 130.), ratam habere non tenetur *x*). Imo, licet feudum viuo promissore fuerit apertum, expectatiuarius autem nondum inuestituram acceperit, successor haud tenetur feudum conferre. Alia vero ratio est, si viuo concedente feudum fuerit apertum, et expectatiuarius inuestituram vel antecedenter *y*), vel subsequenter fuerit consequutus. Nam hoc casu dominium expectatiuarii contra successorem quoque singularem se exserit (§. 130.).

Expectatiuas seruare haud tenentur successores singulares.

§. CXXXIII.

BERLICH. c. L. n. 28. B. PARENS Cap. VII. aph. 9. num. 3.

x) Sic *Carolus Gustauus Rex Sueciae* antecessorum expectatiuas aboleuit. PVFFENDORFF lib. II. cap. V.

y) MATTH. de AFFLICTIS *in c. 1. qui succ. in feud.*

§. CXXXIII.

Quatenus successor singul. obligetur.

Qui iure succedunt singulari, anteceſſorum expectatiuas ſeruare haud tenentur (§. 132). Sunt tamen quidam caſus excepti. I) Expectatiua ſucceſſorem obligat, ſi in eius conceſſionem conſenſerunt illi, quorum electioni ius ſuum debet ſucceſſor. inde expectatiuam totius capituli conſenſu munitam agnoſcere tenetur ſucceſſor in epiſcopatu, ſeu praelatura z). II) Obligatur ſucceſſor, ſi expectatiua conceſſa eſt ex cauſa, quae in vtilitatem territorii ſeu epiſcopatus vergit *a*). III) Obligatur ſucceſſor,

dar. ten. n. 30. SCHRADER Part. III. c. II. n. 25. ROSENTHAL Cap. VI. concl. XVII. NIC. EVERHARD. Conſ. I. B. PARENS Cap. VII. aph. IX. num. 10. SIGISM. FINCKELTHAVS equidem *diſput. feud.* VII. *contr.* XII. *lib.* 6. contrarium ſentit, fundans ſe I. F. 25. c. vlt. *Si dominus, qui inueſtiuit, forte ſit clericus, et contigerit, vt ante moriatur, quam vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur, exinanitur feudum. Quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obſeruatur*, et II. F. 35. Verum textus iſti de illo caſu ſaltim intelligendi videntur, ſi feudum viuo promittente non fuerit apertum, dum noſtra theſis I. F. 3. ſatis aperte decidatur, *ſed ſi ille, qui feudum poſſidet, prius deceſſerit, quam ille, qui inueſtituram fecit, iure cogitur* (ſucceſſor) *eam ratam habere.* Idem dicitur I. F. 9. Adde B. PARENTEM Cap. IX. aph. IX.

z) BORN de *expectatiua.* §. 24. ROSENTHAL. cap. III. concl. 16. n. 7. B. PARENS cap. VII. tit. 20. §. 41.

a) Quia ex verſione quilibet obligatur in cuius vtilitatem

ceſſor, ſi expectatiuarius conſenſu vaſalli ſimul inueſtitus, et in poſſeſſionem feudi miſſus eſt *b*). IIII) Tenetur ſucceſſor, ſi eius, vel maiorum, quorum haeres, factus eſt, conſenſu expectatiua eſt conceſſa, vel conuentiones et conceſſiones anteceſſoris ſub initio ſuſceptae adminiſtrationis confirmauit, ſeu ad illas ſe obligauit *c*). V) Si lege vel conſuetudine familiae cautum, vt ſucceſſor anteceſſorum facta praeſtet.

§. CXXXIIII.

Quatenus expectatiuae ab imper. conceſſae teneant

In Germania olim imperatores pro lubitu expectatiuam concedebant *d*), vsque dum

tem verſum. L. 7. §. 1. C. *quod cum eo, qui in aliena ſucceſſ. poteſtate.*

b) I. F. 3. *niſi ille, qui inueſtituram acceperit, nomine eius in poſſeſſionem miſſus feudi ſit, eo conſentiente, qui detinet.* Et licet interpretes, ROSENTHAL, BITSCHIVS ſuper hoc textu admodum ſe torqueant, atque hunc caſum ſupponant, quando vaſallus poſſeſſor feudo ſe abdicat in fauorem expectatiuarii, verba tamen ſatis clara mihi videntur, quod expectatiuarius, vaſallo poſſeſſionem detinente, cum ipſius conſenſu in ipſam ſimultanee fuerit admiſſus, ROSENTHAL Cap. VI. concl. XVI. num. 8. ſeqq. B. PARENS Cap. VIII. aph. IX. n. 8. BOEHMER *iure eccl.* L. II. tit. XX. §. XLVIII.

c) HIER. SCHVRFF Cent. II. Conſil. 59. num. 4. B. PARENS cap. VII. §. IX. n. 14. ſqq. BORNIVS l. c.

d) Plura exempla adlegauit in ſyntagmate iur. publ. cap. XII. §. 48. p. 630. licet plerique ſibi de electorum conſenſu proſpexerint. HILLIGER §. XXVII.

dum in capitulatione Ferdinandi II. etiam expectatiuae in feuda regalia inhiberentur, nisi conceſſio fiat cum electorum conſenſu, quod in ſequentibus fuit repetitum *e*), atque in capitulatione Caroli VI. et VII. ad reliquorum ſtatuum conſenſum imperator fuit obligatus *f*) (§. 86.). In feuda minora imperii libere imperator tales concedit. In reliquis Germaniae prouinciis duces et ſtatus imperii, immo etiam priuati expectatiuas rite concedunt, ſaluo iure ſucceſſoris ſingularis (§. 132.).

§. CXXXV.

Iura ex pacto quaeſita ad heredes transferuntur.

Iura ex pacto quaeſita ad heredes transferuntur. Inde dominus concedens expectatiuam

e) Artic. XXVIII. *Daſs auch niemanden einige Expectanz oder Anwartung gegeben werden ſolle*; id quod in capitulatione Ferdinandi III. art. XXXII. Ferdinandi IV. art. XXX. Leopoldi art. XXX. Ioſephi art. XIX. repetitur. Hinc cum Fridericus Guilielmus elect. Brandenb. in compenſationem damnorum, expectatiuam in Friſiam Orientalem peteret, ipſi haec tunc denegabatur. PVFFENDORFF lib. XVIII. §. VIII. De eo igitur valde dubitatur, an validae ſint expectatiuae poſt tempora capitulationis Ferdinandi II. conceſſae, atque an conſenſus electorum ex poſtfacto eas reddat validas. Vide HENNIGES *ad Capit. Ioſephi* art. XXIX. IO. IAC. MASCOVII *diſſertat. de expectatiuis in feuda imperii*, qui plura adlegat exempla. ITTER *de feudis imperii* Cap. X. §. 3.

f) Art. XI. Capit. nouiſſ. Art. XI. §. 10.

ctatiuam non solummodo illi, cui illam promisit, sed etiam post eius mortem ipsius heredibus, successionis feudalis capacibus, (§. 12. 13.) ad promissionem adimplendam est obligatus *g*). Nihilque interest, siue heredum mentio fuerit facta, siue non, modo non adsit expressa ad certam personam restrictio *h*). Casu vero aperturae existente successio, si expectatiua pure fuerit concessa, nec ad gradus agnitionis *nach rechter Sippzahl* fuerit directa, prout in descendentium successione moris est, fit in stirpes *i*).

§. CXXXVI.

Possunt quoque expectatiuae testamento concedi (§. 124.), ex quibus tamen nihilominus *Expectatiuae an legari possint?*

g) I. F. 1. *inuestitor et inuestitoris heredes tenentur inuestito vel heredi, veniente tempore vel conditione.* Contrarium equidem definire videtur ius Saxon. feudale Cap. XI. *welch Gut einem nach der Belehnung nicht angeweiset ist, und es auch in seinem Gewehren nicht hat, mit dem mag er auch nicht folgen an einen andern Herrn (ob der vorige Herr stirbet), er kann es auch nicht erben an seinen Sohn.* Prius tamen vsu esse receptum praxis docet, et HARTMANN PISTORIS Part. II. quaest. XXV. n. 32. CARPZOV Part. II. const. XL. d. IX. n. 5. B. PARENS Cap. VII. aph. VIII. n. 8. HORN Cap. XII. §. XVII. In terris vero Brunsuicensibus expectatiuae expirant, si casus aperturae viuo adquirente eiusque filiis primi gradus non existit, ill. STRVBEN *rechtliche Bedencken* n. 116.

h) HARTMANN PISTORIS cit. l. pag. 32.

i) BERLICH P. II. concl. 54. n. 69.

minus ius transit ad heredes expectatiuarii. Nam licet legatum expectatiuae sit conditionatum, si feudum fuerit apertum, conditionalia autem legata, mortuo legatario, ante quam conditio exstiterit, euanescant *k*); intrinseca tamen est conditio, ex rei natura proueniens, cum feudum ab alio possessum alteri legari nequeat, ideoque non impediat transmissionem *l*).

§. CXXXVII.

Vtrum pura expectatiua valeat?

Expectatiua est promissio feudi conditionata (§. 126.). Ergo omnis expectatiua semper habet conditionem aperturae. Inde non valet promissio expectatiuae pure factae, nisi de mente concedentis alias constet, in casu aperturae saltim illam debere intelligi *m*).

§. CXXXVIII.

Expectatiua ab vno casu ad alterum non extend.

Expectatiua datur in casum aperturae (§. 128.). Casus aperturae existit, I) si vasallus sine heredibus feudalibus decesserit, II) feloniam commiserit, III) feudum refutauerit. Si vasallo expectatiua ad singulos hosce

k) L. 21. D. *quando dies Legati* L. 1. §. 7. C. *de caduc. toll.*

l) L. 99. *de condit. et demonstr.* L. 15. *de tritico et vino.*

m) L. F. 9. II. F. 35.

hosce casus est concessa, EXPECTATIVA GENERALIS *n*), si vero ad vnicum solum est directa, SPECIALIS *o*) dicitur. Vno speciali casu expresso, alter non continetur, et expectatiua in casum mortis directa, non debetur feudum, felonia seu refutatione apertum *p*). Porro expectatiua vel in casum aperturae cuiuscunque feudi, vel certi solum feudi dirigitur.

n) II. Feud. 35. IVS FEVD. SAX. c. VIII. SCHRADER *de feudis* cit. loc. BERLICH Part. II. concl. LIV. num. 50. 62. B. PARENS cap. VII. aph. V. num. 4.

o) Talis est inuestitura, quam GVILIELMVS BATAVVS An. 1252. Brandenburgicis principibus concesserat apud Dnum DE LVDEWIG *Reliqu.* T. II. pag. 248. *ita, si praedictum ducem sine herede contingat decedere, et etiamsi heredes habuerit, et eosdem infra annos discretionis, vel sine heredibus, contingeret exsoluere iura carnis.* Exempla expectatiuae in casum feloniae concessae habet BOEHMER *de indole et natura expectatiuae feud.* §. 22. Sic Reinhardus abbas Fuld. An. 1450. concedit expectat. apud SCHANNAT. *Client. Fuld.* n. 336. *dazu hat er uns sehen lassen einen Brieff, den ihn unser Vorfar seliger geben hat, der dann inne hælt, ob er ichts verjærter und verschwiegen Lehen erführe, gelegen of der Lone, und in der Herrschafft zu Nassau, die unsern Stifft verholen worden, dass er ihm die leihen soll.*

p) Sic enim IVS FEVD. SAX. cap. V. *Zwen Manne mag der Herre ein Gut lihen, also daz einer die Gewere daran habe* (vasallus), *und der andere das Gedinge, ob der ane Lenerben sterbe, der daz Gut in Geweren hat. Anne Gedinge en ist nich em Folge let ez auch iene der ez in Geweren hat, daz Gedinge ist gebrochen ez en si daz erz wider entpha der ez gelazen hat und daran ersterbe.*

rigitur. Hoc Germani dicunt EIN GENANNT GEDING *q*), illud *ein Irr-Lehn r*).

§. CXXXVIIII.

Expectatiua sine vasalli possessoris consensu conceditur.

Expectatiua feudo nondum aperto nullum ius tribuit expectatiuario (§. 128.). Ergo expectatiuae conceſſio non laedit iura vaſallo competentia. Hinc ad conceſſionem expectatiuae vaſalli poſſeſſoris conſenſus non requiritur, ſed dominus, ipſo etiam ignorante et inuito, expectatiuam recte concedit *s*), id quod etiam circa feuda imperii

erſterbe. SCHRADER Part. III. c. II. n. 50. HARTMANN PISTORIS Part. II. c. XXV. d. 3. BERLICH. d. concl. LIV. n. 66. Hoc etiam obtinet, ſi vaſallus ſine liberis decedat, licet in hoc caſu VVLTEIVS Lib. I. cap. VII. diſſentiat, cui tamen B. PARENS aph. V. num. 8. reſpondet abunde.

q) I. F. SAX. c. VII. vbi etiam vocatur *Gedinge an eines benameten Mannes Gute*. SCHILTER ad c. XII. IVR. FEVD. ALEMANN.

r) Vtrumque diſtinguit IVS FEVD. SAXON. c. VII. *Welch Herre ein Gut libet ſine Manne, wo ez inne erz ledic wird, ez ſi wenic oder vil, und darnach libet einem andern ein benemet Gedinge. Mit deme erſten Lehne mag er dieſem ſin benomete Gedinge nicht gebrechen*. Vid. etiam SCHILTER ad cap. XII. §. I. qui docet, Zobelium legere *mit dem Irren-Lehn*, cum tamen potius legendum *erſten* Lehn, feudum antiquius. Formulam vide apud LÜNIG P. III. pag. 678.

s) Obi. l. fin. C. *de pactis, cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur*, quod in rebus allodialibus ſolum

perii obtinet *t*). Nisi quandoque ex capite prudentiae vasalli possessoris consensus adhibeatur *u*), vel si dominus hoc vasallis

I 5 suis

lum procedit. Nec obstat I. F. 22. c. f. *Si quis fecerit inuestituram, vel cambium de beneficio sui militis, sine illius consensu, cuius est beneficium, pro non facto habeatur.* Loquitur enim textus de eo casu, si pure facta fuerit inuestitura. Deinde prouocatur ad I. F. 27. *Si quis inuestierit aliquem de feudo sui militis, Viri Placentini prorsus asserunt, hanc inuestituram non aliter valere, nisi eo consentiente, cuius erat feudum.* Verum, in dicto textu negatiua praefertur, atque tali modo deciditur: *Mediolanenses et Cremonenses asseuerasse, nihil distare, vtrum inuestitura facta sit eo sciente vel ignorante, cuius erat feudum, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat.* Id quod etiam II. F. 26. c. 2. II. F. 35. vberius adscritur. Idem dicitur IVRE FEVD. SAXON. c. X. *Etliche Leute sagen, das man kein Gedinge verlihen mœge ohn des Willen, der das Gut in Besiz und Gewehren hat, das aber unrecht ist. Denn der, dem ein Ding geliehen ist, darff niemand darum bitten, sondern allein, das er die Leihung beweise an sein Gedingen, ob er es bedarff.* Licet IVS FEVD. ALEMANN. cap. XIX. consensum vasalli requirere videatur.

t) Rudolphus Habsburgicus an. 1276. Io. de Hannonia expectatiuam in comitatum Hollandiae et reliqua Florentini comitis feuda imperii concessit apud MARTENE Tom. I. p. 1153. Dum Ferdinandus II. Imp. Christiano IV. Daniae regi expectatiuam concederet, contradicebat Ernestus, Comes Schaumburgicus, verum ab imperatore reiiciebatur, vide LONDORP Tom. II. lib. VI. cap. XXX. pag. 415.

u) Prout diuersa exempla adlegat HILLIGER §. XXVII.

ſuis promiſerit, tunc ex pactis obligatur x). Sic etiam recte expectatiua conceditur, licet vaſallus habeat liberos, et ſuccedendi ſpes adhuc ſit remotior.

§. CXXXX.

Expectatiua nuda vtrum dominium transferat?

Expectatiua nuda non transfert dominium (§. 125. 127.). Licet igitur dominus expectatiuam conceſſerit nudam, dominium tamen feudi retinet, de quo diſponere, illudque mediante inueſtitura in alium transferre liberam habet facultatem. Aſt expectatiua cum inueſtitura euentuali dominium conditionatum in vaſallum transfert (§. 130.), quod conditione exiſtente ad tempus initii retrotrahitur (§. 130.). Inde dominus, qui nudam conceſſit expectatiuam, aliam cum clauſula anteferri poterit concedere, quae tamen clauſula locum non habet, ſi prior iamdum abuſiue fuerit inueſtitus y).

§. CXXXXI.

An plures de vno eodemque feudo expect. habere poſſint?

Dominus, qui nudam conceſſit expectatiuam, liberam retinet facultatem, eandem alii

x) Prout Maximilianus I. an. 1510. vaſallis ſuis in Carniolae ducatu et Carolus, Auſtriae archidux an. 1567. promiſerunt, apud LÜNIGIVM Contin. VII. Abſ. n. 135. p. 213.

y) B. PARENS Cap. VII. Aph. VII. n. 4.

alii rursus concedere (§. 140.). Inde fit, vt plures interdum de vno eodemque feudo expectatiuam habeant, et casu aperturae existente, quinam alteri sit praeferendus, disceptetur? Nobis tres a se inuicem seiungendi videntur casus. *Aut* enim soli inter se concurrunt expectatiuarii nudi, *aut* omnes inuestituram obtinuerunt euentualem, *aut* nudi expectatiuarii cum iis certant, qui inuestituram habent expectatiuariam.

§. CXXXXII.

Si nudi expectatiuarii inter se concurrunt (§. 141.), videndum, an vni expectatiua in certum feudum, *ein genannt Gedinge*, fuerit concessa, alteri vero indefinite in feudum, quod primum fuerit apertum, *auf ein Irr-Lehn*; quo casu ille huic praefertur, licet tempore sit posterior z), dum generi per speciem derogetur. Quod tamen locum non habere tradunt, si expectatiua de feudo certo tum fuerit concessa, cum mors possessoris instaret, quod iure Saxonico vocatur *zu Vluchtsal-leihen* a), atque adeo prope

Si nudi expectatiuarii inter se concurrunt, quid iuris?

z) Facit huc *ius feudale Saxon.* Cap. XXXVII. IVS FEVD. MEGAP. tit. V. §. 5.

a) *Iure Saxon.* Cap. VII. *ez en si ab man Gedinge zu einer Vluchtsal liehe binnen ienes Süche, der es in Gewehren hat*, et Cap. LVIII. quod SCHILTERVS Cap. XII. explicat, *ad lectum decumbentis possessoris.* HARTM. PISTORIS P. II. qu. XXI. n. 9.

prope erat, vt feudum ad eum, qui primam generalem expectatiuam acceperat, possit peruenire, dum expectatiuarius fraudis vix euitet suspicionem *b*). Deinde si expectatiuarii, qui adsunt, omnes expectatiuam habent specialem, tunc reliquis praefertur, qui prior eam impetrauit, modo alius petitae tempore inuestiturae nondum sit inuestitus *c*).

§. CXXXXIII.

Is, qui primam euentualem inuest. impetrauit, praefertur reliquis eodem modo inuestitis.

Si vero plures adsunt, qui praeter expectatiuam euentualem impetrarunt inuestituram (§. 141.); is reliquis praefertur, qui primam habet inuestituram. Dominus enim, qui semel dominium inuestiendo concessit, illud nec auferre, nec alium de eodem inuestire potuit (§. 159.).

§. CXXXXIIII.

Quinam inter plures expectandos et euentualiter inuestitos praeferantur?

Tandem si nudi expectatiuarii cum iis certant, qui praeter expectatiuam inuestituram sunt consecuti euentualem (§. 141.), hi omnino illis erunt praeferendi, licet tempore sint posteriores nudis expectatiuariis. Dominium enim per inuestituram legitime habent

b) CARPZOV P. II. const. XLV. def. 4. num. 9. SCHILTER cit. loc. §. VIII. HORN Cap. XII. §. X.

c) Consentit IVS FEVD. MEGAP. tit. 5. Artic. 4. et 6.

habent conceſſum (§, 130.), quod inuitis adimi nequit. Inter plures vero inueſtitos expectatiuarios praefertur is, qui prior eſt tempore (§. 143.).

§. CXXXXV.

Quatenus expectatiuarii remediis poſſ. vtantur.

Nuda expectatiua ius perſonale producit (§. 128.). Ergo quoque exinde actio ſolum perſonalis enaſcitur contra dominum directum, ad feudi inueſtituram eiusque poſſeſſionem conſequendam. Expectatiua cum euentuali inueſtitura ius producit reale (§. 130.). Ergo quoque actionem realem, contra quemlibet feudi poſſeſſorem ad conſequendam eius poſſeſſionem.

§. CXXXXVI.

Quatenus remedia poſſeſſoria expectat. competant.

De eo vero inter ICtos non conuenit, vtrum expectatiuarius remediis vti queat poſſeſſoriis? Et diſtinguendum mihi videtur inter expectatiuarium, qui feudi poſſeſſionem quietam eſt conſecutus, et illum, qui talem nondum obtinuit. Hic ad conſequendam aperti feudi poſſeſſionem remediis poſſeſſoriis vti nequit, licet vel maxime abuſiue fuerit inueſtitus, niſi forſan expectatiua fuerit legata, tunc ipſi remedium ex *l. fin. C. de Edicto D. Hadriani toll.* non erit denegandum, vt, exhibitis expectatiuae tabulis non vitioſis, in poſſeſſionem mittatur. Minime vero hoc remedium

medium ex instrumento expectatiuae, vitio visibili licet non laborante, locum habet *d*). Illi vero, qui possessionem feudi iam obtinuit, remedia tetinendae vel recuperandae possessionis competunt *e*).

§. CXXXXVII.

An expectatiuarius feudum apertum propria auctoritate possit occupare?

Ea quoque superest quaestio, an expectatiuarius feudum apertum propria auctoritate possit occupare? Distinguendum esse puto, an vasallus nudam saltim expectatiuam obtinuerit, an vero abusiue fuerit inuestitus. Si illud, ad tradendum poterit agere, dum ipsi saltim actio personalis competit; nisi ipsi facultas occupandi feudum, casu existente, sigillatim fuerit concessa *f*); sin hoc, propria auctoritate occupare poterit feudum vacuum, dum a domino ipsi iamdum ius ad feudum accipiendum fuerit concessum *g*). Praescribit tamen

d) WERNHER *obseru.* P. X. obseru. 476.

e) ROSENTHAL cap. XII. n. 38. c. VII. concl. LI. n. 7. MENOCH. *de remed. recup. poss. n.* 50.

f) Prout per PAC. WESTPHAL. art. XI. §. 6. electori Brandenburgico expectatiua in archiepiscopatum Magdeburgicum conceditur, cum iure, propria auctoritate vacantem adprehendendi possessionem.

g) IVS FEVD. SAXON. Cap. VII. IVS ALEMANNICVM Cap. XIII. MATTH. COLER Dec. CXIII. HARTMANN PISTORIS Quaest. XXV. num. 26. MOD. PISTORIS Part. I. quaest. XIX. num. 3. GAIL. Lib. II. obseru. 152. num. 14. BERLICH Part. II. concluſ.

men ius feudale Saxonicum et Alemannicum, vt expectatiuarius indicet domino mortem possessoris, et petat immissionem. Quod si dominus inuestituram non neget *h*), aut in mora sit immittendi, tunc propria auctoritate possessionem poterit adprehendere expectatiuarius *i*), atque intra annum et diem petere inuestituram. Si vero alius iam occupauerit feudum apertum, expectatiuarius magistratus operam ad possessionem adprehendendam debet implorare *k*).

§. CXXXVIII.

concluſ. LIV. num. 62. CARPZOV P. II. conſt. L. d. II. n. vlt. B. PARENS Cap. VII. aphor. VII. num. 6. HORN Cap. XII. aphor. XII. HILLIGER *de vaſallo propria autoritate ſibi ius dicente, pag.* 20. *ſeqq.* de CRAMER *obſeruat. iur. vniuerſ.* P. I. obſ. 205.

h) Pergit IVS SAXONICVM: *Doch mus der Mann des Gedinges, wie Recht iſt, erinnern, in rechter Jarzeit, nachdem es ledig ward, ob es ihm der Herr leugnen wollte.*

i) Pergit IVS SAXONICVM: *Denn wenn der ſtürbe ohne Lehns-Erben, der das Gut beſitzet, und in Gewehren hat, ſo mag ſich gleichwohl der Herr des Gutes unterwinden, und daſſelbige einnehmen, ob er ſich gleich nicht entſinnen kœnnte, daſs er das Gedinge am Gute einem andern verliehen hætte. Unterwindet ſich aber auch der, den das Gedinge oder Anwartung am Gute zuvor geliehen war, eher denn der Herr, er verleuret denn nichts, doch daſs er ſein Gedinge zur Handt beweiſe, und das Gut mit ſeinen Rechten daran vertrete gegen ſeinen Herrn.* SCHILTER p. 138.

k) SCHRADER P. II. cap. II. num. 36. B. PARENS Cap. XIII. Aph. X. n. 5. HORN c. XII. §. XII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0177
DFG

§. CXXXXVIII.

Quomodo promissio feudi fiat? Constitutionem feudi praecedit eius promissio (§. 121.). Fit haec promissio, dum dominus rem quandam vel ex proprio, vel ex vasalli patrimonio in feudum concedere promittit. *Collatio, oblatio quid?* *Pactum, quo dominus rem quandam ex proprio dominio in feudum promittit*, dicitur COLLATIO; *Pactum, quo dominus a vasallo rem quandam allodialem accipit, quam ei in feudum reddere promittit*, dicitur OBLATIO.

§. CXXXXVIIII.

Collatio ac oblatio quodnam ius producant? Per collationem aeque ac oblationem dominus directus feudum solum promittit, non vero eius actu transfert dominium vtile (§. 148.). Inde collatio ius solum personale et obligationem personalem, qua dominus ad inuestiendum et tradendum obligatur, producit (§. 122.). Ius vero reale accedente demum inuestitura transit (§. 115.).

§. CL.

Quaenam bona possint offerri? Qui suum allodium offert in feudum, alienat dominium directum (§. 148 et 9.). Ergo illa tantum offerri possunt bona, quae liberae offerentis dispositioni sunt relicta, siue praesentia sint, siue futura *l*). Hinc in feudum

l) B. PARENS Cap. VII. aph. X. num. II. Exemplum apud MIRAEVM *Donat. Belg.* 113. *Et quidquid*

feudum offerre nequeunt I) *praelati*, sine consensu capituli (§. 79.), II) illi, qui *lege m*) vel *pacto n*) sua bona alienare prohibentur, III) *debitores obaerati* in fraudem creditorum *o*), IIII) *fideicommissarii* bona iure fideicommissi possessa *p*), V) vasalli bona, quae ab aliis ex nexu tenent feu-

quid Bertholdus tenet et tenebit ac eius heredes et successores a nobis ac nostris successoribus in feudum tanquam homo noster ligius seu nostrorum successorum episcoporum Leodiensium, qui erunt pro tempore. Adde FONTANVM *Hist. Geldr.* a. 1426.

m) in CAPITVL. NOVISS. Artic. XVIII. §. 1. prohibetur, ne subditi sub praetextu dominii directi eximantur. Hinc cum Fridericus Henricus Arausionensis princeps Meursensem ditionem in feudum offerret, resistebant foederati Belgii ordines, dicentes, nullum beneficium neque publice neque priuatim de domo Austriaca accipi oportere. FELTMANN *de Titul. Hon. lib.* II. *cap.* X. §. XXII.

n) SPEIDELIVS, voce *aufgetragen Lehn*, dicit in Solmensi vnione a Rudolpho II. an. 1578. confirmata, contineri, *Ferner sollen und wollen Wir oder Unsere Erben Unsere gegenwærtige oder zukünfftige Graff- Herrschafften, Lande, Leut, Güther, Zinss, Renthen, wie solche Nahmen haben mœgen, gæntzlich oder zum Theil nimmermehr zu Lehen machen, noch auftragen, das geschehe dann mit aller der Zeit lebendigen Grafen zu Sulms guten Wissen und Willen.* CARPZOV Lib. I. Resp. LXXXIII. HERTIVS Part. II. §. VIII.

o) BESOLDVS Part. II. Conf. XLIX.

p) KNIPSCHILD *de Fideicomm. Nobil. Cap.* VI. n. 332. HERTIVS Part. II. §. XVI.

feudali. Dominium tamen directum, quod quis proprietatis iure habet, in feudum poterit offerri *q*), nisi vasalli singulare praeiudicium inde possint demonstrare.

§. CLI.

Minime tamen insinuatio iudicialis requiritur.

Ista oblatio, quantiuis etiam pretii bona fuerint, iudiciali non indiget insinuatione, dum non simplex sit donatio, sed ob patrocinium et defensionem concedatur *r*). Et licet iure Saxonico antiquo rei propriae oblatio subsistere non possit, nisi dominus proprietatem anno et die possideat *s*), idque ad excludendum ius adgnatorum (§. 16.), illud tamen hodie non amplius obseruatur *ss*).

§. CLII.

q) SCHRADER P. III. cap. II. n. 12. ROSENTHAL Cap. IX. concl. LXII. num. 34. 35. OBRECHT *de feudis* cap. XV. n. 6. EYBEN *Elect. feud.* cap. X. num. 14. HERTIVS P. II. §. XIV. qui illud exemplo comitatus Waldecciae illustrat, Hassiae Landgrauiis oblati, quam isti ab imperatore et imperio iterum in feudum recognouerunt.

r) ROSENTHAL *cit. loc.* num. 25. qui vberius hac de re disputat. HERTIVS Part. II. §. XXX.

s) LANDRECHT lib. I. art. XXXIV. COLER Dec. LXXX. MÜLLER *Staats-Cabinet* Part. III. cap. II.

ss) ANDR. KNICHEN *de Vestit. Pact.* Part. I. cap. II. num. 27 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0180
DFG

§. CLII.

Dominus directus in feudum confert vel proprias vel vasalli res, sibi eo fine oblatas, vt rursus in feudum conferantur (§. 148.). Inde feuda ratione constitutionis diuiduntur in DATA et OBLATA. Ista dicuntur, *quae ex domini directi conceduntur bonis*, haec, *quae ex allodio vasalli oblato in feudum sunt tradita*. Haec diuisio in iure feudali Longobardico non occurrit. Licet enim in eodem *t*) paterni allodii fiat mentio, potius tamen feudum nouum intelligitur. Nec allodium infeudatum ad feuda oblata poterit referri, vbi dicitur *u*): *si vero contigerit, allodium aliquod etiam infeudatum conferri ecclesiae vel pro oblatione fidelium, vel per emtionis et venditionis alteriusue huiusmodi contractum, infeudatus, nisi per gratiam ecclesiae, tanquam de nouo receperit feudum, quod habebat, retinere non poterit.* Loquitur enim textus de allodio domini. *Feuda sunt vel data, vel oblata.*

§. CLIII.

Variae autem sunt oblationis caussae. Offerebantur enim bona in feudum I) ob metum rei in solidum amittendae, quam vt *Oblationis caussae.*

*) II. F. 17. *Alii dicunt per filiam debere recognoscere, cum de paterno allodio esset hoc feudum.* Hic nil aliud intelligitur *quam feudum ex allodio paterno collatum.*

**) II. F. 54. Vide THOMASIVM *de feudis oblatis* §. VII.

vt conseruarent, potentiori terras alias liberas in feudum offerebant, prout Heraldus Daniae Rex Ottoni M., cui par non erat, anno 948. regnum suum, et *x*) Liuoniae magister Curlandiam in feudum obtulit *y*); II) ob deuotionem erga ecclesias, cuius medio aeuo copiosa sunt exempla *z*); III)

x) ADAMVS BREMENSIS Lib. II. cap. II. HELMOLDVS Lib. I. cap. IX. ALBERTVS STADENSIS ad an. 948. Idem dicendum de Casimiro et Bogislao, Slauorum principibus, qui Danicarum virium metu, se et prouinciam suam Pomeraniam Friderico I. imperat. in feudum obtulerunt. SAXO GRAMMATICVS *Histor. Dan.* lib. XVII. p. 375.

y) Extat apud CHYTRAEVM *Saxonia* lib. XX. p. 529. Idem olim dicendum de Borussia. Sic comites de Orlamunda iuri allodiali in oppidum Vinariam 1346. renunciarunt, idemque a Friderico Graui, Thuringiae Landgrauio in feudum acceperunt. *Hist. Landgr. Thur.* cap. 6. HORTLEDER lib. V. cap. XXVI. §. 3. Groeningenses anno 1504. Georgio Saxoniae duci obtulerunt, agri nomine, clientelam, et professi sunt eum feudi dominum se in posterum adgnituros, apud VBBONEM EMMIVM *Rer. Frisic.* lib. XI. pag. 443. Plura exempla suppeditat HERTIVS *de feudis oblatis*, Part. I. §. IV.

z) Ob redemtionem animae, *zum Seelenbad.* HELMOLDVS lib. I. cap. LXIX. *Vbi dux vel Marchio, vbi in regno principatus, quantumlibet magnus, qui pontificibus manus non offerat; recusatus opportune, importune se non ingerat? Certatim currunt, vt homines fiant bonorum ecclesiae.* Sic *Conradus de Winsberg* ob vtilitatem et honorem ecclesiae Fuldensis offert quaedam bona. LVDEWIG. *reliqu.* T. II. p. 267. Adde Tom. IV. pag. 211. Vide *traditiones Fuldenses, documenta Würt-*

III) ob propriam defensionem *a*), dum vigente apud Germanos iure manuario, possessores liberorum allodiorum ipsi se defendere non possent, ideoque potentiorum quaererent protectionem, IV) ob vrgens aes alienum *b*), V) ob propriam vtilitatem *c*), VI) ad restringendam diuisionem.

Würtenbergensia, MIRAEI *codicem donationum piarum*, HERTIVM Part. I. §. V.

a) ROSENTHAL *de feudis* Cap. II. concluſ. XXIV. pr. et cap. VI. concl. LXVIII. n. 17. docet, innumera ſe antiquarum inueſtiturarum monumenta vidiſſe, in quibus nobiles ante annos plus minus ducentos bona ſua in ſinum potentiorum delata in feudum receperint, vt hac ratione tutelam ſibi compararent et ſecuritatem. REINHARDVS GEMMING apud BESOLDVM voce *Reichs-Stand*, WEHNER voce *Kreis*. GEORG EVERHARDI Conſil. XLIX. ab init. HERTIVS Part. I. §. VIII. IX.

b) Ex hoc capite comitatus Waldeccenſis anno 1438. Haſſiacae domui fuit oblatus.

c) Ex hac ratione Otto puer patrimonium ſuum Guelphicum anno 1235. Friderico II. imp. in feudum obtulit, vide CORPVS HISTOR. GERMAN. Par. VII. S. VI. §. XI. Hinc Vlricus I. Friſiae comes imperii ſe beneficiatum agnouit, ne populus colla iugo eriperet, obſeruante FELTMANNO lib. I. *de Tit. Honor.* cap. XLI. §. XXIII. Patet hoc ex litteris inueſtiturae, apud BRENNEYSEN *Oſtfrieſiſcher Hiſtor.* Tom. I. Lib. II. n. XXIX. vbi Fridericus III. imper. anno 1454. Vlrico in feudum confert terras Friſiae orientalis, hoc adiecto: *die uns und dem heiligen Reich von alten Herkommen rechtlich zugehœren, und zu mannichen Zeiten partheylich und ungehorſam geweſt ſint, und Er dieſelben Lande mit groſſer Tugend und Vernunfft vereinigt*

Denique et multa feuda oblata inde sunt orta, quod vasalli sua feuda ecclesiis donarent, et horum loco alia dominis offerrent allodia in compensationem *d*).

§. CLIIII.

Feuda ex datis et oblatis mixta.

Dantur etiam FEVDA EX DATIS ET OBLATIS MIXTA. Tale est, *quando quis oblata sua bona cum additamento accipit in feudum.* Hoc ratione praedii oblati est oblatum, ratione vero additamenti est datum *e*). Additamentum consistere potest vel in pecunia *f*), vel in praediis *g*), vel in annuis de camera praestandis reditibus. Minime tamen

nigt hat, und fürhaſs zuvereinigen gedencket, und Uns und dem heiligen Reich alle und iede zu LEHN GEMACHET *hat.*

d) Exempla vide apud HEYDENREICH *Schwarzburgk. Historie* p. 40.

e) Vide HERTIVM singulari dissertatione *de feudis ex illis, quae data et oblata dicuntur, mixtis*, qui illud pluribus illustrat exemplis. Adde ILL. BVDERVM *Amoen. iur. feudal. obs.* 6. p. 33.

f) Sic Vlricus comes Hanou. Carolo IV. imper. et Boh. R. obtulit castrum Babenhausen, illudque additis 4000. *gute kleine Gülden, welche man Floren nennet*, in feudum accepit. Litteras inuestit. vide *sel. iur. public.* T. I. p. 85.

g) Henricus puer Hassiae Landgr. oppidum Eschwege cum pertinentiis Adolpho Rom. reg. in feudum obtulit, illudque addito castro Bomeneburge in feudum recepit. Litteras vide apud AYRMANN *Hessische Historie* P. IV. pag. 210.

men pro mixtis haberi queunt feuda, quae a vasallo dominus emit, eique rursus in feudum dedit.

§. CLV.

Sunt autem feuda oblata regulariter propria. Quamuis enim non desint, qui feuda oblata impropriis accensenda esse tradant *h*), suamque sententiam per praesumtionem, qua voluntas, suam conditionem deteriorem reddere, non praesumitur, stabiliri sibi persuadent. Sicuti vero fortior praesumtio vincit minorem, ita quoque praesumtio, quae pro feudi naturalibus militat, tamquam fortior (§. 12.), vincit praesumtionem, quod offerens suam conditionem deteriorem reddere nolit *i*). Hinc quoque omnes feudorum diuisiones ad feuda oblata adplicari possunt. Interim tamen non nego, quod offerens de certis conditionibus sibi prospicere possit, et quia hoc plerumque est factum, feuda oblata, ob pacta adiecta, plerumque esse solent vel mere hereditaria, prout Silesiaca et *Feuda oblata sunt propria.*

h) Tuentur hanc sententiam WURMSER *de feudis impropriis*, atque alii apud EYBEN *electis feudalibus* cap. IX. p. 213. THOMASIUS *de feudis oblatis* cap. I. §. LXI.

i) HERTIUS *de feudis oblatis* Part. II. §. 1. et 40. TABOR *Ichnogr. feud.* P. I. §. 7. RHETIUS ad textum I. F. 1.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0185 DFG

Lusatica, vel feminea, prout ecclesiastica et Fuldensia, vel etiam franca, licet noua ista potius praesumantur, nisi probetur contrarium *k*).

§. CLVI.

Per oblat. nec immunitas a fteuris adquir.

Minime vero bona per oblationem in feudum a collectis et tributis fiunt immunia, cum ista praediis inhaereant, et singularem requirant immunitatem atque exemptionem *l*).

§. CLVII.

Feudum fiduciarium reddibile, retrouenditionis.

Feuda regulariter adquiruntur pro se suisque descendentibus habilibus (§. 13.), ideoque his existentibus reuocari nequeunt. Ast pacto fieri potest, vt feudum sit reuocabile (§. 12.). Tale est FEVDVM FIDVCIARIVM siue REDDIBILE, quod ea *conditione est concessum, vt certo tempore pro certa re vel summa restituatur m*). Simile huic est FEVDVM CVM PACTO RETROVENDITIONIS, EIN WIEDERKAEVFLICHES LEHN, *quod pro certo pretio ea sub*

k) HERTIVS Part. II. §. 37. Sic oppidum in Valckenau Ioanni Bohemiae regi a. 1320. in feudum fuit oblatum, cum pacto successionis femineae, ac liberae alienationis. LVDEWIG Tom. IV. p. 34. 37.

l) HERTIVS Part. II. §. XVII. XVIII.

m) *Ius feud. Alem.* Cap. 97. *Ius feud. Saxon.* cap. 29.

sub conditione, vt, reddito pretio, venditori restituatur, est concessum. Huiusmodi feuda in eo solummodo sunt impropria, quod contra communem feudi naturam pretio restituto reuocentur (§. 13.). In reliquis vero haecce feuda retinent naturam feudorum, et in illis soli succedunt masculi, ad quos proinde quoque pecunia reluitionis, post mortem patris pro feudo, quod, hereditate semel adita, filii exclusis filiabus legitime quaesiuerunt, soluta, pertinebit.

§. CLVIII.

Feudum Camerae, de Cauena, Soldatae.

In haeredes quoque non transit FEVDVM de CAMERA, *dum ex aerario, seu fisco domini certi reditus sub nexu feudali et obligatione seruitiorum, veniunt praestandi n*), ideoque etiam FEVDVM BVRSAE dictum (§. 67.). Cum hoc conuenit FEVDVM de CAVENA, *quod ita constituitur, vt ex cella, horreo, aut penuario domini vinum aut frumentum alicui ad vitam praestetur o*). FEVDVM SOLDATAE

n) Camera, siue *aerarium principis, die fürstliche Renth-Cammer.* Sic in testamento Caroli M. apud EGINHARDVM *in vita* Cap. XXXIII. *de Thesauris suis atque pecunia, quae in camera eius inuenta est.* Adde du FRESNE *voce Camera.* Occurrit autem hoc feudum II. F. 1. *c. sciendum* II. F. 2. c. 1. II. F. 58. pr. Et in IVRE FEVD. ALEMANN. Cap. CII.

o) Cauena, Caua, horreum denotat. Hoc feudum occurrit II. F. 1. *c. sciendum.* II. F. 2. cap. 1. II. F. 58.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0187
DFG

est, *dum ex gratia alicui certa pecunia, vinum vel annona quotannis praestatur.* Horum improprietas in eo est, quod nec in re immobili consistant, nec transeant in heredes *p*).

§. CLVIIII.

Feudum annuum, feudum annuae praestationis.

Reuocabile quoque est FEVDVM ANNVVM, quod est *feudum, quo pro officio, quod quis gerebat, certi reditus in certos annos erant adsignati q*). Hoc tamen probe est distinguendum a FEVDO ANNVAE PRAESTATIONIS, *dum quotannis certa summa de bonis quibusdam praestanda est.* Et dum plerumque secundum libras argenti praestanda, dicebatur PFVND-LEHN *r*).

CAP.

p) Explicatur II. F. 10. *Soldata autem est praestatio quaedam annua gratuita, quae a neutra parte transit in haeredem. Morte enim dantis vel accipientis finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in Solidorum donatione, quandoque autem in vino et annona consistit.*

q) Exempla vide apud ILL. EVDERVM *amoenit. iur. feudalis* p. 38.

r) IVS FEVD. ALEMANN. cap. XIV. *da ein Mann gegen ein Pfund Lehn tregt.* II. F. 20. vocatur *feudum super annua praestatione.* Olim etiam vocabatur *Mangeld* siue *Lehngeld.* Tale est apud MARYENE T. I. p. 895. *Ego Margareta soror comitissae Flandriae et Hannoniae notum fieri volo, quod dominus R. de Auesnis maritus meus per voluntatem et assensum meum dedit in feodum et in homagium domino Th. de Husalise*

* *

CAPVT VII.

DE MODIS ADQVIRENDI FEVDA SPECIATIM, SEV, DE INVESTITVRA ET PRAESCRIPTIONE FEVDALI.

§. CLX.

Modi adquirend. feuda.

Adquiruntur feuda vel originarie, vel deriuatiue. ORIGINARIA adquisitio fit, *quando res allodialis a domino conceditur in feudum.* DERIVATIVA vero est, *quando res in nexu feudali iam constituta in alium transfertur possessorem.* Originarie feudum adquiritur per praescriptionem et inuestituram (§. 117.). Deriuatiue vero feudum transit per praescriptionem, per successionem, et resutationem consensu domini factam.

§. CLXI.

Inuestiturae diuisiones.

Inuestitura est vel propria, vel abusiua (§. 118.). Per inuestituram propriam simul cum dominio vtili feudi possessio in vasallum transfertur (§. 118.), idque vel vere, vel per symbola. Inde inuestitura propria

Hufalise consanguineo suo sexaginta libras alborum annuatim accipiendas ad Wignania sua apud Auesnas.

propria est vel VERA, vel SYMBOLICA. Haec definiri potest, *quod sit translatio possessionis feudi per signa quaedam facta.*

§. CLXII.

Symbola in inuestitura vsitata.

Symbola in inuestiturae ritu adhiberi solita varii erant generis, imo etiam in feudis imperii pro diuersitate temporum variarunt. Antiquiori tempore imperator principes imperii tali modo inuestiebat, vt hi super reliquiis martyrum sacramenta praestarent, et manus suas in regis *s*) manus commendarent, atque sic per manus imperatoris homines vel vasalli eius facti dicerentur. Postea REGNA et PRINCIPATVS per hastam signiferam *t*), siue sceptrum inuestie-

s) ANNAL. FRANCOR. EGINH. ad ann. 757. *illuc* (in vrbem Compendium) *et Tassilo dux Baioariorum cum primoribus suae Gentis venit, et more Francorum in manus regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendauit, fidelitatemque tam ipsi regi Pipino quam filiis eius Carolo et Carolomanno iureiurando supra Corpus Dionysii promisit, sed non solum ibi, verum etiam super corpus sancti Martini et sancti Germani simili sacramento fidem se praedictis dominis diebus vitae suae seruaturum, est pollicitus.* Idem dicit CHRON. REICHERSB. ad annum 756. Inde frequens locutio, *per manus regis homo factus est.* ANNALISTA SAXO ad annum 1003. de Bolislao: *in sancto die manibus applicatis miles regis efficitur, et post sacramenta, regi ad ecclesiam ornato incedenti, armiger habetur.*

t) Hasta insigne erat potestatis, ideoque magistratus imperium habentes hasta vtebantur. Hasta quoque tanquam

uestiebantur *u*), in cuius locum gladius

quam symbolum potestatis traditae adhibebatur. GREGORIVS TVRONENSIS de Guntramno rege Lib. VII. cap. XXXIII. *data in manus Childeberti hasta*, ait: *hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi. Et hoc nunc vade, et omnes ciuitates meas tanquam tuas proprias sub tui iuris dominationem suscipe.* In feudorum vero traditione hastam fuisse vsitatam, docet DITMARVS *Lib.* VI. inneunte: *ad Ratisbonam venit Henricus II. ibique regali habito placito, militi suimet, Generoque Henrico, XII. Calend. April. cum omnium laude praesentium, cum hasta signifera ducatum dedit*; et Lib. V. pag. 369. *signiferam lanceam, qua beneficium ducis idem acceperat a rege.*

u) Olim in symbolum potestatis reges et imperantes hastam vbique secum ferebant, hoc cum nimis molestum esset, parte solum superiori hastae sunt vsi, qui postea sceptri nomine venit. De eius vsu in feudis. Vid. c. G. HOFFMANN *de origine et iure sceptrorum* C. III. §. 8. Ill. BVDER *de feudis sceptri.* Singulare est, quod Ludouicus Bauarus Ludouicum filium suum an. 1328. de terris Brandenburgicis per sceptrum regale inuestiuit, sub vannulis et vexillis, vt est moris, apud LVDEWIG *reliqu.* Tom. II. pag. 275. Praefertim vero Italiae principes sceptro inuestiebantur, prout docet diploma inuestiturae, Castrucio de Lucensi ducatu factae, apud FREHERVM Tom. I. p. 665. *de praemissis, ducatu et vexilliferatu, per sceptrum, quod in manu tenemus, praesentialiter inuestimus et infeudamus.* In litteris inuestiturae Io. Francisci de Gontzaga, marchionis Mantuae, a Sigismundo imp. ann. 1433. factae, apud LÜNIGIVM *Cod. Ital. Diplom.* Tom. II. p. 34. dicitur: *sedentibus nobis in apparatu et ceremoniis imperialibus ac solennitate debita, in solio Caesareo, per Biretti, Mantelli et annuli impositionem et bandericorum concessionem, ac aliorum insignium collationem inuestimus.*

dius x), tanquam insigne potestatis successit. PRINCIPES ECCLESIASTICI, qui olim de munere ecclesiastico et terris ab imperatore per annulum et baculum inuestiebantur, post pactum inter Henricum V. imperatorem, et Calixtum II. pontificem, CIↃ CXXII. initum, munus per baculum et annulum a pontifice, regalia vero et terras ab imperatore sub nexu feudali, adhibito in inuestitura sceptri symbolo, accipiebant y). SECVLARES PRINCIPES posteaquam singulae Germaniae prouinciae, occasione expeditionum cruciatarum, sibi propria, quibus se inuicem distinxerunt, vexilla acceperunt z), per eorum solemnem

uestimus. G. S. TREVER *de inuestitura per sceptrum feudis ecclesiasticis et saecularibus communi.*

x) OTTO FRISINGENSIS Lib. II. cap. V. *Est consuetudo curiae, vt regna per* gladium, *prouinciae per* vexillum, *a principe tradantur vel recipiantur.*

y) Ill. BVDER differt. *de feudis sceptri.* Speculum Sueuicum Lib. I. Tit. XXXII. *Der Kayser soll leyhen allen geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter und allen weltlichen Fürsten mit der Fahne.* OTTO FRISINGENSIS Lib. VII. cap. XVI. Ipsum pactum inter Henricum V. et Calixtum initum, habet LÜNIG *corp. iur. feud.* Tom. I. num. 13. pag. 27. GVNTHERVS de episcopo Magdeburgico ab imp. creato v. 570.

Nec prius electum quenquam de iure sacrandum,
Quam sceptro *princeps regalia praestet eburno.*

z) I. I. CHIFFLETIVS *de lilio Francico* Cap. III. GVNDLING *de feudis vexilli* §. XXXIII. L. B. de LYNCKER *de vexillis.* Vexilla erant symbola potestatis

nem inuestiebantur traditionem *a*). Et inde orta distinctio in feuda vexillaria *Fahnen-*

statis et imperii, inde qui imperio gaudebant, vexillis vtebantur. Hinc principes et comites in nummis Germaniae, qui bracteati vocantur, equitantes cum vexillis apparent. SCHLEGEL *de nummis Isenacensibus* p. 7. HEINECCIVS *de sigillis*. Vexilla quoque in symbolum translati imperii tradebantur, prout docet exemplum Henrici Leonis, prouincias a fratre traditas accipientis mediantibus vexillis. OTTO FRISINGENSIS Lib. II. cap. XXXII. HIST. AVSTRALIS PLENIOR ad an. 1276. de Ottocaro *rege in castris regis Rom.* (Rudolphi) *cum XXXVI. vexillis ante V.ennam circa Danubium.* De Lothario imp. dicit AVCTOR HISTORIAE LANDGRAVIORVM cap. XVIII. *Qui imperator videns Ludouicum generum suum esse militem strenuum et potentem in Thuringia et Hassia, de consilio principum ipsum cum vexillorum festiua exhibitione, vt moris est, imperatoria largitate solenniter extulit.*

a) In littetis iuuestituraе Friderici III. imp. Wladislao regi 1477. concessis: *Wann nun, als wir in unser Kayserl. Maiestät gezieret gesessen seynd, vor uns kommen ist, der Durchleuchtige Wladislaus Kœnig zu Bœhmen, des heil. Rœm. Reichs Ertzschenck und Churfürst, etc. unser lieber Sohn und Oheim, mit seinen Panieren und Landen zuhœrende zu der Kron und dem Kœnigreich Bœhmen, gezieret mit seinem Churfürstlichen Kleide*, apud LONDORPIVM Tom. I. p. 775. In Maximiliani I. litteris inuestituraе Hassiacae de ann. 1495. in articulata deductione Hessen contra Waldeck in Beylagen pag. 41. *als wir in Vnser Kœn. Maiestät gezieret, und Vnser und des heiligen Reichs Churfürsten und Fürsten Geistlichen und weltlichen, so dazumal in eigner Person in ihren Churfürstlichen und Fürstlichen Zierungen und Bekleidungen bey uns gewesen, gesessen.* Idem dicitur apud LÜNIG *Spicil. eccles. Forts. des I. Theils*

pag

nen-Lehn et sceptri *Scepter-Lehn*. Conferebantur autem feuda vexillaria ab imperatore sub dio in solemni curia, qua imper. vestibus indutus augustalibus et imperiali corona ornatus, throno intidens, circumsedentibus electoribus et principibus, habitu ornatis electorali et principali, inuestituram principi, cum splendido equitum numero, et praelatis prouinciae seu prouinciarum, de quibus inuestitura fieri debebat, insignibus, thronum accedenti, ad eius petitionem redditis sibi oblatis prouinciarum vexillis, solemniter confert *b*).

§. CLXIII.

An episcoporum et comitum feuda sint vexilli.

Non vero duces solum, sed quoque Germaniae episcopi, qui ducatus et prouincias saeculares praeter terras possidebant ecclesiasticas, per vexilla inuestiebantur *c*). An

pag. 100. Talem solemnem inuestiturae ritum sigillatim describit NIC. MAMERANVS *de inuestitura regalium Mauritii.* Quomodo a Maximiliano I. anno 1495. principes in comitiis sint inuestiti, docet descriptio apud PERILL. a SENCKENBERG *Sammlung rarer Schrifften* P. I. p. 135.

b) exemplum vide in append. n. 42.

c) Quare Philippus Colonienſis a Friderico I. imper. de ducatu Westphaliae per vexilla fuit inuestitus, prout patet ex verbis diplomatis apud SCHATENIVM *annal. Paderborn. Lib. I. p.* 555. *Fridericus II. imper. confert Vdalrico Patauienſi episcopo feudum, quod tunc vexilli nomine Vanlehn appellatum, illustris quondam dux*

An vero comitum et dynastarum feuda sint vexillaria *Fahnen-Lehn*, magna inter ICtos est controuersia *d*). Adfirmantium argumenta ad tria redeunt capita *e*). *Primo* enim dicunt, vexilla symbola esse potestatis et imperii, comitibus vero nec potestatem nec imperium posse denegari. *Deinde*, exempla probare *f*), comites inuestituram

dux Bauariae ab imperio dignoscitur consecutus apud HVNDIVM *metropol. Salisburg. Tom. I. pag.* 254. Hinc etiam Maximilianus I. in comitiis Wormatiensibus anno 1495. Bertoldum Moguntinum et Hermannum Colonienſem per vexilla inuestiuit. HERTZOG *Elsass. Chronic.* Lib. II. pag. 153. A LVDEWIG ad A. B. Tom. II. p. 1186.

d) Adfirmatiuam tuetur sententiam GVNDLING in diss. *de feudis vexilli* §. XXII. XXIII. cui respondet GRIBNER in programm. de hac materia A. CIↃ IↃ CCXVII. publicato, cuius argumenta sub examen vocant GVNDLINGIANA P. XXVI. p. 62. Adde PISTORII *Anmerckungen des heiligen Rœmischen Reichs Graffen betreff.* P. II. p. 192.

e) Nouiter comitum iura defendit, *Beweiss, dass die Reichs-Lehnbare immediate Graff- und Herrschafften ohnzweiffelhaffte Fahnen- und Thron-Lehen seyn, mit unverwerflichen Archiv-Urkunden besonders in Ansehung der uralten Graffschafft Hohenlohe dargethan, Oehringen* 1743. *Select. iur. publ.* P. VIII. ill. MOSER *Staats-Recht* P. VIII. p. 88.

f) DITHMARVS MERSEBVRGENSIS edit. Leibnit. p. 396. *Gerardus comes Alsatiae, accepto a rege quodam comitatu praefati ducis, cum domum rediret iuxta vnam vrbium castra metatus est. A quo urbani pacem vix vnam noctem impetrantes egressi sunt dolose, quasi*

turam per vexillorum accepisse traditionem. *Tandem*, quoque experientiam docere, principibus comitatuum possessoribus in actu inuestiturae vexilla esse praelata *g*). Ast negantes respondent, aliud esse in imperii symbolum gerere vexilla, aliud de vexillis solemniter inuestiri, illud comitibus negari non posse, ast, quod solenniter cum vexillis sint inuestiti, probari non posse. *Deinde* quoque, non esse negandum, comitibus inuestituram accipientibus interdum tanquam symbolum imperii tradita esse vexilla, ast, quod solenniter ab imperatore, insidente throno et gerentibus archiofficia electoribus, hoc sit factum, plane probari non posse. *Tandem* verum esse, duces in inuestiturae actu comitatuum quoque vexilla accepisse, ast vexilla esse adhibita, quia pro more saeculi prin-

ad colloquium, sed reuera ad explorandum. Ex quibus vnus calliditate aeque ac velocitate saepe probatus propius accessit, signiferamque lanceam, qua beneficium ducis comes idem acceperat a rege, *coram tentorio eius affixam, eleuando circumspexit, ad vltimumque cum ea vrbem securus, cunctis in cassum pene sequentibus, intrauit.* Deinde prouocant ad exemplum Vlrici Frisiae comitis, qui tradito vexillo a legatis imper. in comitatum immissus. VB. EMMIVS *hist. Fris.*

g) Quod docet inuestitura Augusti elect. Saxoniae, cui vexilla comitatum Orlamunde, Brenne, Pleisse etc. sunt praelata. Vide actum inuestiturae ex ill. BVDERI *Samml. auserles. Schrifft.* infra in *apend. num.* XLII. adductum.

principes non nisi coram throno imperiali de comitatibus, tanquam ducatus accessoriis, essent inuestiti *h*). Nobis haec controuersia ad logomachiam redire videtur. Si enim sub feudis vexilli ea intelliguntur feuda, quorum inuestitura vexillorum traditione est facta, omnino verum est, comitum quoque feuda esse vexillaria. Si vero feuda vexillaria ea dicuntur, quorum inuestitura per solemnem vexilli traditionem, ab ipso imperatore throno insidente, et electoribus officia peragentibus, est facta; comitum feuda pro vexillaribus haberi minime poterunt. Nullum enim produci poterit exemplum, quo pateat, ipsum imperatorem throno insidentem, praesentibus et officia peragentibus electoribus, solemniter comitibus per vexilli traditionem feuda contulisse *i*), maxime, dum et hodierna

h) Principes comitatuum possessores tanquam principes inuestiebantur de comitatibus ab ipso imperatore. Sic *im Sachs. Land-Recht* lib. III. Art. 62. comitatus Ascanienfis refertur *zu den Fahnen-Lehnen*, quia eius possessor erat princeps ex stirpe electorali. Sic apud du FRESNE v. *inuestit. per vexilla.* Thomas comes Sabaudiae inuestitus dicitur cum tribus vexillis, quia comites Sabaudiae iam ante inter principes erant relati.

i) Hinc qui de comitiis antiquis scripserunt, plerumque inuestiturarum in illis factarum commemorant exempla. Inter haec exempla nullum fere inuenies, ex quo pateat, comites solemniter ab ipso imperatore ex solio imperii esse inuestitos. Euolue LVDEWIG *Erläuterung der güldenen Bulle*, tit. 29. §. 2. p. 118. PERILL. à SEN-

imperii praxis doceat, non ab ipso imperatore, sed a iudicio imperii aulico comites inuestiri. Et cum in legibus imperii *Fahnen-Lehn* dicantur, quae solemni traditione vexillorum ab ipso conferuntur imperatore, eique soli sunt reseruata, putarem, comites ex mente legum imperii feuda non habere vexillaria. Inde imperii quoque comites ad inuestituram, a vicariis imperii ex mente aureae bullae tempore interregni petendam, omnino obligantur *k*).

§. CLXIIII.

SENCKENBERG *Sammlung rarer Schriften.* P. I. p. 134. Adde textus IVR. PROV. SAX. lib. III. Art. 52. I. F. SAX. Art. 72. Sic quoque argumentum de minus solemni comitum inuestitura desumi potest ex tit. 29. §. 2. A. B. quo principes hereditariis imperii officiis taxam praestare iubentur, quod onus imperii comitibus non est impositum, claro testimonio, quod in eorum inuestituris officia hereditaria non sint adhibita.

k) In legibus imper. *Fahnen-Lehen* ea dicuntur, quae solemniter conferuntur, quaeue imperatori ita sunt reseruata, vt de iis solus inuestiat. In *ordin. Regim.* Wormatiensi A. 1521. §. 4. *Und behalten uns bevor die Belehnung der Lehen und Regalien derienigen, so sie unter den Fahnen œffentlich mit Solennitaten pflegen zu empfahen, zu verleyhen.* In A. B. cap. V. dicitur: *cum potestate inuestiendi de feudis, iuramenta fidelitatis, vice et nomine sacri imperii, recipiendi, quae tamen per regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innouari, et de nouo sibi iuramenta ipsa praestari debebant, feudis principum duntaxat exceptis et illis, quae* Vanlehn *vulgariter appellantur, quorum inuestituram et collationem soli imperatori, vel regi Romanorum,*

§. CLXIIII.

Succeſſu temporis ſolemnis principum inueſtitura, ſub dio per vexillorum tradi-tionem facta, ab vſu receſſit, et Auguſtus Saxoniae elector vltimus fuit, qui ritu hoc-ce ſolemni decem traditis vexillis in comi-tiis Auguſtanis cIↃ IↃ LXVI. fuit inueſtitus *l*).

In deſue-tud. abiit inueſtit. per vexilla.

norum, ſpecialiter reſeruamus. In vtroque textu *Fahnen-Lehen* dicuntur, quorum ſoli imperatori reſeruata eſt inueſtitura, et forſan eorum collatio ſoli reſeruata eſt imperatori, quia nec vicariis imperii, nec alii cuicunque principi throno imperiali in ſolemni curia cum maieſtatis ornamentis inſidere conuenit, imo quia iis electores officia non praeſtant, in ſolemni inueſtitura praeſtanda. Inde quoque capitul. nouiſſima Art. XI. §. 7. *Vanlehn* interpretatur, quod ſint feuda ab imperatore coram throno ſuſcipienda: *Welche Meynung es auch haben ſoll mit denenjenigen Lehnen, welche die ReichsVicarien in Krafft der güldenen Bulle (als worinnen die von uns* coram throno *zu empfangende Leben allein ausgenommen ſind) verleihen kœnnen.* Quis vero vnquam dixit, imperii comites ab ipſo imperatore in ſolemni curia et electoribus officia peragentibus eſſe inueſtitos? Quis vnquam credidit, comitum feuda imperatori ita eſſe reſeruata, vt ſolus de iis collationem habeat? Imo, omnes imperii comitatus et dynaſtiae non coram throno, ſed a iudicio aulico in feudum conceduntur. Et hinc ex mente A. B. legum imperii et capit. nouiſſimae, comitum feuda non ſunt *Fahnen-Lehen.*

l) BVDER *Sammlung auserleſener Schrifften* p. 73. Caeterum alii vltimam inueſtituram ſolemniter factam credunt illam Maximiliani I. Bauariae electoris, qui 1623. a Ferdinando II. in comitiis Ratisbonenſibus inueſtiteus. ADLZREITER *Annal. Boi.* P. III. lib. VIII. n. 14. Lü-

Cur vero inuestitura per vexilla in desuetudinem abierit, variae sunt causae, ex quibus forsan praecipuae sunt, 1) vt nimiis, qui insumendi erant, sumtibus parceretur, et 2) ne ipsi praesentes inuestituram accipere cogerentur principes.

§. CLXV.

Ritus in inuestitura de feudis throni vsitati.

Hodie de feudis imperii vel ipse imperator vel iudicium imperii aulicum inuestit. Ab ipso imperatore inuestituram accipiunt electores et principes, tam saeculares quam ecclesiastici, quorum proinde feuda, quia ab imperatore throno insidente conferuntur, dicuntur *Thron-Lehn.* Et licet olim episcoporum feuda per sceptrum, principum vero saecularium per vexilla (§. 162.) sint concessa, hodie tamen haec differentia non obseruatur, dum vtrique vno eodemque inuestiuntur ritu in imperatoris camera. De vtrisque obseruanda sequentia:

I. Petenda est intra tempus legitimum inuestitura. Petitio iudicio aulico est insinuanda, cui addantur 1) vltimae inuestiturarum litterae, vel in originali, vel in

14. LÜNIG *Reichs-Archiv* P. Gen. Ap. p. 117. Aft nec sub dio, nec per solemnem vexillorum traditionem, haecce facta est inuestitura.

in copia a cancellaria iudicii cameralis seu aulici vidimata, 2) documentum, ex quo de anno, mense et die mortis vltimi possessoris clare constet, et 3) in feudis ecclesiasticis documentum electionis et bulla pontificis seu episcopi de impetrata confirmatione siue in originali, siue vidimata copia *m*).

II. Aut principes in propria persona inuestituram accipiunt, aut ad eam impetrandam legatos mittunt, vnum vel plures. Nec sufficit ad inuestituram feudi regalis ordinarius agens, sed singularis requiritur ablegatus *n*), isque ex nobilium ordine, cui tamen alii inferioris ordinis iungi queunt *o*).

III. Ablegatus, vt iuribus fruatur legati, credentiales habeat litteras, et praeter has mandato ad inuestituram accipiendam et iuramentum praestandum sit instructus *p*). Mandatum vero praeter ordinaria requisita contineat 1) nomen imperatoris integro adiecto titulo, 2) causam

m) VFFENBACH *de consil. caesar. imper. aulico*, Cap. XI. p. 121.

n) VFFENBACH *de iudic. aul.* cap. IX. §. XXI.

o) Vide mandatum imper. apud LÜNIG *corp. iur. feud.* P. I. p. 78. n. 41.

p) Formulas vide in app. n. 2. 3. 4. 5.

ſam ſucceſſionis, 3) clauſulam de iurando in animam principalis *q*).

IIII. Examinata a iudicio imperii aulico petitione, deſuperque dato ad imperatorem voto *ein Reichs-Hofraths-Gutachten*, horam diemque, qua inueſtitura fieri debet, iuſſu imperatoris aulae imper. magiſter ſupremus ſeu imperii vicecancellarius per miniſtrum aulae *den Hoff-Fourier* legatis nominat.

V. Hi ſolemni conductu ad imperatoris burgum, eiusque interiorem vehunt aream, nihilque intereſt, ſiue electorum ſiue principum ſint legati.

VI. Legati euntes ad primam imperator. anticameram, vlteriora expectant mandata. His per ſupremum acceptis camerarium, in interiorem anticameram, in qua throno imperator inſidet inſtructo, intrant et binis vicibus flexis genibus tandem thronum accedentes in gradu eius inferiori procumbunt *r*) et primus ex iis ab imperatore, cui adſtant imperii vicecancellarius et imperii ſubofficiales

q) VEEENBACH l. c. p. 122.

r) An gladio accincti coram throno in actu inueſtiturae comparere queant legati, vide apud MOSER *kleine Schrifften* P. VI. p. 419.

les atque imperialis aulae proceres, inueſtituram petit et principalis ſui abſentiam excuſat, ab hac tamen excuſatione reges et electores Saxoniae ac Bauariae ſunt immunes.

VII. Peracta petitione imperator ad thronum imperii vocat vicecancellarium, qui flexis genibus ad reſpondendum mandata accipit, quae rurſus legatis exponit.

VIII. Legati ad thronum adſcenſi, poſtquam tacto digitis euangelio, quod caeſar ſuis cruribus ſuſtentat, iuramentum fidelitatis, a vicecancellario praelectum, in principalis ſui animam praeſtiterunt, gladium a Marreſchallo caeſari porrectum, adprehendunt, et extremum eius conum exoſculantur.

VIIII. Peractis his pro inueſtitura legati gratias agunt, et eodem modo, quo intrarunt, recedunt *s*).

s) Vberius ritum vide deſcriptum apud LÜNIG *corp. iur. feud.* T. I. p. 92. ſqq. MVLLER *Staats-Cabinet* P. II. C. V. p. 100. ITTER *de feudis imperii Cap.* IX. §. XXXIV. Solemnem inueſtiturae actum Erneſti Auguſti, primi Brunſuicenſis electoris, deſcribit LVNIG *P. Gen.* P. II. p. 121. Georgii II. Brunſuicenſis d. 12. Aprilis 1710. LÜNIG *P. Gen. Cont. App.* p. 582. Friderici Auguſti Saxoniae electoris THVCELIVS Tom. IV. p. 711. Solemnia inueſtiturae Maximil. I. elect. Baua-

§. CLXVI.

Iudicium aul. inuest. A iudicio imperii aulico inuestiuntur praelati, comites, nobiles et reliqui omnes, qui praeter electores et principes ab imperat. et imperio feuda tenent. Inuestitura fit praesentibus consiliariis Imperii aulicis a praeside, absque vllis solemnibus, nec petitio solemnis nec symbola adhibentur, sed solum iuramentum praestatur *t*). Principes Italiae ratione feudorum minorum a praeside iudicii aulici sedente genibus procumbentes inuestiuntur *u*). Fit autem inuestitura nomine imperii, id quod indicant verba vasallagii: *dem Heil. Reich und dessen Haupt getreu, hold und gehorsam zu seyn.* Quare etiam dicuntur feuda imperii *Reichs-Lehen x*).

§. CLXVII.

Symbola in feudis prouinc. adhibita. Episcopi et principes saeculares suos rursus vasallos inuestiebant, et adhuc hodie de quibusdam inuestiunt feudis. Horum tamen inuestituram olim facere non poterant, nisi acceptis prius ab imperat. regalibus *y*). Erant

Bauariae in comitiis Ratisbon. anno 1623. factae, vide apud LÜNIG R. A. P. Gen. app. p. 117.

t) Vide LÜNIG *corp. iur. feud.* P. I. p. 106.

u) VFFENBACH *de iudicio aul.* Cap. XI. p. 121.

x) *Capitul. Nou.* Art. XI.

y) Patet hoc ex AVTORE VET. *de beneficiis, ſpho LXIII. Beneficium antequam dominus ſuſceperit, homini quomodo*

Erant autem feuda huiusmodi mediata vel *maiora*, de quibus certus vasallorum numerus praestabatur, vel *minora*, de quibus solus seruiebat vasallus. Maiora itidem a ducibus per *vexilla* tredebantur, prout exemplo Tassilonis et Guelphi patet, qui tali modo feuda contulerunt z). In feudis minoribus pro diuersitate rerum in feudum con-

do illud concedere poterit? IVS FEVD. SAX. cap. XXV. *dann es kan kein Herr ehe Gut leyhen, er habe dann sein selbst Gut empfangen.* Exemplum huc faciens exhibet OTTO FRISINGENSIS lib. II. c. XXVIII. *impetitur ibi Hardeuicus, qui nouiter per electionem cleri et populi, et metropolitani sui consecrationem, Pontificatum eiusdem ciuitatis acceperat. Regalia siquidem, quae iuxta rationes curiae, nulli episcoporum militi, antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet, ipse huius rei nescius, impraemeditate, morante adhuc in Italia principe, tradiderat, ob ea in causam positus, tum et factum inficiari, qualitatemque facti defendere nequit, compositionis incurrit nexum, caeteri quoque, qui ab eo susceperunt, quique iuxta suam conditionem et sortem, in plus minusue consimili poena damnantur.*

z) MONACHVS WEINGARTENSIS *de Guelphis* Cap. XIII. de Guelpho, Bauariae duce; *ibi Baronibus terrae illius VII. Comitatus cum tot vexillis dedit.* GVNDLINGIVS etiam *de feudis vexilli* p. 79. adducit diploma, quo Rudolphus comes Palatinus anno 1298. Henrico seniori et Henrico filio eius de Plauen, confert clipeum et Bannerium siue vexillum, quod idem GVNDLINGIVS equidem de feudo, sub vicariatu concesso, intelligit, verum vicarii titulum ibidem haud gerit, et memorantur saltim deuota seruitia, quae progenitoribus ipsius exhibuerint.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0205
DFG

conceſſarum varia ſigna et ſymbola adhibebantur, vtpote inueſtitura fiebat per *canum venaticorum adprehenſionem*, ratione iuris venandi *a*), per *ramum et cespitem*, ſiue per *herbam* et *terram*, per *ramum* et *gvaſſum b*), per *funes* et *chordas campanarum c*), *per biretum d*), *per digitum*, ſiue litteras digitis ſcriptas *e*), *per ſpeculum f*).

§. CLXVIII.

a) DV FRESNE ex tabulario Caſaurienſi anno 1140. *reinueſtiuit S. Clementis eccleſiae ipſemet Timo apprehenſione canum venaticorum, quos educebat venatu, in loco, qui Caſianum vocatur, de praefata eccleſia S. Nicolai.* Idem obſeruabatur ritus in inueſtitura Marchionum Miſniae a Carolo IV. imp. CIↃ CCCLVI. facta de munere *eines Reichs-Jæger-Meiſters.* LÜNIG *Reichs-Archiv* P. Spec. cont. IV. Sect. II. p. 246.

b) Vide DV FRESNE voce *inueſtitura.* Vberius patet hoc ex diplomate Hugonis marchionis apud FERDINANDVM VGHELLVM *Italia ſacra Tom.* II. *pag.* 51. *de omnibus, quae ſupra leguntur, facio veſtituram, et traditionem et per cultellum, ſiſtucam nudatam, et Wantonem terrae, atque ramos arboris me exinde foris expuli.*

c) Vide DV FRESNE voce *inueſtitura per funes.* MABILLONIVS *Tom. V. Ann. Ord. S. Benedicti in Append. num.* 12. *pag.* 691. *Cum bereta, quam in ſua tenebat manu, inueſtiuit dominum Bonifacium marchionem Montesferrati de ſuo recto feudo.*

d) IVS FEVDALE SAXONICVM *cap.* XXVIII. §. 4. *bona vaſalli, ſi conferat alteri dominus digito vel lingua, ſibi promittat eadem tutari.*

f) Plura, quae huc faciunt, exempla exhibet ILL. BVDER in egregiis, quibus vtile dulci miſcuit, *amoenitatibus iur. feud.* p. 117. Ex quibus duo hic addere licebit exempla. Petrus Erneſtus Mansfeld. comes ab electore

§. CLXVIII.

Variae curiarum consuetudines circa inuestit.

Hodie variae sunt diuersarum feudalium curiarum circa inuestituram consuetudines. Quaedam symbolis adhuc vtuntur, aliae adhibent nulla *g*). In terris electoralibus Saxoniae nulla in vsu sunt symbola *h*). In ducalibus vero Saxoniae prouinciis adhiberi solet *eine Lehns-Binde*, quam vna cum consiliariis domini tenet vasallus *i*). De feudis Brunsuicensibus, praesertim Guelferbytanis, refert LEYSERVS *k*) *in regi-*

electore Saxoniae inuestitus per osculum, quod et factum in inuestitura Christophori com. Mansf. 1559. V. *Gründliche Beantwortung derjenigen Schrifft, welche unter dem Titul: unumstœsliches Vormundschaffts-Recht etc. publiciret, Beylag.* 197. 199. Imo et feminas per osculum inuestitas esse, docet inuestitura, quam Eberhardi de Breuberg filiae et vidua ab imp. Ludouico IV. R. R. obtinuerunt. In litteris enim, quas exhibet G. C. IOANNIS *Spicil.* p. 409. haecce sunt verba: *has praefatas Mechtildim matrem nec non Elisabetham et Luckardim filias recepto ab eis et earum singulis* OSCVLO, *prout in talibus de iure et consuetudine fieri consueuit, de dote et donatione huiusmodi inuestiuimus.*

g) Sunt, qui inuestituram absque symbolis factam, ius in re non operari, credunt, quorum tamen errorem monstrauit Dn. PVFFENDORFF *obseru. vniuers. iur.* T. I. obs. 2. 3.

h) HORN *iurispr. feud.* Ap. I. p. 13.

i) De vsu *der Lehns-Binde* egit MÜLLER *Staats-Cabinet* P. IV. c. II. §. XIX.

k) In diss. *de feudis Brunsuico-Luneburgicis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0207
DFG

regimine duc. Brunſuic. Guelpherbyt. adhiberi ſolitum eſt vexillum, die Hof-Fahne, quod durante actu inueſtiturae duo nobiles tenent iuuenes, et vaſallus, digitis illi impoſitis, iuramentum fidelitatis praeſtare tenetur. Idem ritus quoque obſeruatus fuit in nouiſſima commiſſarii regis Daniae inueſtitura de territorio, quod vulgo dicitur: das Stadt- und Budtiadinger Land. In vſu quoque eſt inueſtitura per pileum *l*), imo quoque exempla inueſtiturae per biretum *m*), et gladium

l) Sic 1690. Brandenburgici in comitiis legati Hohenzolleranum principem de officio heredit. camerarii imp. inueſtiebant, et in ſolemnibus, quorum deſcriptionem exhibet CEL. MOSER *Staats-Recht* P. VI. p. 128. haecce leguntur: *darauf* (peracto ſc. iuramento) *wurde von den beeden Geſandten der auf dem Tiſche liegende mit Kleinodien gezierte Hut dem Bevollmächtigten mit dieſen Worten zu berühren gereihet: Solchemnach und in Krafft dieſes reichen und leihen wir etc.*

m) De inueſtitura, quam legatus Brunſuico Luneburgicus in curia Corbeienſi obtinuit, ipſe ſcribit in narratione apud LÜNIG C. I. F. G. Tom. I. p. 1943. *hervor vor den Herrn Abt trat, welcher hierauf aus einem in roth Saffian gebundenen und reichlich vergüldeten Buch ableſend, mit allen in dem Lehn-Brieff benannten Gütern und Rechten Ew. Durchl. als den älteſten - - - im Nahmen der hochheiligen Dreyfaltigkeit, bey welchen Worten er ſein auf dem Altar neben ſich ſtehendes ſchwartz Sammet Abt-Biret mir über dem Haupte, daſs daſſelbe davon kaum berührt wurde, hielte, und folglich neben ſich auf das Altar ſetzte, in meiner wenigen Perſon aufs neue beliehen haben wollte.*

dium *n*) factae extant varia. In curia Fuldensi adhibetur sceptrum *o*).

§. CLXVIIII.

Conferuntur feuda prouincialia a praeside curiae feudalis, quae tamen in pleriscque prouinciis ex iisdem, quibus regimen, personis constat. Vt vero vasallus inuestituram consequatur, ea intra tempus petenda est legitimum *p*), et in petitae testimonium inuestiturae accipit breue testatum, *einen Muthschein*. Deinde vasallo dicitur terminus, quo, praeside curiae feudalis seu cancellario plerumque dirigente, praesentibus consiliariis, vasallus iuramentum fidelitatis a secretario praelectum, praestat, eoque praestito symbola, si quae adhuc sunt vsitata, adprehendit, v. c. vexillum, pileum, *die Lehns-Binde*, et praeses eum inuestit *q*). De hoc actu iterum breue dari solet attestatum *ein Lehn-Schein r*), quod tamen non vbique fit. *Feuda prou. quomodo conferantur?*

§. CLXX.

n) Exempla vide in saepe laudatis BVDERI *amoen. iur. feud.* n. 17. p. 113. adde HEVMANN *de inuestitura per gladium* in opusc. p. 708.

o) SCHANNAT P. II. *s.* 2. p. 35.

p) formula in app. nr. 26.

q) vide app. n. 22.

r) formula app. n. 29.

§. CLXX.

Iure Longobard. fieri potest per procuratorem inuest.

Inuestitura est dominii translatio iudicialis (§. 115.). Transfert vero dominium, vel ipse dominus, vel ex eius mandato procurator, imo illud quoque per procuratorem adquiritur. Hinc iure Longobardico inuestitura per domini procuratorem concedi, et per vasalli procuratorem impetrari potest. Probant haec clara legum verba *s*): *Vtrum ipse vel alius pro te inuestituram faciat vel suscipiat, nihil interesse putamus. Potest enim hoc negotium et per procuratorem ab vtraque parte expediri.*

§. CLXXI.

Feuda imp. quatenus per procur. conferantur.

Iure Germanico distinguendum est inter eum, qui inuestituram confert, et eum, qui illam accipit. Intuitu conferentis feuda sunt vel mediata, vel immediata. Feuda immediata, quae non sunt *Thron-Lehen*, conferuntur per procuratorem, prout experientia probat quotidiana. Sic de feudis praelatorum, et nobilium imp. non ipse imperator, sed eius nomine iudicium imperii aulicum inuestit *t*) (§. 166). Varia quoque exstant exempla, quae docent, imperatores inuestiendi facultatem aliis quan-

s) Textus II. F. 3. c. sed vtrum.

t) VFFENBACH *de iudicio aul.* Cap. XI. pag. 113. ITTER Cap. IX. §. 36.

quandoque per priuilegium *u*) indulsisse. Alia vero ratio est feudorum, quae *Thron-Lehn* vocantur. Haec enim, ne per procuratorem conferantur, iure exigunt principes, quippe qui longa consuetudine nancce prae comitibus obtinuerunt praerogatiuam, vt coram throno ab ipso inuestirentur imperatore, quam iis imperator inuitis

u) Hinc Fridericus I. imp. concessit Henrico, Saxoniae duci, facultatem inuestiendi tres episcopos, Aldenburgensem, Mecklenburgensem, et Ratzeburgensem, prout ipsae tabulae caesareae testantur apud MADERVM *antiquit. Brunsuic. p.* 121. *sqq.* in quibus: *ipsi et omnibus sibi in hac prouincia successuris concedimus inuestituram trium episcopatuum Aldenburc, Michlinburc, Ratzeburc: vt, quicunque in locum episcoporum ibidem subrogandi sunt, a manu ipsius, quod regii iuris est, recipiant.* Eadem habent CHRON. MONTIS SERENI ad an. 1159. HELMOLDVS Lib. I. c. LXXXVI. MAXIMILIANVS I. imp. archiepiscopo Treurienſi nomine caesaris et imperii concessit abbatem monasterii imperialis S. Maximini de regalibus aliisque iuribus, quae ab imp. tenet, inuestiendi, prout vberius demonstrauit NIC. ZYLLESIVS P. II. *defens. Abbatiae S. Maximini* Cap. I. p. 112. et Part. III. n. 51. seqq. Sic etiam Ludouicus Bauarus imp. dum Castrucium ducem Luccensem Vicarium constitueret Italiae, ipsi facultatem concedit: *feuda antiqua et noua, et recta, et regalia conferendi, et infeudandi vasallos imperii de feudis, quae vel manu, vel ore, aut quocunque alio modo fuerint conferenda et recipiendum a vasallis imp. fidelitatis et homagii sacramenta*, apud FREHERVM.

tis adimere, et per procuratorem inueſtire nequit x).

§. CLXXII.

Quandoque conſtituitur prodominus ein Lehn-Geber.

Feuda prouincialia plerumque per procuratorem conferuntur, et inde quibusdam in locis conſtitutus eſt *praepoſitus feudorum*, *prodominus* y), *procurator generalis*, *director rerum feudalium*, qualis Herbipoli et Baruthi reperitur. Marchiones Brandenburgici conſtituunt illuſtrem perſonam ſummum rerum feudalium praefectum, *einen Lehn-Probſt*, ſiue *Gewalthaber*, qui curiae feudali ſereniſſimorum marchionum in Auſtria praeeſt, quiue feuda vaſallis Brandenburgicis vicario nomine confert z).

§. CLXXIII.

x) Diſſentit ITTER *de feudis imperii* Cap. IX. §. XII. ERICVS MAVRITIVS dec. VIII. *poſit. iur. feud.* 10. Prouocant ad Rec. imp. Wormat. de Anno 1521. §. 5. ibi: *Alsdann ſollen und wollen wir hieraus Befehl thun, von unſer ſtatt, ſolch Regalien wie ſich gebühret zu verleyhen.* Aſt conſenſu ſtatuum factum eſt hocce imperii concluſum, quibus intererat, abſente imperatore ſe de feudis inueſtiri. Conſenſu vero ſtatuum, quorum intereſt, imperatorem de feudis per procuratorem poſſe inueſtire, nemo dubitabit.

y) vide IO. SAM. STRYCK diſſ. *de prodomino feudi directo* Cap. I. §. 4.

z) Vide B. G. STRVVII diſſert. *de dominio dir. in alieno territorio* auctore HOEFFLIÇH conſcriptum P. II. §. 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0212
DFG

§. CLXXIII.

Iure Longobardico inuestitura impetrari potest per procuratorem (§. 170.). Germani vero distinguebant inter inuestituram, quae fit interueniente iuramenti praestatione, et illam, qua absque iuramento saltim manu stipulata fides promittitur. Hic comparitionem vasalli personalem desiderasse Germanos, vix poterit probari. Ast illic raro, et non nisi ex singulari domini gratia ob impedimenta vasalli legitima procurator est admissus *a*). Sicuti enim Germani iuramentis procuratoriis exiguum tribuebant valorem, et adhuc hodie in variis iudiciis procuratorem iurare non permittunt *b*), ita quoque ad iuramentum fidelitatis procuratorem raro admiserunt. Sic vasalli sibi tanquam singulare priuilegium a dominis suis stipulabantur, ne in persona inuestituram accipere obligarentur *c*), quo pri-

Iure Germ. inuestitura regulariter non fit procuratori.

M 2

a) KOPP *Proben des teutschen Lehn-Rechts* P. I. p. 129. GVNDLING *de feudis vexilli* pag. 69. PERILL. a SENCKENBERG *prodr. iur. feud.* app. IV. ad n. 15. obs. 1. p. 154.

b) GVNDLINGIANA P. IV. n. 10. 3. p. 365.

c) Sic electoralis linea Brandenburgica tanquam singulare priuilegium a corona Bohemica obtinuit, ne de suis feudis in persona inuestituram accipere teneatur, quod priuilegium sibi renouari sollicite curarunt Electores, prout testantur litterae, quas exhibet LVNIG *Corp. Iur. Feud.* P. II. p. 42. Inde IOACHIMVS Elector anno CIↃ IↃ XXXVIII. inuestituram personaliter accipiens

priuilegio opus non fuisset, si per procuratorem inuestituram impetrare fuisset permissum. Inde est, quod vasalli, qui grauibus ex causis impediti inuestituram in propria persona accipere non poterant, a domino impetrarent, vt vicino cuidam inuestiturae actum committeret *d*). Imo licet inuestitura legitimis ex causis procuratori esset facta, illa tamen cessantibus postea

piens reuersales desiderauit, ne vnquam huncce actum in praeiudicium allegarent Bohemi. LVNIG *loc. cit.* p. 38. Plura exempla vide apud KOPP *Proben des teutschen Lehn-Rechts* P. I. p. 130.

d) Patet hoc ex litteris inuestiturae Ludouici Bauari imp. Ioanni Cliuensi anno 1347. factae, ibi: *tibi feuda, ex causis et rationibus praemissis, per nobilem virum Theodoricum comitem Losensem, fidelem nostrum dilectum ex nostra imperiali clementia duximus transmittenda, dantes et concedentes eidem comiti plenam et liberam potestatem, vt tibi eadem feuda nostro nomine et vice conferat, et te de iisdem inuestire valeat pleno iure.* Apud DITHMARVM *Codice diplom.* n. XLIX. Et in litteris inuestiturae Caroli IV. imper. de anno 1399. apud EVNDEM n. L. *tibi comitatum Cliuensem, et alia quaeuis pheuda absenti tanquam praesenti, per honorabilem Wilhelmum Sulztiens. ecclesiae deuotum nostrum dilectum duximus transmittenda.* Sic Fridericus III. An. 1477. inuestit Philippum iuniorem Hannouiae comitem *mit dem Viertel an Prauheim*, et in litteris est formula: *Der vorgenannte Gr. Philipp soll auch darauf von solcher Lehn wegen an unserer statt und in unsern Nahmen hiezwischen und St. Jacobi Tag schierst künfftig den Ehrwürdigen Johannsen Abt des Gottes-Hauses Fulda unsern lieben andächtigen gewehnliche

ea impedimentis erat renouanda *e*). Hinc in iure feudali Alemannico dicitur *f*): *Noch*

liche Geliebd und Eyd thun uns und dem Heil. Reich davon getreu, gehorsam und gewärtig zu seyn. Simili modo idem Fridericus eundem 1483. inuestit *mit dem Gericht zu Fechheim*, et in litteris haec sunt: *der vorgenannt Gr. Philipps von Hanau soll auch drauf zwischen dato und dies Brieffs und Sonntag Lætare zu halb Fasten schierst künfftig den Edlen unsern und des Reichs lieben getreuen Iohann Gr. zu Nassau an unser Statt und in unsern Nahmen gewöhnlich Geliebd und Eyd thun etc.* similis formula vna cum aliis occurrit *in der Hanau-Münzenbergischen Landes-Beschreibung* docum. n. 46. 47. 48.

e) Sic Adolphus Imper. Wenceslai Bohemiae Regis inuestituram concessit procuratori, ast in litteris inuestiturae apud GVNDLING de *feudis vexilli* p. 70. dicitur: *ob insignia meritorum gloriosa suis cupientes parcere laboribus et expensis omnia feuda per nobilem virum Robinum de Fouerna affinem nostrum exhibitorem praesentium ex speciali gratia nostrae regiae maiestatis quanquam absenti duximus porrigenda. Volumus tamen et annectimus hanc formam, vt Rex illustris iam praedictus, cum commode praesentiam nostri habere poterit personalem, personaliter nos accedat, iura suorum feudorum, prout mos expostulat, accepturus.* Sigismundus imperator Annae, abbatissae Quedlinburgensis, procuratori inuestituram concedit, ast in litteris, quas habet KETTNER *antiquit. Quedl.* pag. 495. dicitur: *Volumus tamen, vt quam primum praesentiam nostram te visitare contingeret, ecclesiae tuae praedicta regalia de manibus nostris caesareis corporaliter suscipias et praestes, vt moris est, fidelitatis et homagii solitum sacramentum.*

f) Capite XXXXIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0215
DFG

des Vaters Tode kumt der Sun iner Vorn und Tage zu ſeine Herren, und büttet ime, ſine Mannſchafft mit geſamten Henden und gang ihme alſo nahe ob er ſtat da er in gereichen mæge. Conſentit ius Saxonicum feudale *g*). Hodie in plerisque curiis feudalibus procuratores ad iurandum admittuntur. Aſt cum antiquae Germanorum conſuetudines non abrogatae, ſed validae potius praeſumantur, ſatis patet, exigente domino, vt in perſona iuramentum praeſtetur, vaſallum perſonalem declinare non poſſe comparitionem, niſi probet, antiquos Germanorum mores, quoad perſonalem comparitionem, curiae conſuetudine eſſe abrogatos. Hinc imperator in feudis imperii exigit, vt principes ſaeculares aeque ac eccleſiaſtici per procuratores inueſtituram accipientes, abſentiam excuſent *h*) (§. 165. VI.). In Saxonia electorali inueſtiendus, etiam ſimultanee ſaltim, ſi non antea per vaſallagium fuerit obligatus, licet etiam perſona illuſtris ſit, ipſe adeſſe debet, nec facile, niſi grauiſſimas ob cauſas procurator admittitur, qui in conſtituentis animam iuret. Quod ſi autem inueſtiendus iam antea iurauit, procurator admittitur,

g) IVS FEVD. SAX. cap. XXII.

h) Illuſtretur exemplo Ottocari Bohemiae Regis Rudolpho Habspurgico perſonalem comparitionem denegantis.

tur, qui nullum praestat iuramentum, sed manu saltim stipulata fidei promissionem repetit *i*). De curia Fuldensi idem adserit SCHANNAT *k*). Iure Mecklenburgico ex legitimis causis impetrato consensu domini inuestitura per procuratorem accipi potest, regulariter vero procurator non admittitur *l*). Apud Gallos vasalli ad iuramentum in persona praestandum obliganturm).

§. CLXXIIII.

Interdum tamen per procurator. est praestandum.

Interim non desunt casus, quibus non aliter, quam per procuratorem vasallagium potest praestari. Sic primo vniuersitates et collegia aliter non, quam per procuratorem iurant fidelitatem, dum constituere teneantur, qui in suam animam iuret, *einen Lehn-Træger* (§.64.), quo defuncto, renouatio est petenda *n*). *Deinde* feminae, quae in curia domini stare ius habent nullum, per procuratorem iuramenta praestant-

i) HORN Cap. XII. §. XXIII.

k) *Clientela Fuldensi* Part. II. cap. II. §. 3. 4. p. 35.

l) IVS FEVD. MEGAP. lit. 3. Artic. 3.

m) De quo P. DANIEL *hist. de France* T. II. p. 411. Hinc Philippus Valesius Eduardum III. Angliae regem obligabat, vt in propria persona vasallagium praestaret. C. L. p. 445.

n) G. A. STRVV *Syntagm.* Cap. VIII. Aph. VII. n. 6. HORN Cap. XIII. §. 12.

ſtant fidelitatis *o*). *Porro* impuberes atque minores, dum ad iuramentum ſint inhabiles, horum loco curator in ipſorum, vel etiam in feudis imperii, in ſuam animam iurat, ita tamen, vt ipſe fidelitatem facere non cogatur, donec venerit ad maiorem aetatem, *bis zur Lehns - Mündigkeit p*).

§. CLXXV.

Fieri debet inueſtitura coram paribus curiae.

Inueſtitura fit coram iudicio feudali (§. 115.), hoc olim pares curiae cum domino conſtituebant. Ergo coram paribus curiae, ſaltim duobus, fieri debet inueſtitura *q*). Pares curiae in iudicio feudali ſunt inſtar ſcabinorum, et inde non ſolum teſtimonii cauſa, ſed praeſertim pro forma iudicii requiruntur feudalis. Ex quibus ſimul patet, cur, licet extranei adſint teſtes, hi tamen non admittantur *r*), niſi 1) dominus pares non habeat, aut habere non

o) HORN Cap. XIII. §. 10.

p) II. F. 26. *c. ſi minori.* Adde KOPP *Lehn-Proben* P. I. p. 135.

q) I. F. 26. *Teſtes vero ſint pares eius, et qui ſub eodem domino feudum tenent.*

r) II. F. 2. *quae ſiquidem ab illo fiat, qui alios habet vaſallos, ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet, alioqui licet alii interſint teſtes, inueſtitura minime valeat.* Et paulo poſt *a tribus vel duobus paribus confirmatum* II. F. 32. 33. 58. *c. quod alior.* II. F. 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0218
DFG

non possit *s*), 2) inuestitura de feudo sit antiquo *t*). Hodie iudicium feudale in plerisque Germaniae prouinciis ex consiliariis constat domini, ideoque, vt hi actui inuestiturae intersint, requiritur. Inde quoque Ittteris inuestiturae inseri solet: *darbey seynd gewesen die Vest- und Hochgelahrte Rathe und liebe Getreue N. N. und andere mehr der unsern genugsam Glaubwürdige.*

§. CLXXVI.

Tempus petendae de feudis nouis inuestiturae, iure Longobardico determinatum haud est, ideoque illa pro domini et vasalli arbitrio suscipi poterit, nec vasallus dominum contemnere videtur, dum nondum sit vasallus. Quod si tamen de hoc a domino ter fuerit admonitus, et non compareat, ius suum amittit *u*). Quod si vero dominus inuestituram differat, inuestiendus illam a domino vrgere poterit *x*). *Tempus petendae inuestiturae nouae.*

s) I. F. 26. II. F. 2. 32. 33. 58. CHRISTINAEVS Vol. VI. dec. XI. num. 1. DARPAEVS *praeiud.* X.

t) II. F. 32.

u) II. F. 24. c. 1.

x) ANTONII d. IV. Th. 8. L. 4.

§. CLXXVII.

Iuramentum fidelitatis.

Plerumque in actu inueſtiturae praeſtatur iuramentum, quod in iure feudorum ſub fidelitatis nomine ſimpliciter venit *y*), alias *iuramentum fidelitatis z*), vulgo *vaſallagium*, et quandoque *homagium*, *hominium a*), *die Lehns-Pflicht* dicitur. Praeſtari hoc iuramentum debet ante actum inueſtiturae *b*), et quidem omnes et ſinguli vaſalli clerici *c*), etiam dignitate ſuperiores *d*), ad illud obligantur. Remitti tamen iuramentum poteſt, et manu ſaltim ſtipu-

y) II. F. 3. *c. nulla.* II. F. 4. *fidelitatem autem dicimus iusiurandum, quod a vaſallo praeſtatur domino* II. F. 28.

z) II. F. 7. inde frequentes formulae: *fidelitatem facere, praeſtare, iurare, polliceri, recuſare* II. F. 3. 5. 22. 40. *fidelitatis ſacramentum* occurrit II. F. 28.

a) AVCTOR VETVS *de beneficiis* Cap. CXXX. DV FRESNE *hac voce.* Inde iure feud. Alemann. *cap.* IV. *Hulde thun, Hulde ſchwœren.* SAECHSISCH LANDRECHT lib. III. art. XIX.

b) De eo quidem dubitatur II. F. 4. ſed additur: *ſaepe reſponſum eſt, inueſtituram debere praecedere fidelitatem,* II. F. 7. c. 1. vero dicitur, inueſtitura facta et fidelitate ſubſecuta. Hodie vaſallagium inueſtituram ſolet antecedere, prout patet ex I. P. art. V. §. XXI. licet etiam poſt factam inueſtituram praeſtari poſſit. LEYSER *de fide fidelis* §. XXIX. HORN Cap. III. §. VIII.

c) Arg. II. F. 3. *c. nulla.* ROSENTHAL Cap. VI. *concl.* XXXI. n. 4.

d) HORN Cap. XIII. §. IX. X.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0220
DFG

stipulata fides promitti *e*), idque vocatur *feudum iniuratum f*), quod etiam *Hand-Lehen* dicitur, licet fides semper salua manere debeat. (§. 7.).

§. CLXXVIII.

Variae vero sunt fidelitatis formulae. *Formulae iuramenti fidelitatis.* Talis occurrit iure Longobardico *g*). *Ego iuro ad haec sancta Dei euangelia, quod a modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus, pandam alii ad eius detrimentum, me sciente.* Differt autem hoc a iuramento subiectionis, *der Unterthanen Pflicht, Landes-Huldigung*, ad quod omnes subditi tenentur, atque domino ad

e) II. F. 3. *c. nulla: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, vt sine iuramento fidelitatis habeatur.* II. F. 24. c. 1. SCHRADER Part. II. Cap. II. num. 27. cap. IV. num. 14. ROSENTHAL Cap. II. concl. LX. Cap. LX. LXVI.

f) II. F. 47. II. F. 3. KLOCK *in proœm.* Consil. II. Vol. II. de terris Megapolitanis dicit: *es sey daselbst die uralte und unwidersprechliche Observanz und Freyheit, dass etliche adeliche Geschlechter keine Lehn-Briefe fordern, noch Lehn-Eyde ablegen dörffen.* Adde ILL. BVDERI *amoen. iur. feudal.* n. VIII. p. 43.

g) II. F. 5. Aliae occurrunt II. 7. Adde CAPIT. CAROLI M. de anno 802. RADEVICVM I. Cap. XIX. SIGONIVM *de Regno Italiae* Lib. VII. p. 176. ITTER Cap. IX. §. XXXVIII. Formulam vasallagii Eduardi III. Anglorum regis de Guiennae ducatu exhibet P. DANIEL Tom. II. p. 447.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0221
DFG

ad omnia subiiciuntur *h*), dum vasallus solum intuitu rei feudalis iuramentum praestet. Hodie circa feuda imperii et in terris, vbi landsassiatus viget, exprimi solet, *treu*, *hold*, *gehorsam und gewærtig zu seyn i*). In communi vasallus tenetur *des Lehn-Herren Nutzen zu fœrdern, Schaden zu verhüten k*). Promissio iurata circa feuda imperii fit; *so wahr mir Gott helffe und das Heilige Evangelium l*). Eadem etiam formula circa feuda statuum Bohemica obtinet

h) Patet hoc II. F. 5. *Si vero domesticus, id est, familiaris eius sit, coniurat, aut si ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub iurisdictione sit eius, cui iurat, nominatim vitam, membrum, mentem et eius rectum honorem custodire iurabit.* De differentia inter vasallagium et homagium vide prolixe differentes HORNIVM Cap. XIII. §. III. seqq. DE SPOOR diss. *de natura vasallagii et subiect. territor. S. R. I.* de BERGER *de nexu iurisiur. fidel. et subiect.* BECK *de insolubili fidel. et subiectionis nexu.* HILDEBRAND *de vasallagio subiectionem non inferente.*

i) Ex verbis enim *gehorsam seyn* etiam subiectio patet, licet contrarium ICto Pragensi NEVMANNO a PVCHHOLTZ *dissert. iuris publ.* III. §. VIII. IX. X. placeat.

k) IVS FEVD. ALEMANNICVM Cap. IV. *der Man sol ime Herren Hulde tun mit sime Eide, das er yme also getrewe sy sin Recht zusagende, wo ers gefraget werde, und sinen Fromen zu fodern, und sinen Schaden wenden.*

l) STRYCK *Exam. iur. feud. App.* n. XIV. XV. XVI. ITTER cap. XVII. §. XXXVIII.

tinet *m*). Circa feuda priuatorum: *ſo wahr mir Gott helffe, durch Ieſum Chriſtum unſern Herrn.*

§. CLXXVIIII.

Praeter atteſtatum breue *dem Lehn-Schein* (§. 169.) vaſallo de impetrata inueſtitura dari ſolet inſtrumentum ſolemne et publicum, quod vocari ſolet *Lehn-Brieff*, quod ſaepe longe poſt inueſtiturae actum ſolet confici. Continent autem inueſtituraram litterae I) nomen et titulum integrum concedentis, II) nomen eius, cui feudum confertur, III) deſignationem perſonarum, quae ad ſucceſſionem peruenire debent, IIII) res in feudum datas, V) qualitatem feudi, VI) teſtimonium de inueſtitura facta, VII) denominationem perſonarum, quae actui inueſtiturae interfuerunt, VIII) ſubſcriptionem et ſigillum domini. Antiquiori tempore inueſtiturarum litterae in vſu non fuerunt, quia inueſtiturae ſub dio in praeſentia aliquot millium hominum factae facilis erant probationis. Quo vero tempore ceperunt hae litterae, non ſatis clarum eſt. Nobis videtur iam Henrici IIII. temporibus *n*) inſtrumenta ſuper inueſtiturae actu

De litteris inueſtituraе, reuerſalibus et denombramento.

m) Occurrunt tales formulae apud LÜNIGIVM P. S. II. p. 225. et P. *Gen. App.* p. 580.

n) ILLVST. ESTOR in diſſert. elegantiſſima de *inauguratio-*

actu esse confecta, illa vero vasallis solum petentibus esse data, saeculo vero decimo quinto obtinuisse illam consuetudinem, qua vasallis inuitis obtruderentur litterae clientelares *o*). Faciunt hae litterae non tam ad solemnitatem, quam ad probationem *p*). Minime tamen iis amissis simul amissa est probatio, sed parium curiae vel eorum, qui horum loco inuestiturae interfuerunt, testimonium adhiberi potest *q*): testibus vero plane deficientibus, iureiurando vel domini vel vasalli est locus *r*). Vasallus ex consuetudine plerarumque Germaniae curiarum domino dat REVERSALES, quae sunt *instrumentum super obligatione a vasallo susceptа confectum.* Imo interdum quoque *denombramentum* confici solet.

§. CLXXX.

Feudi traditio vel vera, vel ficta.

Inuestitura dominium quidem, ast non semper possessionem transfert (§. 118.), quia vero dominium vtile absque possessione parum proderit vasallo, dominus ad possessio-

gurationibus beneficiariis Cap. III. magno exemplorum cumulo nostram probauit sententiam.

o) ita intelligo ill. BVDERVM *amoen. iur. feud.* n. 20. p. 133. SIEGEL *de litteris inuestiturae, den Lehn-Brieffen.*

p) II. F. 2. princ.

q) I. F. 26. II. F. 2. pr. II. F. 25.

r) I. F. 26.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0224
DFG

ſeſſionem obligatur transferendam. Translatio poſſeſſionis traditio dicitur. Ergo dominus obligatur ex inueſtitura ad feudum vaſallo tradendum. Eſt vero haec traditio vel vera vel ficta. Illa fit, quando vaſallus vere in poſſeſſionem immittitur, quod vocatur inueſtitura vera (§. 161.). Ficta fit, ſi quis rem demonſtret et dicat, ſe eius poſſeſſionem tradere *t*); vbi aliquando ſigna, vtpote per porrectionem clauium, per ramum et ceſpitem, *durch Hand und Halm* adhibentur *u*) (§. 167.) et dicitur inueſtitura ſymbolica (§. 161.). Idem eſt, ſi dominus concedat, vt vaſallus feudi poſſeſſionem adprehendat *x*), et tanquam re feudali vtatur. Caeterum ſi vniuerſitas transfertur, non opus eſt ſingularum rerum traditione, ſed ſufficit vnam rem tradi et adprehendi *y*).

§. CLXXXI.

Alter modus adquirendi feudum eſt PRAESCRIPTIO (§. 117. et 160.). Quae in genere eſt *modus excludendi ius alterius per temporis lapſum.* Excluditur autem alterius ius, dum vel eius ius in nos aut res a nobis poſſeſſas *Praeſcript. generalia*

t) L. 18. §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.*
u) L. 18. §. 21. *eod.* L. 74. *ff. de contrah. emptione.*
x) L. 51. *ff. de acquir. poſſ.* II. F. 33.
y) L. 3. §. 1. *de acquir. poſſ.*

sas competens solum extinguitur, *vel* eius res, aut ius in eius re simul adquiritur. Hoc casu *adquisitiua*, illo vero *extinctiua praescriptio* dicitur. Eadem quoque diuisio in *praescriptione*, *quae feuda concernit*, et FEVDALIS vocatur, locum habet. PRAESCRIPTIO FEVDALIS ADQVISITIVA in eo consistit, *quod dominium feudale diuisum per continuam temporis lege definiti possessionem adquiritur*. EXTINCTIVA vero est, *qua, sine adquisitione, alterius ius intuitu feudi competens ob decursum temporis extinguitur*. De hac, locis conuenientibus, de illa, hic erit agendum *z*).

§. CLXXXII.

Requisita praescript. feudalis adquisitiuae.

Praescriptio feudalis adquisitiua feudale tribuit dominium mediante possessione continuata per certum tempus (§. 181.). Hinc feudalis praescriptionis adquisitiuae requisita sunt: I) *possessio*, quae se exserit, dum quis dominum se gerit feudalem, II) *lapsus temporis*. Insuper quoque leges, quae non ferunt, vt quis ex sua mala fide lucrum capiat, requirunt *bonam fidem a*).

§. CLXXXIII.

z) Hanc materiam illustrat *Consult.* 10. LVDOVIC. SCHMIDIVS in dissert. *de praescript. feudali adquisitiua.* Ienae 1758.

a) II. F. 87. et c. vlt. X. *de praescript.* ROSENTHAL cap. VI. concl. 77. n. 9. bona fides praesumitur CARPZOV P. II. const. III. def. 7. n. 12. RHETIVS I. F. 28. HORN *cap.* XI. *n.* 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0226
DFG

§. CLXXXIII.

Praescriptione feudali adquisitiua dominium feudale acquiritur (§. 181.). Per hanc acquisitionem nexus feudalis aut constituitur, aut tollitur. Hinc praescriptio feudalis est vel *constitutiua*, vel *resolutiua*. *Diuisio in constit. et resolut.*

§. CLXXXIIII.

Praescriptio constitutiua (§ 183.) se exserit, quando interueniente praescriptione vel res allodialis in feudalem transformatur, vel res iam in nexu feudali existens in alterius transit dominium vtile. Prius fit vel ex parte domini, vel ex parte vasalli. Ex parte domini, quando dominus intuitu rei ad vasallum pertinentis dominium directum praescribit. Ex parte vasalli, quando hic in rebus ad dominum pertinentibus dominium vtile iure feudi adquirit per praescriptionem. Posterius vero locum habet, quando res alicui in feudum concessa ab alio per praescriptionem, tanquam feudalis, adquiritur. *Quotuplici modo fiat constit.*

§. CLXXXV.

Ad praescriptionem feudalem requiritur possessio (§. 181.). Haec ex parte domini feudum per praescriptionem adquirentis adest, si iura, quae ex dominio directo nascuntur, exercuerit, et a possessore fidelitatem ac seruitia feudalia exegerit. Ex parte vero vasalli requiritur, vt rem ad *Vnde de possessione constet.*

dominium directum, seu alium quemcunque pertinentem, vt feudalem, animo et opinione vasalli, possederit, et officia vasallitica exhibuerit *b*), vel alio modo se pro vasallo gesserit *c*).

§. CLXXXVI.

Tempus praescript. Ad praescriptionem requiritur possessio per certum tempus continuata (§. 181.). Et quidem leges feudales ad praescriptionem feudalem tempus triginta annorum desiderant *d*), cui ius Saxonicum vnum annum

b) II. F. 26. c. si quis II. F. 33.

c) Sed quaeritur, an quoque ad adquirendum feudum per praescriptionem inuestitura requiratur? Et distinguendum puto, vtrum casus petendae inuestiturae durante praescriptionis tempore extiterit, an non; hic feudum absque inuestitura adquiritur II. F. 26. illic vero inuestitura est petenda, alias vasallus se non gerit vasallum, ideoque praescribere nequit II. F. 4. II. F. 24.

d) II. F. 26. c. *Si quis per triginta annos rem aliquam vt feudum possederit, et seruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non sit inuestitus, praescriptione tamen triginta annorum se tueri potest.* Neque tamen alia praescriptio Longobardis nota erat, prout ex LL. Longob. Lib. II. tit. XXXV. patescit. Et licet obiiciatur, textum II. F. 87. longi saltim temporis praescriptionem requirere, quae decem vel viginti annos continet L. 11. *C. de praescriptione long. temporis*; Hoc tamen capitulum non solum est extraordinarium, sed quoque ex textu II. F. 26. c. *si quis.* erit explicandum: nec obstat I. F. 26. c. 1. vbi plane non sermo est de praescriptione, sed de possessione annali.

num et diem addit *e*). Et hocce tempus in praescriptione quoque feudali contra ecclesiam sufficere putarem *f*). Regalia vero contra ipsum imperantem non nisi immemoriali tempore praescribuntur *g*), licet contra priuatum regalium praescriptio ordinario tempore absoluatur *h*).

§. CLXXXVII.

Nec Germani *i*), nec Romani *k*) in praescriptione longissimi temporis tituli iustitiam *Titulus non requiritur.*

e) SCHRADER equidem *Tract. feud.* Part. V. cap. IV. num. 18. saltim. XXX. annos requirit, dum textus LANDRECHT Lib. I. art. XXIX. ad allodialia spectet, etiam saltim agat *von Eigen und Erb.* Verum CARPZOVIVS Part. II. const. V. def. XVI. an. XXXI. et diem in praxi obseruari testatur, quem sequitur HORNIVS Cap. XI. §. IV. ZIEGLER *de praescript. feud.* §. XIII.

f) alii quidem ob *Nouell.* 111. et 131. tempus XL. annorum requirunt. Verum hi textus de allodiis disponunt. Leges vero feudales non distinguunt, prout etiam non distinguit CASPAR ZIEGLER *de praescript. feud.* §. XI.

g) Per Rec. imp. Augustan. 1548. §. LVI. verbis: *das es ie in menschlichen Gedæchtnis.* MOD. PISTORIS Cons. VI. num. 26-32. HEIGIVS P. I. qu. 16. n. 47. CARPZOV P. II. const. III. def. 24. 25. ZIEGLER *de praescript.* §. 14. HORN C. XI. §. 4. Licet CHRIST. THOMASIVS in diss. *de praescriptione regalium ad iura subditorum non pertinente*, demonstrare conatus fuerit, regalia plane praescribi non posse.

h) ROSENTHAL cap. V. concl. VII.

i) confer. RICCIVS de *praescript. Germ.* Cap. XIII. §. 2.

k) L. 8. C. de *praescript.* 30. *vel* 40. *annor.*

ſtitiam deſiderant. Inde quoque in praeſcriptione feudali, quae eſt XXX. annorum (§. 186.), titulus non requiritur *l*). Caeterum per praeſcriptionem regulariter feudum fit proprium *m*) (§. 14.), niſi forſan certa feudi qualitas ſimul ſit praeſcripta.

§. CLXXXVIII.

Praeſcriptio feudalis reſolutiua.

Reſolutiua praeſcriptio, qua nexus feudalis tollitur, adeſt quando dominium vtile cum directo, interueniente praeſcriptione, conſolidatur (§. 183.). Et haecce conſolidatio exiſtit vel in perſona domini, vel in perſona vaſalli. In perſona vaſalli fit haec conſolidatio, ſi vaſallus per triginta annos continuos (§. 186.) rem feudalem vt allodialem bona fide poſſederit. Poſſidet vero vaſallus rem feudalem vt allodialem, ſi dominium directum per triginta annos non agnoſcit, imo domino exigenti officia vaſallitica, illa, affirmando rem ſuam eſſe allodialem, denegauerit, ac dominus in hac denegatione adquieuerit *n*). Exinde ſi intra XXX. annos nulla

l) II. F. 26. MEVIVS P. VI. dec. 122. CARPZOV. P. II. conſt. 3. def. 6. HORN cap. XI. §. 5.

m) B. PARENS cap. VII. XII., qui etiam diſſentienti BOCERO et WVRMSERO reſpondet. Adde HORNIVM Cap. XI. §. VIII. DARPAEVM *praeiud.* XXII. GEORG. HENR. BRVCKNER de *feudo informi per praeſcriptionem adquiſito.*

n) II. F. 26. c. 4. ROSENTHAL cap. VI. concl. 83. n. 4. CARPZOV lib. I. Reſp. 80. Cap. XI. §. 11.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0230
DFG

nulla mutatio facta et ideo inuestiturae renouatio non fuerit necessaria, vasallus ad fidem et seruitia non fuerit euocatus, nulla praescriptio locum habet. Et si vasallus saltim seruitia denegauerit, et dominus in eo adquieuerit, adquiritur saltim feudum francum, sed non desinit esse vasallus.

§. CLXXXVIIII.

Dominium vtile qua ratione praesc batur?

Eadem ratione dominus (§. 189.) si praedium feudale, sciente et non contradicente vasallo, per XXX. annos bona fide possederit, dominium vtile contra vasallum praescribit. Haec vero praescriptio adgnatis et simultanee inuestitis non praeiudicat, nisi, postquam successio ad ipsos fuerit deuoluta, ipsi per XXX. annos tacuerint *o*).

o) HORNIVS Cap. XI. §. 10. MYNSINGER Cent. IV. obseru. XXVIII. ZIEGLER *de praescript. feud.* §. XII.

* *

CAPVT VIII.

DE SVCCESSIONE FEVDALI.

§. CLXXXX.

Connexio. Adquisita feuda in alios transferuntur vel mortuo vel viuente adhuc eius possessore. Hoc fit per *refutationem*, illud per *successionem* (§. 160.). Hic de feudorum translatione, quae fit per successionem. Est autem SVCCESSIO FEVDALIS *adquisitio feudi ob mortem possessoris in alterum delati.* Diuiditur in *ordinariam* et *extraordinariam.* Illa, quae lege seu moribus, haec, quae pacto vel testamento defertur.

§. CLXXXXI.

Ab initio feuda reuocabilia. Dum feuda conceduntur loco salarii (§. 7.), hoc vero tamdiu durat, ac seruitia praestantur, antiquiori tempore sic erat in dominorum potestate constitutum, vt, quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam, imo haud raro ad certos tantum annos, plerumque vero ad vitam vasalli feuda concedebantur *p*).

§. CLXXXXII.

p) I. F. I. §. 1.

§. CLXXXXII.

Antiquiori igitur tempore nulla in feudis obtinebat successio (§. 191.), postea vero a temporibus Ludouici Pii imp. *q*) filii a successione in feuda paterna non sunt exclusi, ita, vt sub fine Carolingici imperii filiorum ius adspirandi ad successionem feudalem satis firmatum obseruemus *r*). *A Carol. temp. filii succed.*

§. CLXXXXIII.

In Germania nostra filiorum ius succedendi in feudis itidem Carolingorum temporibus iam cepisse, non solum ex iis, quae paragrapho antecedenti sunt adducta, praesumendum est, sed quoque exempla hoc satis confirmant *s*). Et quamuis varia pro *Quod etiam in Germ. factum.*

q) THEGANVS *vita Ludouici Pii* c. XIX. edit. SCHILTER. p. 74. de Ludouico Pio scribit: *in tantum largus - - vt villas regias, quae erant sui, et aui, et tritaci,* FIDELIBVS *suis tradidit in possessiones sempiternas.* De Caroli Calui temporibus, successionem filiorum in feudis loquitur *Capitulare Caroli Calui* apud *Carisiacum* anno 877. conditum apud STEPH. BALVZIVM *Capit. Reg.* Fr. T. II. p. 262.

r) Vid. nostr. progr. *de successione in feuda imperii sub Carolingorum imperio filiis competente.*

s) de Bauaria LEGE BAIVVARIORVM tit. 2. c. 20. §. 3. dicitur: *Dux vero, qui praeest in populo, semper de genere Agilolfingorum fuit et esse debet.* Saxoniae Ducatum a temporibus Ludouici II. s. Germanici iure successionis in filios continua serie esse delatum, monstruimus in progr. allegato. De aliis ducatibus confer.

VER-

contraria sententia adduci soleant exempla, illa tamen nullius sunt momenti *t*).

§. CLXXXXIIII.

VERPORTENN *de ducatibus a Carolingorum temporibus haereditariis.* Inde, cum post mortem Wilhelmi et Engelschalcki ducum Baiouarior. eorum filii a successione excluderentur, grauiter hoc tulere eorum homines et propinqui, qui armis arreptis successionem tueri tentabant. ANN. FRANC. FVLDENS. ad An. 884. Sic quoque Saxones valde fuerunt irati, cum Conradus I. imp. Henrico duci Saxoniae successionem in feuda paterna denegaret, et res armis decidebatur.

t) Prouocant nempe 1) ad exemplum Vtonis comitis, qui anno 940. sua beneficia ex permissu Regis diuisit, teste REGINONE ad ann. 940. 2) dicunt, Ottonem M. Arnolphi mali, Bauariae Ducis, filios a successione excluisse. De quo SIGEBERT; GEMBLAC. ad annum 936. *Eberhardus* (Arnolphi filius senior) *exiliatur, Berchtoldus Arnolphi frater ducatui praeficitur, Henricus regis frater Berchtoldo mortuo succesſit.* 3) De Henrici II. imper. temporibus adducunt AVCTOR. VITAE MEINWERCI Cap. XX. *Quinta dehinc proxima Idus Februarii Bernardus, dux pius Saxonicus, filius Herimanni ducis obiit, et filius eius Bernardus fauente sibi Meinwerco episcopo amicisque suis ducatum obtinuit, et homo episcopi factus iuge obsequium in omni fidelitate sibi exhibuit.* Adde WOLFF de *origine ac prima indole feudorum imperii.* Aſt ad 1) exinde, quod Regis consensu diuisiones sint factae, argumentum ducere non licet, ad excludendum liberorum ius succedendi; ad 2) Arnolphi filii, non ob defectum iuris succedendi, sed ob non petitam inuestituram sunt exclusi, WITTICHINDVS *Annal.* lib. II. p. 644. ad 3) Bernhardo non eam ob causam, quod liberorum nulla fuisset successio in feudis, sed quia Henricus ducatum Saxon. iure successionis sibi delatum putabat, de successione mota est quaestio. Conf. NOSTRVM progr. *de cau-*

ſis,

§. CLXXXXIIII.

Quamuis vero a Carolingicis temporibus filii ad successionem feudalem fuerint admissi (§. 193.); collateralium tamen nulla erat successio. Cum vero Conradus II. imp. *u*) Romam proficiscereturr, petitum a fidelibus, qui in eius erant seruitio, vt lege ab eo promulgata collaterales, ab adquirente descendentes, in beneficio, quod eorum patris, seu aui fuit, ad successionem admittere dignaretur *x*). Hisce petitis annuit Conradus *y*), et Fridericus I. imp. postmodum collateralium ab adquirente descen-

De origin. succeſſ. coll. apud Longob.

sis, ob quas Henricus II. imper. Bernhardo succeſſ. in ducatum Saxoniae denegare potuit.

u) Intelligitur Conradus II. quod demonstrauit AVCTOR *corp. hist. Germ.* Per. VI. Sect. I. §. XXII. *et histor. iur.* Cap. VIII. §. 14. de quo WIPPO p. 430. *Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit.* Adde HEPIDANVM scriptorem istius saeculi ad An. 1041. expeditionem Romanam Conradi II. describentem. GVNDLINGIANA P. I. n. 2. P. III. c. I. §. 7. et 9.

x) I. F. 1. §. 1.

y) Exstat constitutio integra in *legibus Longobardorum* Lib. III. tit. 8. num. 1. et in nostris feudorum libris lib. V. tit. I. CVIACIVS eam *libris feudorum* adiunxit lib. I. p. 25. eandem emendatam variisque illustratam notis exhibet Dnus SENCKENBERG in vtilissima collectione, quae sub titulo *selecta iuris et historiarum* prodiit T. III. p. 253.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0235
DFG

dentium succeſſionem confirmauit z). Exinde feuda in heredes tranſitoria, recta, gentilitia ſunt facta.

§. CLXXXXV.

Soli deſc. ab adqu. ſucced.

Conſuetudine ſucceſſio introducta eſt feudalis apud Germanos. Non tamen omnes, ſed ſolum adquirentis deſcendentes ad ſucceſſionem in feuda admittuntur (§. 194.) *a*). Hinc feuda adquirens, illa ſibi ſuisque adquirit deſcendentibus. Qui igitur in illa ſuccedere cupit, non ſolum cognationem cum vltimo defuncto vaſallo, ſed ſimul, quod a primo deſcendat adquirente, docere tenetur *b*).

§. CLXXXXVI.

z) Verbis: *Praecipimus etiam, vt cum miles, ſiue de maioribus ſiue de minoribus de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filium non habuerit et auiaticum de filio maſculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſorum in dandis equis et armis ſuis ſenioribus. Et ſi forte auiaticum ex filio non reliquerit, et fratrem legitimum ex patre patris habuerit, beneficium, quod patris ſui fuit, habebit.* Extat lib. III. LL. LONGOBARD. tit. VIII. L. IV. Adde BARATERII *libellum reformatum* Lib. XIV. cap. IV.

a) I. F. I. *frater fratri ſine legitimo haerede defuncto in beneficio, quod eorum patris fuit, ſuccedat.*

b) W. A. SCHOEPFF *de probat. deſcendentiae a primo adquirente feudi.*

§. CLXXXXVI.

Licet vero apud Longobardos per Conradi II. et Friderici I. constitutiones ius succedendi collateralibus concederetur (§. 194): Germani tamen iura retinuerunt antiqua, quibus patri filius, filioque non existente dominus succedit *c*). *Collater. succ. apud Germ.*

§. CLXXXXVII.

c) IVRE SAXON. FEVDALI Cap. VI. *Welcher Mann keinen Sohn hat, der erbet die Gewehr der Güter an seinen Herren.* Et cap. XXI. *Es vererbet niemand kein Lehn, denn allein der Vater auf den Sohn.* Et Cap. XXXII. *Man mag viel Brüdern ein Gut leihen, ob sie es mit gesammter Hand empfahen, und gleiche Gewehr daran haben. Wollen sie sich aber darnach scheiden mit dem Gut, sie mœgen es wohl theilen unter sich, aus des Herren Willen, wie sie wollen, wenn sie sich aber theilen, so hat ir keiner kein Recht mehr an des andern Theil, ob ein ander stirbet. Im sey dann anderweit das Geding und die Anwartung darum geliehen.* Ius Alemannicum cum Saxonico conuenit. Sic Cap. XLII. §. 2. *Es erbet nimant Lehn, wenn der Vater uf den Son, das heisset Erbe Lehn*, Cap. LXI. §. 1. vero dicitur: *Ein Herre mag viel Brüdern ein Lehn lihen, dass sie es mit gesamter Hand entpfohlen und geliche Gewar daran hant. Und wellent sie sich scheiden mit dem Gute und teillent es unter sich, das thunt sie wohl aus des Herrn ürlop, wenn sie aber das Gut unter sich geteilent, so hat ir keinere nutzit an andern Gute. Und stirbet ir einer von Lehns-Erben, so ist sein Teil dem Herrn ledig.* HENRICVS HOSTIENSIS, qui tempore interregni floruit, ad tit. X. de feudis fol. 269. sic loquitur: *de consuetudine imperii non succedit, nisi filius descendens. Imo reuertitur feudum ad imperatorem, et ipse confert, cui vult. Sic*

vidi

§. CLXXXXVII.

Mutata antiqua succed. ratio.

Postea quidem Henricus VI. imp. successionem in feudis introducere voluit allodialem *d*), ea tamen conditione, vt suis posteris in compensationem huius concessionis ius in imperio daretur hereditarium. Quae conditio cum Saxoniae minus placeret proceribus *e*), res successu fuit destituta. Interim tamen varii Germaniae populi ius succedendi collateralibus datum crediderunt, quod recepta in Germania Longobardorum iura *f*) et turbulenta interregni tempora magis firmarunt, maxime, dum plura orirentur feuda oblata, a quorum successione agnati plane excludi non potuerunt *g*). Penes Saxones vero antiqua mansit successio, et adhuc in vsu est.

§. CLXXXXVIII.

vidi hoc, quando fui in Alemannia, per proceres iudicatum.

d) GERVASIVS TILBERIENSIS *otiis imperialibus* diegest. cap. 19. p. 943.

e) GOBELINVS PERSONA Art. VI. cap. LXI. *hic* Henricus *imperator concordauit cum principibus regni, quod liberi sui post eum hereditario iure regnum obtinerent, sed contradictum est a principibus* Saxoniae. *Quare ipse imp. principes illos a promisso absoluit, et iuramenta ea occasione praestita reuocauit.* CORPVS HISTOR. GERM. Per. VII. Sect. III. §. 10.

f) I. F. I. §. 2.

g) Quae est sententia Dni de LVDEWIG diss. de *simult. inuestit. differ.* I. Cap. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0238
DFG

§. CLXXXXVIII.

Adoptini et illegitimi non succedunt.

In feudis non nisi primi adquirentis descendentes succedunt (§. 195.). Ergo excluduntur filii *adoptiui h*). Hi enim nec ex sanguine primi adquirentis descendunt, nec iura familiae primi adquirentis consequuntur. Succedunt tamen domino et agnatis seu inuestitis simultanee consentientibus, dum cuilibet fauori pro se introducto liceat renunciare. *Deinde* excluduntur quoque *liberi illegitimi i*), siue spurii sint, siue adulterini, siue ex polygamia nati, partim, quia liberorum, extra matrimonium natorum, pater est incertus et sic quoque incertum, an ex primi adquirentis sanguine descendant, partim, quia huiusmodi liberi nobilitatem *k*) non consequuntur paternam, et inde ad seruitia feudalia, sicque ad successionem in feuda sunt inhabiles (§. 195. 54.). Nec prodest huiusmodi liberis legitimatio, siue per rescriptum

h) II. F. 26.

i) II. F. 26. *c. naturales.* I. F. AL. C. 1. *die nicht ehelich gebohren, sollen Lehn-Rechts darben.* Cum quo consentit I. F. SAX. Cap. III. Adde AVR. BVLL. cap. 7. §. 2. vide quoque AVT. VETER. de *beneficiis* §. 4. AVCTOR VITAE MEINWERCI cap. V. NIC. SCHATEN. *Annal. Paderb.* Lib. V. p. 477. MYLER. *Gam.* cap. XXIII. n. 3. ITTER C. XIV. §. 1. DARPAEVM praei. XXIII.

k) CRAMER *de nobilit. auita* p. 187.

ſcriptum principis, ſiue per ſubſequens facta matrimonium, quia I) leges generaliter omnes excludunt legitimatos *l*), II) ex pacto primi adquirentis ſolummodo *eheliche Leibes-Lehns-Erben* admitti debent, et III) domino directo aeque ac adgnatis ius ex lege et pacto adquirentis quaeſitum per legitimationem adimi nequit

l) II. F. 26. *naturales filii, licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli nec cum aliis admittuntur.* Inde in quibusdam prouinciis lege cautum eſt, ne legitimati per ſubſequens patrimonium admittantur, prout in ducatu Brunſuicenſi et Magdeburgenſi factum reſtatur STRYCK *de ſucceſſione ab inteſtato* diſſert. I. cap. III. §. 27. Sic quoque in *Gandersh. Landtags-Abſchied* A. 1601. Art. XXXI. *Zum ein und dreyſſigſten iſt der gnädige Landes-Furſt erbœthig, wegen der Mantel und per ſubſequens matrimonium legitimirten Kinder, über oberwehnte von S. F. G. publicirte Conſtitution nicht allein zu halten, ſondern auch dieſelben Kinder oder einige Spurios zu neuern, ſonderlich Adelichen Lehnen keinesweges zu verſtatten noch kommen zu laſſen.* De Saxonia elector. vide Conſt. Mauritii polit. de Anno 1543. In Pomerania extat conſtit. Friderici III. Elector. Brandenb. Tit. 24. qua liberi legitimati per ſubſequens matrimonium de ſucceſſione feudali arcentur. SCHILTERVS equidem *comm. ad ius feudal. Alemann.* Cap. XL. adducit litteras legitimationis Ruperti imp. de anno 1408. quibus Gerlacum Graus, aliosque etiam, qua ſucceſſionem feudalem contra c. *naturales*, legitimat. Verum hae litterae de adquiſitione, non de ſucceſſione loquuntur. Vide IOAN. FRIDEM. SCHNEIDERI diſſ. *de ſucceſſione legitimat. in feudis.* I. G. BAVERI *de ſucceſſione legitimat. per nuptias exule.*

nequit *m*). Pro illegitimis tamen haberi nequeunt, qui post sponsalia statim concepti, ast matrimonio per benedictionem consummato sunt editi *n*), quia hi sunt *eheliche Leibes-Erben*. Admittuntur etiam illegitimi, si dominus in feudo nouo vel aperto eosdem admitti velit, vel etiam cum domino agnati in feudis antiquis, vt succedant, consenserint. Idem quoque obtinet, si feudum est mere hereditarium, in quibus allodiali succeditur modo, dum liberi per subsequens matrimonium legitimati in allodiis succedant *o*). Simili modo inter illustres liberi per subsequens matrimonium legitimati non succedunt, dum nulla inter illustres et priuatos hic subsit differentiae ratio, et exempla probent, eos ad successionem non esse admissos *p*). Incestuosi nati ex matrimonio lege humana pro-

m) Interim in praxi interdum aliter sentiunt, et legitimatos per subsequens matrimonium ad successionem admittunt. BOEHMER T. I. P. II. Resp. 74.

n) B. PARENS *cit. loc.* num. 13. STRYCK. *cit. loc.* §. 28. HORN *cit. loc.* Licet in electoratu Saxonico per Decis. XLIX. publica sponsalia requirantur, quod tamen non vbiuis obtinet, si modo sponsalia fuerint legitima.

o) C. *qui filii sint legitimi.*

p) Sic Alberti degeneris filius Apitius, ex Cunigunda ab Eisenberg natus, licet per subsequens matrimonium legitimatus, non successit. CASTO *rerum Saxon.* lib. I.

prohibito succedunt, minime vero qui ex matrimonio iure diuino prohibito prodierunt *q*).

§. CLXXXVIII.

Feminae non succedunt.

Non omnes tamen, qui ex adquirentis sanguine descendunt, in feudis succedere possunt. Excluduntur enim 1) Feminae. Nam feuda seruitiorum causa sunt concessa, quae, cum a femina praestari nequeant, hae quoque ad feudorum successionem sunt inhabiles *r*). Sunt insuper et aliae rationes, ob quas feminae a successione arcentur feudali. *Primo* enim feuda adquirentis familiae sunt concessa, ast feminae familia egrediuntur *s*). *Deinde* apud Germanos feminae ab omni plane succes-

q) Etiamsi dispensatio principis interuenerit. WERNHER T. II. p. 296. *obs.* edit. nou.

r) I. F. 1. §. 3. *Filiae a successione feudi remouentur, nisi* SPECIALITER *dictum sit, vt ad eas pertineat.* adde I. F. 8. pr. et §. 1. I. F. 24. II. F. 11. *iur. Saxon. feud.* cap. II. *Clerici,* FOEMINAE, *rustici et omnes iure priuati ius non obtinent feudale,* it. c. 6. et 11. *Iur. Alemann. feud.* cap. 1. §. 4. *Clerici,* MVLIERES *et agricolae, et omnes, qui sunt infamia notati, illi omnes carent iure feudali.* Conf. c. 44. §. 2. Adde his etiam AVCTOREM *de beneficiis* §. IV. *Clerici, et* MVLIERES, *et iure carentes etc. iure carent beneficiali.*

s) L. 195. et 196. D. de V. S. SCHILTER *de succeff. feud.* cap. II. §. VIII. HORN Cap. XI. §. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0242
DFG

successione, etiam allodiali *t*), erant exclusae, quod multo magis in feudis locum habere debet. *Tandem* quoque iudiciis feudalibus interesse non poterant feminae, quod tamen a vasallis requirebatur. Hinc, licet feuda sint franca *u*), censitica, conditionata, in iis tamen feminae regulariter succedere non possunt, dum, vna licet exclusionis causa cessante, reliquae supersint *x*). Eadem quoque circa feuda obtinent imperii, et illustres feminae ex iisdem rationi-

t) LEX SALICA Tit. LXII. *de terra Salica nulla portio hereditatis mulieri obueniat, sed ad virilem sexum tota terrae hereditas peruenit.* LEX SAXONVM Tit. VII. cap. I. *pater aut mater defuncti filio, non filiae, hereditatem relinquant*, et cap. VI. *qui filium et filiam habuerit, et filius, vxore ducta, filium genuerit, et mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, i. e. ad nepotem, non ad filiam, pertineat.* LEX ANGLORVM et WERINORVM Tit. III. *hereditatem defuncti filius non filia suscipiat, si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia et mancipia, terra vero ad proximum generationis consanguineum pertineat*, cap. 2. *si autem nec filium habuit, soror eius pecuniam et mancipia, terram proximus paternae generationis accipiat*, et cap. 8. *vsque ad quintam generationem paterna generatio succedat.*

u) De feudis francis hoc monstrare voluit FR. IO. DE KLINGLII *de successione feminea in feudo franco.*

x) ANDR. FACHINAEVS lib. II. cap. XI. ROSENTHAL cap. VII. cont. XXV. n. 1. concl. XXXII. n. 11. SCHRADER VII. 4. 11. SCHILTER *de natura success. feudal.* Cap. II. §. XX.

rationibus a succeſſione feudali excludun-
tur, quibus priuatae *y*).

§. CC.

Naturale feudi eſt excluſio fem. et diuerſi generis feuda feminea.

Feminae regulariter et ex diſpoſitione legum in feudis non ſuccedunt (§. 199.). Hinc excluſio feminarum a ſucceſſione feudali ad naturalia feudi pertinet (§. 13.). Sicuti vero naturalia ex pacto vel conſuetudine poſſunt abeſſe (§. 12.), ita quoque feminae, ſi pactis inueſtiturae adiectis ita conuentum vel conſuetudine receptum eſt, in feudis ſuccedunt. Exinde oritur diſtinctio feudorum in maſcula et feminea, quorum haec impropria ſunt (§. 14.), et vulgo: *Weiber-Lehn, Kunckel-Lehn z*), *Schleyer-Lehen*, dicuntur. Sunt vero FEVDA FEMINEA, *in quibus feminae ad ſucceſſionem admittuntur*. Ita vero feminae defertur ſucceſſio, vt vel ſimul cum maſculis, vel iis non exiſtentibus, ſuccedat. Priori caſu, *promiſcua*, ſeu *ſimultanea*, poſteriori *ſucceſſiua* dicitur

y) Hinc Maximilianus I. apud MÜLLER *im Reichs-Tags-Theatro* Lib. IV. cap. 4. §. 7. p. 578. *Antreffend die Lehen des Herzogthums Mayland, iſt Kœnig Ludewig nach des heiligen Rœmiſchen Reichs Herkommen und Gewohnheit kein Erbe, denn alle des Reichs belehnte Fürſtenthümer auf Manns- und keine Frauen-Perſon fallen.* ITTER *de feudis imper.* cap. XIV. §. XI. GRIEBNER *de feudis imperii maſculinis non femininis.*

z) a Germ. KVN *generatio feminea*, *et* KOL *Rocken-*

dicitur *successio*. Successio successiua iterum duplici deferri potest modo. Aut enim femina omnibus demum masculis a primo adquirente descendentibus mortuis succedit, aut tunc ei successio defertur, si masculi in eadem cum defuncto linea existentes amplius non supersunt, haec dicitur *successio linealis cognatica*, illa vero *non-linealis agnatica*.

§. CCI.

Feuda feminea sunt, in quibus feminis patet successio (§. 200.). Hinc feuda Megapolitana ob eam rationem, quia in illis obtinet ius virginum nobilium, *das Erb-Jungfern-Recht*, inter feminea referri nequeunt. Hocce enim ius filiabus non tam succedendi ius tribuit, quam solum in vsufructu filiabus vasalli nondum nuptis in casu deficientium filiorum ad dies vitae competente consistit *a*). *De iure virginum nobilium megapolit.*

§. CCII.

Successio feminea est vel linealis cognatica, vel non-linealis agnatica (§. 200.). *De feudis Fuldensibus.*

a) E. A. RVDLOFF *de natalibus commentatitiis vsusfr. filiarum nobilium in Megapoli.* MANZEL *de filia nobili vsufr. Mecklenburgic.* NETTELBLATT *de priuilegio Albertino. Kurze Beleuchtung des Zurufs über die Sammlung einiger das Privilegium des Mecklenburgischen Erb-Jungfer-Rechts betreffende Stücke.*

Singularis vero generis sunt feuda Fuldensia, in quibus filii filias, et istis non existentibus, filiae cognatos excludunt. In linea vero collaterali feminae cum masculis secundum gradus proximitatem simul admittuntur *b*). Saepe quoque in aliis curiis feuda conferuntur *nach Fuldischem Lehn-Recht.*

§. CCIII.

b) Patet hoc ex attestato Alberti, abbatis Fuldensis, vasallis suis dato, apud BOEHMERVM *de feudis ecclesiasticis* Cap. IV. §. 3. *daß in Fuldaischen Lehn, so nicht zu Mann-Lehn geliehen, oder keine Burg-Lehn genennet werden, noch durch beständige Burg-Frieden oder andere, bey unserm Fürstlichen Lehn-Hofe insinuirt, confirmirt, und bestätigte rechtmäßige Verträge geändert, sondern die Erb-Fälle an sich selbst frey seyn, des lezt Verstorbenen nächste Freunde und Personen von Geblüt oder Sipschafft von dem ersten Acquirenten entsprossen, beede, Mann und Weibliches Geschlechts, doch mit diesen Unterschied erben, und succediren, daß, wo der lezt verstorbene Vasall Söhne und Töchter hinterlassen, die Söhne denen Töchtern, in Ermangelung oder Absterben der Söhne aber die Töchter denen Agnaten oder Vettern so weiter in der Sipschafft dem Verstorbenen verwandt, (ohnangesehen, daß sie auch von dem Stamme der ersten Acquirenten seynd,) praeferiret und vorgezogen werden. Hinterlässet der Verstorbene allein Agnaten, Vetter und Baasen disparis gradus, so succedirt, qui proximior est in gradu, sive mas sive femina sit: si vero eiusdem gradus sint, omnes simul succedunt, sive mares sive feminae, doch daß sie von dem Geblüt des ersten Acquirenten, als welche des Verstorbenen übrige rechte Freunde und Erben, (da deren einige vorhanden wären,) so nicht von dem ersten Acquirenten seynd, von der Lehns-Folge und Succession gäntzlich ausschliesen.* De

hisce

§. CCIII.

Exclusio feminarum a successione est naturale feudi (§. 199.). Sicuti vero pro naturalibus feudi semper est praesumtio (§. 12.) et interpretatio in dubio pro iis est facienda, ita quoque litterae inuestiturae in dubio pro successione feminea nunquam sunt interpretandae, imo si verba successionem femineam clare loquuntur, inter diuersas tamen successionis femineae species in dubio semper praesumitur successio successiua, eaque non-linealis agnatica. (§. 200.). *Interpretatio contra successionem femineam.*

§. CCIIII.

In dubio feudum praesumitur masculum (§. 203.); hinc feudum pro se et heredibus, *vor sich und seine Erben*, concessum, potius manet masculum et feminas excludit, cum vox *Erben* pro materia substrata est intelligenda, et sub iisdem intelliguntur *Lehns-Erben*, qui successionis feudalis sunt capaces *c*), donec probetur contrarium. *Feudum in dubio potius masculum praesumitur.*

hisce feudis Fuldensibus vberius egerunt HENR. COCCEIVS, IO. FRID. KAYSER, Dom. de LVDOLFF *de iure femin. illustr.* P. II. p. 213. sqq. IO. FR. SCHANNAT *in Fuldaisch. Lehn-Hoff* Cap. II. §. 3. et IO. GEORG. ESTOR *in annal. ad hunc librum.*

c) II. F. 23. II. F. 34. c. *Similiter.* ROSENTHAL cap. II. concl. XXXIII. num. 9. 12. KNICHEN *de vestitura pactionum* Part. I. cap. III. num. 18. B. PARENS cap. IV. §. XII. HORN cap. IV. §. 17. Vide late

Idem dicendum est, si conferatur *zu rechten Lehn*, tunc enim in dubio feudum rectum seu masculum praesumitur, nisi litterae inuestiturae doceant contrarium *d*). Simile obtinet, si feudum confertur *zu rechter Mannschafft*, *zu rechten Mann-Lehn*, tunc feudum omnino masculum erit, donec contrarium probetur. Est vero feudum interdum femineum, licet *zu Mann-Lehn* sit collatum. Habet enim vox *Mann-Lehn* duplicem significatum: denotat *primo* feudum, in quo soli masculi succedunt, *deinde* quoque feudum, cuius intuitu seruitia praestantur equestria *e*). Hinc licet sub *Mann-Lehn*

late responsum, quod THOMAE FRANTZKII *libro tertio resolutionum* fuit subiectum. LVDEWIG *ad A. B.* P. I. p. 122.

d) Hinc HERTIVS *de feudis oblatis* P. III. n. 3. exemplum feudi oblati adducit, in quo Gerlacus, Moguntinus archiepiscopus, anno 1356. tale feudum contulit, hac tamen clausula adiecta, *und haben wir ihm und seinen rechten Erben, Sœhnen und Tœchtern von unsern Nachkommen Stiffts wegen den Berg und Burg etc. zu rechten Lehn ewiglich geliehen*, hic *ein recht Lehn* dicitur, vt distinguatur ab aliis iuribus feudo adfinibus (§. 15.). Adde THVMMERMVTH p. 196. BOEHMER *de feudis eccles.* Cap. IV. §. 9.

e) Exemplum de castro Monteuali ex SCHWEDERI *Conclus. theor. pract. feud.* §. XII. adducit HERTIVS Part. II. p. 550. quod Walramus comes ab Adolpho principe accepit *zu Mann-Lehn, mit dem Unterscheid, wann Er und seine Erben dasselbe den Tœchtern leyhen würden, als er und seine Erben thun sollen, wie gemelt, ob nicht Sœhne*

Lehn regulariter masculа intelligantur feuda, tamen si aliae prodant circumstantiae,

Söhne wären, dass alsdenn dieselbe Tœchter die Lehn allezeit mit den Mannen vermannen sollen. SCHILTERVS *ad ius feud. Alemann.* Cap. LXVII. §. III. adducit litteras Ruperti Palatini, in quibus dominis de Wasenstein decimas Erlebacenses in feudum oblatas an. 1384. confert *zu rechten Mann-Lehn*, ita tamen, vt, masculis deficientibus, etiam feminae possint succedere. Addit SCHILTERVS hanc epicrisin: *Mann-Lehn* adhuc dicitur, etsi ad feminas, deficientibus masculis, transit, quem sequitur BOEHMER Cap. IV. §. IX. Sic Mediolanensis ducatus feudum masculum dicitur, licet in A. B. Caroli IV. super successione Mediolanensi definiatur: *deficiente vero linea masculina succedat, et succedere debeat in dicto Mediolanensi dominio, et Comitatibus Papiae, et Angleriae, cum eorum pertinentiis filia primogenita, eiusdemque primogenitae primogenitus masculus, eiusque descendentes masculi ordine supra dicto, vsque in infinitum* apud THVCELIVM *Actis Publicis* Tom. I. pag. 345. Hinc IVRE FEVDALI ALEMANNICO Cap. XLIII. *sine Mannschafft dem Herrn hüten*, idem est, quod II. F. 24. 40. dicitur: *fidem polliceri.* SCHILTER ad Cap. XLIII. §. VI. Idem ad Cap. XC. §. III. dicit: *Mannschafft significat obligationem fidei et seruitiorum. Vermannen dicitur dominus vasallum recipiens, et ad seruitia sibi obligans*, et Suppl. ad Cap. CIII. pag. 474. *Mannschafft non denotat naturam feudi masculini, sed seruitia feudalia et militaria, quae per mares solent fieri, et vocabulum vermannen significat seruitia ista praestare, quae omnia etiam mulieres in feudis haereditariis per substitutos expedire queunt*, secutus GOEDDEVM *Consil. Marpurg.* Vol. IV. Cons. XXXVII. num. 1038. adducens exemplum, quod *Barbara de Vinstingen* patri in feudo successerit, licet iste an. 1485. ab Henrico episcopo Metensi,

litteras inuestiturae feuda loqui feminea, non impedit, quo minus occurrens in illis vox *Mann-Lehn*, de feudo, ex quo equestria sint praestanda seruitia, intelligi possit. Saltim varia probant exempla, feuda in litteris dici *Mann-Lehn*, et tamen esse feminea *f*). Inde si ex consuetudine curiae feuda-

rensi, inuestitus fuerit *zu rechter Mannschafft et Lehnschafft*. Vox *vermannen* tamen potius notat, *der Lehn Gnüge thun*.

f) Patet hoc ex litteris inuestiturae Ludouici, electoris Palatini, Wyrich von Hoenburg anno 1433. concessis, apud GOEDDEVM p. 338. vbi dicitur: *daſs Wir Wyrich von Hoenburg unſerm Ambt-Manne zu Lützenſtein und Einartshauſen und lieben G. den Zehenden in unſerm Dorffe und Marcke zu Erlebach by Steinwiler gelegen, zu rechten Mann-Lehn verlihen han - - Ouch han Wir Ime die ſonderliche Gnade geton, das vorgenannte Wirichs Dœchtere, die er izund hat, der vorgen: ſiner Sune Schweſtern lihen. Doch alſo, welche Dœchter den obgen. Zehenden zu Mannlehn empfahen werden, daſs die denſelben Zehenden allzyt vermannen ſollen, als Mann-Lehnrecht und Gewohnheit iſt.* Idem patet ex litteris inuestiturae Ludouici, Palatini electoris, super castro Cleburg pag. 337. in quibus: *Wir han auch den vorgen W. die beſondere Gnade geton, ob er nach ſinen Todte ehliche Dochtere und nit Sune laſſen würde, das alsdann Wir und unſer Erben denſelben ſinen Dochtern, und ihren Mannlehns-Erben die vorgen Veſten Cleb. zu Mann-Lehn verliehen ſollen und wollen und ſie ſollen die auch vermannen als Mannlehn-Recht iſt.* In litteris, quas Duces Wurtebergici super feudis Bohemicis accipiunt, apud LVNIG *corp. iur. feud.* P. II. p. 58. dicitur: *zu rechten Mann-Lehn empfangen und auch erben ſoll und mag, ob Wir*

Graff

feudalis, e. gr. Fuldenſis (§. 202.) feuda regulariter ſint feminea, praeſumtionem pro feminea ſucceſſione non elidi putarem, licet vel maxime in litteris obſeruetur, vox *Mann Lehn* (§. 12), modo aliae circumſtantiae non adſint, quae clare doceant, feudum quoad ſucceſſionem eſſe maſculum *g*).

§. CCV.

Interpretatio litterarum inueſtiturae ita fieri debet, vt quam minimum a natura feudorum recedatur (§. 45. 203.). Inde, ſi feuda ſint collata *zu Tochter- Lehn, vor Sœhne und Tœchter*, ſub filiabus intelligi nequeunt neptes. Has enim, ſi ſub filiabus comprehenſas ſtatuere velis, magis a *Quid form. vor Tœchter.*

Graff Eberhard die obgenannte Lehen derſelben unſer Tochter alſo verſchrieben und vermacht etc. Adde LVCIVM *in ſupplica ad imperatorem in cauſa Stollbergenſium comitum contra Moguntinum Kœnigſteinenſem comitatum conc.* pag. 44. et docum. 17. CAROL. FR. SCHOEPFFLIN com. de *feudis Francon. zu rechten Mann-Lehn inprimis Herbipolenſium auf Mann-Lehn, Mann-Lehn-Waare oder auch Leibes-Lehns-Erben* conceſſis.

g) GOTHOFR. ANTONI Diſp. I. §. 4. n. 1. ex Fichardo Conſ. XVII. n. 7. adducit, in archiepiſcopatu Colonienſi talem feudorum ſucceſſionem obſeruari, vt, quamuis litterae inueſtiturae tantum maſcula feuda contineant, tamen deficientibus maſculis proximos heredes ſexus feminei fuiſſe admiſſos. Idem etiam WERNERVS THVMMERMVTH tractatu ſuo *Krumſtab ſchleuſt niemand aus*, adſerere fuit conatus.

natura feudorum, quam neceſſe eſt, recederes. Deinde, cum primus adquirens feuda ſuae adquiſiuiſſe familiae praeſumatur; neptes vero alterius ſint familiae, hae quoque in inueſtitura comprehenſae regulariter non praeſumuntur *h*).

§. CCVI.

Ex femina deſcend. ſunt excluſ.

Ius, quod mihi non competit, in alios transferre non poſſum. Ergo quoque femina ius ſuccedendi, quod ipſa non habet, in ſuos transferre non poteſt deſcendentes. Inde omnes, qui ex femina nati, a ſucceſſione in feuda auita regulariter excluſi praeſumuntur.

§. CCVII.

Femina ſemel excluſa non ſemper excluditur.

In feudis ſucceſſiue femineis, feminae, exiſtentibus maſculis, non ſuccedunt (§. 200.), quae tamen per maſculum ſemel excluſae, non ideo ſemper manent excluſae, quin potius maſculo defuncto et nullis amplius exiſtentibus, aeque ad ſucceſſionem admittuntur *i*). Regula enim

h) I. F. 8. c. vlt. ROSENTHAL cap. VII. concl. XLII. n. 4. ſqq. SCHRADER P. VII. concl. IV. n. 43. G. A. STRVV Cap. IX. Aph. 8. n. 15.

i) I. F. 8. II. F. 17. ſecundum hanc etiam ſententiam ſaepius fuiſſe reſponſum docent VVLTEIVS de *feudis* lib. I. cap. IX. n. 16. HEIGIVS P. I. qu. 26. n. 9. HARTM. PISTORIS lib. II. qu. 35. n. 8. CARPZOV *iurispr.*

enim, quod semel excluſus ſemper ſit excluſus, intelligenda eſt de iis bonis, quae in ſucceſſorem cum libera tam inter viuos, quam mortis cauſa diſponendi facultate deuoluuntur, quibusue deuolutis nullum ſuccedendi ius remanet aliis ſucceſſoribus. Huiusmodi vero generis non ſunt feuda, quippe de quibus libera diſponendi facultas in ſucceſſorem non transfertur (§. 6.).

§. CCVIII.

De ſucceſſione non-lineali agnatica.

In feudis ſucceſſiue femineis non-linealibus agnaticis femina per maſculos adhuc a primo adquirente deſcendentes excluditur (§. 200.). Inde feudum ſemel ad aliquam lineam per feminam deuolutum, ſemper in iſta linea manere non debet, ſed femina illud in filias non transfert, maſculo in alia linea exiſtente. Quod ſi enim vaſallus duas relinquit in feudo ſuccedentes filias, quarum iſta filium, haec filiam ſuſceperit, tunc filius ex vna prognatus, non matri ſolum, ſed etiam materterae, excluſa ipſius filia, ſuccedit *k*). Simili modo

iurispr. for. P. III. conſt. 28. def. 15. B. PARENT Cap. IX. aph. VIII. n. 6. HORN cap. XV. §. 9. GEDARPAEVS *praeiud. Feud.* II. STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſtato* diſſ. I. cap. III. §. 4. SCHILTER *ad ſyntagma* pag. 152.

k) STRYKIVS equidem in *diſſert. de ſucceſſione in feudo maſculis et feminis conceſſo* §. XLVI. contrarium docet, aſt refutatus ad longum in *Oſt-Friſiſchen pro memoria* in

modo si vasallus duos reliquerit filios; quorum vni filius nascitur, alteri filia, filius non patri solum, sed etiam patruo, exclusa huius filia, succedit *l*). Licet enim femina pro ratione lineae praecedat, haec tamen lineae proximitas locum saltim habet inter personas, quae eiusdem sunt sexus, cum sexus ratione masculus a primo adquirente descendens semper excludat feminam *m*). Nisi successio linealis cognatica fuerit introducta, quae lineam, quam semel intrauit, donec superfuerit, non exit (§. 200.). Haec tamen dicta locum non habent in feudis femineis simultaneis, *durchgehend Lehn*, in quibus masculi et feminae coniunctim succedunt (§. 200.).

§. CCVIIII.

in der Riethergischen Erbsache in Beylagen lit. I. et demonstratur, feminas non succedere, donec vnus masculus a primo adquirente descendens superfuerit.

l) II. F. 17. hac adiecta ratione: *non enim patet locus feminae in feudi successione, donec masculus supereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus.* II. F. 51. *c. Similiter.* B. PARENS n. 9. HARTMANN PISTORIS Part. II. qu. 35. n. 3. sqq. CARPZOV Part. III. cap. XXVIII. def. 13. num. 10.

m) II. F. 17. Nec obstat II. F. 50. vbi dicitur, quod successio feudi ad solos et omnes pertineat, qui in eadem sint linea, cum hoc de illis saltim intelligi debeat, qui ad seruitia sunt habiles. HARTMANN PISTOR. *cit. loc.* B. PARENS *cit. loc.* num. 9. HORN Cap. XV. §. VIII. Exemplum in comitatu Saynensi vide apud SCHILTERVM pag. 96.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0254
DFG

§. CCVIIII.

In feudis successiue femineis feminae per masculos excluduntur (§. 200.). Sicuti vero in omni successione spectatur tempus mortis, ita quoque femina tempore mortis vasalli ad successionem admissa, masculo postea demum nato feudum restituere haud tenetur *n*), qui tamen tempore mortis vasalli in vtero sunt, pro natis habentur.

Femina semel ad successionem admissa per masculum postea natum non excluditur.

§. CCX.

Minime tamen pro femineo feudo est habendum, quod per feminam familiae est adquisitum (§. 200.), quia dispensante domino fieri potest, vt femina feudum adquirat masculum (§. 66.). Hoc casu qualitas feudi per adquisitionem a femina factam non alteratur (§. 67.), et in huiusmodi feudo non nisi masculi succedunt (§. 12.) *o*).

Non statim est femineum, quod femina adquisiuit feudum.

§. CCXI.

Deinde a successione feudali excluduntur *Clerici*, qui arma gerere *p*), sangui-

Clerici non succedunt.

nem-

n) II. F. 17.

o) ROSENTHAL Cap. II. concl. XXXVI. num. 17. MATTH. WESENBECIVS Part. II. consil. LXXIV. B. PARENS *cit. loc.* num. 12.

p) ZIEGLER *de clerico milite.* Sic CONCIL. MOG. IV.

nemque effundere prohibentur *q*), ideoque ad seruitia inhabiles sunt equestria. Inde quoque clerici in feuda eo minus succedere queunt, quo certius constat, iure Longobardico laicum ad ordines accedentem sacros feuda amittere, pleno iam iure quaesita *r*). Simili modo et Germanorum consuetudines clericos a successione in feuda excludunt *s*). Imo et A. B. clericos quoad feuda non admittit imperii regalia *t*), quod aliquot saeculorum obseruantia magis confirmatur *u*). Possunt tamen clerici, qui

cap. 74. *Nos, qui reliquimus, saeculum id modis omnibus obseruare volumus, vt arma spiritualia habeamus, corporalia dimittamus.* CONC. WORMAT. sub Pipino celebr. can. 16. *vt arma clerici non portent.* c. 2. X. *de vita et honestate clerici.*

q) NETTELBLATT *de ecclesia sanguinem non sitiente.*

r) II. F. 21. II. F. 26. §. 4. II. F. 30. II. F. 36. II. F. 109. Vide supra (§. 65. not. *b*).

s) IVS FEVD. ALEMANN. c. 4. *Pfaffen, Weiber und Gebauren und alle die nicht Semper-Lut sind, die sollent alle Lehn-Rechts darben.* Eadem habet *ius Saxon. feudale* cap. 2. concordat SPEC. SAXON. Lib. I. Art. 25. AVTOR VETVS *de benefic.* §. 4.

t) Tit. 7. §. 2. tit. 25. §. 4. Et licet in his textibus de principibus electoribus solum sit sermo, ratio tamen ad alios quoque principes applicari potest. DE LVDEWIG ad A. B. T. II. p. 487.

u) DE LVDEWIG singul. dissert. de *Clerico exule successionis in feuda et principatus sacri Rom. imperii.* Cui ILLVST. GEBAVER oppositum scriptum sub tit. *promulsis de quadringentorum annorum vsu, ob quem* ILL. Dnus a LVDEWIG *Clericos in feuda succedere non posse*

qui ordines ſolum minores adſumſerunt, ab iis recedere et in feudis ſuccedere, modo tempeſtiue et antequam feudum fuerit apertum, reſignauerint, alias ius agnatis tempore aperturae quaeſitum, auferri nequit. Reſignare tamen non poſſunt, qui iam in ordinibus ſunt maioribus, dum conſecratio imprimat characterem, ne diſpenſante quidem pontifice, delebilem *x*). Admittuntur quoque clerici, ſi ipſi ſub ſtatu eccleſiaſtico ſimultaneam inueſtituram *die Lehns-Hand* continuauerint *y*), vel ipſis

poſſe opinatur Goet. 1735. nomine Ludewigii reſpondet E. A. ROSSMANN ſcripto, cui titulus: *Promulſis ſublata G. C. Gebaueri pro clericis contra obſeruantiam imper. producta* 1736. Adde IO. GOTT. HOFFMANN *de clericorum in feuda inprimis S. R. I. maiora ſucceſſione.* LÜNIG *ſcripta ſelecta* pag. 163. & p. 1037. MYNSINGER Lib. V. obſ. XLIX. n. 8. BOEHMER *Conſult. et deciſ.* T. I. reſp. 47. pag. 258. MOSER *Staats-Recht* P. XII. p. 345. ill. STRUBEN *rechtl. Bedenken* argum. 166.

x) CONC. TRIDENT. Seſſ. 23. da ſacram. ordin. *Anathema ſit, qui credit, eum, qui ſacerdos fuit, iterum laicum fieri poſſe, character imprimitur, qui nec deleri nec auferri poteſt.* Quare in diſpoſ. Achillis elector. Brandenb. An. 1473. decernitur in caſum: *da die obigen unſere Sohne alſo tieff geiſtlich worden, daſs ſie nimmer warentlich werden mœgen.*

y) Patet hoc ex IVRE FEVD. ALEMANNICO Cap. III. §. 3. *und hat ein Pfaffe einen Bruder oder me Brüder, und empfohet er ein Lehn mit den Brüdern mit einer Lehns Hand und het auch mit In Nutz und Gewehr und ſterbent ſie ohne Lehens-Erben, im blicuet das Lehen mit*

sis successio sigillatim domini et agnatorum consensu fuerit reseruata z). Non excluduntur quoque, quoad priuatorum feuda, *equites religiosi* a), *canonici* b). Apud protestantes vero, clerici cuiuscunque ordinis et dignitatis, etiam episcopi, et minores quicunque in bonis feudalibus legitime succedunt c). Imo clerici feuda, quae in statu persistentes laicali adquisiuerunt, ad clericatum transeuntes, ex Germaniae retinent

mit Recht in dem Rechte, als hievor geschrieben ist. Ratio est, quia simultanea inuestitura ius reale idque consensu domini ac agnatorum tribuit, consentientibus autem et domino et agnatis, clerici succedere queunt.

z) Sic Maximilianus I. imp. Adolpho atque Magno, principibus Anhaltinis indulsit, *dass Ihnen der Geistliche Stand und Priester-Weyhe an Besitz Ihrer angefallenen Lande nicht schaden sollte*, BECKMANN *Anhalt. Historie Part.* III. p. 523. licet haec concessio potius ad conseruationem feudorum faciat, quam successionem.

a) ITTER Cap. XIV. §. XXIV. Et licet Dominus a LVDEWIG Cap. III. §. V. contradicat: exempla tamen, tum apud protestantes, tum apud pontificios docent contrarium.

b) Prout exempla vtriusque religionis docent, licet Dominus a LVDEWIG Cap. III. §. VII. iterum contrarium adserat.

c) *Constit. Elect. Saxon.* XXVIII. STRVBEN *rechtl. Bedenk. arg.* 166. §. 4. v. CRAMER *obseru. iur. vniu.* p. 361.

nent consuetudinibus *d*), licet iure Longobardico illa amittant *e*).

§. CCXII.

Excluduntur praeterea a successione in feuda III) illi, qui ob vitium siue corporis siue animi ad seruitia praestanda plane sunt inhabiles. Tales sunt furiosi, mente capti, muti, surdi, coeci, claudi, qui proinde in feuda tam antiqua, quam noua, non succedunt *f*). Intelligitur tamen imperfectio omnimoda, non aliqualis, aut talis, vt arte medica possit curari, quare etiam surdastri, coecuturientes in feudo succedunt *g*). Excluduntur etiam nani, hermaphroditi, nisi apud hos masculus sexus praeualuerit *h*). Admittuntur vero imperfecti I) in feudis francis, censiticis, conditiona-

Ob imperfectionem qui excluduntur.

d) Quod ex textu IVRIS ALEM. FEVD. cap. 3. *Ein ieglicher Mann, der Ritters-Art ist, mag wohl behalten Lehen zu seinem Leibe,* docet SCHILTER *Cod. iur. feud. Alem.* Cap. 3.

e) II. F. 30. 21. 36. 109.

f) II. F. 36. 106. IVS SAXON. FEVDAL. Cap. XXX. ALEMANN. cap. XLIII. BERGER disp. *vtrum et quousque surdi ac muti feudorum sint capaces.*

g) I. F. 6. B. PARENS Cap. IX. aph. X.

h) LANDRECHT Lib. I. cap. IV. *Uf alt zu viele und Getzwergt erstirbet weder Lehn noch Erbe, noch auf eroppeles Kind, welche dann ir Erben sint, und ire nechste Freunde, die sollen sie halten in irer Pflege.*

ditionatis, mere hereditariis, dum ratio excludendi ceſſet *i*), II) admittuntur etiam ex pacto, ſi in prima inueſtitura hoc definitum, III) ex conſenſu domini et adgnatorum, IIII) ex conſuetudine et ſtatuto loci *k*). Et licet imperfecti ob dictam rationem excludantur, ſecus tamen eſt in ipſorum filiis, ſi extiterint, qui ius non a patre, ſed a primo adquirente habent. His vero tempore ſucceſſionis non extantibus, adgnati ſuccedunt, et feudum hisce, licet poſtea imperfecto filii ſupernaſcantur, auferri nequit *l*). Et licet dominus adgnatis vel ſimultanee inueſtitis non exiſtentibus, inhabilibus gratiam facere *m*), eosdemque ad ſucceſſionem admittere poſſit, cum nemini faciat praeiudicium, his tamen exiſtentibus, eosdem admittere nequit (§. 66.). Quatenus tamen imperfectis alimenta ex feudo debeantur, infra docebimus.

§. CCXIII.

i) SCHRADER Part. VII. cap. V. n. 32. E. PARENS aph. X. HORN cap. XV. §. XIV.

k) LVDWEL *Tr. feud.* pag. 379. DARPAEVS *praeiud. feud.* IV. p. 22.

l) MICHALOR *de coeco, muto et ſurdo* cap. XLVI. n. 18. STRYK *de ſucc. ab int.* I. 3. 11. HORN *cit. loc.*

m) HORN §. XVII.

§. CCXIII.

Alia tamen ratio est, si imperfectio post feudum adquisitum superuenerit *n*). Ob superuenientem enim imperfectionem ius alicui adimere quaesitum, et calamitatem noua augere, iniqui aliquid haberet. *Imperfectio superuen. intellig.*

§. CCXIIII.

Excluduntur IIII) ex pacto *liberi nati ex matrimonio ad legem Morganaticam* contracto. Sunt autem MATRIMONIA AD LEGEM *Excl. ex matr. Morganatic.*

n) II. F. 36. 106. IVRE SAXONICO FEVDALI Cap. XXX. ALEMANNICO Cap. LXIII. *Ein Herre mag den Mann sin Lehen nie genemen noch verzihen, ob er blint ist, oder siner Gewehr mangelt, oder miselsuchtig wirt, oder was Suchtagen er gewinnet.* Vbi SCHILTERVS *miselsuchtig* explicat pro *leprosus.* Docet hoc etiam LANDRRECHT Lib. I. art. IV. *Wirt auch ein Kint gebohrn stumm oder Handelos oder Witzelos oder blint, das ist wol Erbe zu Landrecht, aber nicht zu Lehnrecht, hætte aber ein Man Lehn empfangen, ehe er also gebrechlich worden were, das verleust er damit nit. Uf den miselsüchtigen Man erstirbet weder Lehn noch Erbe, hat er aber das empfangen vor der Seuche und wird si der sich, er verleust es damit nicht.* ANTON. MONACHVS *de recta feud. interpret.* Part. I. c. LVII. CARPZOV Part. III. c. XXVIII. d. VIII. Docet hoc etiam exemplum Iohannis, Bohemiae regis, qui licet coecus factus, nihilominus regnum retinuit, ita etiam iudicatum fuisse, docet SCHILTER ad cap. LXIII. Contrarium tamen de Ludouico Coeco, palatino elector, legimus apud TRITHEMIVM *Chr. Hirsaug. ad Ann.* 1435.

GEM MORGANATICAM *nuptiae legibus ecclesiae conuenienter quidem, ast sub ea conditione initae, vt nec vxor, nec liberi iura familiae consequantur, sed certa pactoque definita portione contenti, a successione in bona et dignitates patris excludantur.* Quamuis vero huiusmodi nuptiae sint vera matrimonia *o*), inter personas habiles accedente benedictione sacerdotali inita, ideoque liberi exinde nati sint legitimi *p*), liberi tamen a successione in bona et dignitates patris ob pactum adiectum excluduntur, sicque in feuda paterna succedere nequeunt *q*), nisi forsan pactum morgana-

o) MYLER *ab* EHRENBACH *Gamologia* c. V. HERTIVS *de specialibus rebus publ.* §. V. HENR. LINCK. *de matrimonio ad L. salicam contracto* cap. II. HENR. COCCEJI *de lege Morganatica.* GABR. SCHWEDER *de matrimonio morganatico.* ITTER *de feudis imperii* cap. XIV. HORN *resp.* VI. §. 9.

p) LINCK *de matrimonio ad L. salicam contracto.* WILLENBERG *select. matrim.* cap. VII. §. 12. B. G. STRVVIVS *iurispr. heroic.* P. II. C. II. sect. III. §. 119. SPENER *Bedenken* apud LÜNIG. *Staats-Consil.* T. I. p. 1511.

q) II. F. 29. Contradicere equidem videtur textus II. F. 26. verbis: filii nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali *ratione contractum est, ne filii ex ea nati patri ab intestato succedant, in feudo succedunt. Nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vsu tamen admittitur.* Negatiuam tamen, *in feudo non succedunt*, hic rectius legi, glossa, codices MSpti et doctores docent, vide BITSCHIVM *ad h. l.* Confirmat nega-

ganaticum ita ſit conceptum, vt liberi non ſimpliciter ſed ſolum in fauorem certarum perſonarum excludantur. Nam hoc caſu mortuis iis, in quorum fauorem excluſio facta eſt, liberi ex matrimonio morganatico nati, ſi eorum ius ex alia cauſa non impeditur, v. gr. quod inaequali matrimonio ſint nati, ſuccedere poſſunt. Huiusmodi matrimonia inter Germaniae proceres occurrunt *r*). Inter priuatos vero ſine conſenſu domini territorialis non permittuntur *s*).

P 3 §. CCXV.

negatiuam MINCVCIVS *Lib.* II. *Tit.* VII. *Cap.* VI. COCCEIVS tamen *de lege morganatica Sect.* IX. hunc textum non de lege morganatica, ſed coniugio inaequali agere contendit, vbi filii ex pacto a ſucceſſione in feuda excluduntur.

r) Huiusmodi matrimonium habuit Fridericus Victorioſus elector Palatinus cum nobiliſſima femina Clara a Tettingen, ex qua duos genuit filios, ſuas tamen ditiones non his, ſed Philippo filio adoptiuo reliquit. Interim filios pro legitimis agnouit, et natu maiori mortuo hoc poſuit epitaphium: Fridericus de Bauaria, filius legitimus Friderici electoris Palatini. Ab altero filio Ludouico, principes et comites de Loewenſtein originem trahunt. V. AVCTOR *iurispr. heroic.* P. II. C. II. Sect. III. p. 120. vbi exempla matrimoniorum morganaticorum inter illuſtres initorum inuenies plura.

s) Priuato quidem aufu hoc nobilibus haud licet. LYNCKER *ad Struu. cap.* IX. *aph.* V. *n.* §. STRYCK. *ad Brunnemanni ius eccleſiaſticum lib.* II. *cap.* XVI. *p.* 588. exemplum nobilis adducit, qui ciuici ordinis feminam cum conſenſu electoris ſub hoc pacto duxerat, idemque *de diſſenſu ſponſalitio Sect.* V. §. LXXII. magis adhuc

§. CCXV.

Vt et ex inaequali nati matrim.

Excluduntur porro V) a succeſſione in feuda praeſertim illuſtrium liberi ex INAEQVALIBVS prognati NVPTIIS, quales ſunt: *quando quis perſonam inferioris ordinis ſibi matrimonio coniungit t)*. Nam matrimonia inaequalia maioribus noſtris ita fuere inuiſa, vt *leges Viſigothorum u)*, *leges Burgundionum x)*, *leges Longobardorum y)*, *lex Salica z)*, *conſuetudinesque Saxonum a)*, vel detruſio-

huc declarat. Auctor dicti conſilii apud LÜNIG *Staats-Conſil.* F. II. *pag.* 1593. etiam exemplum ſuperintendentis adduci, qui tale iniuerit. Adde IO. CAR. NAEVIVM *diſſertatione ſingulari.*

t) Quatuor apud Germanos erant ordines, nobilium, ingenuorum, libertorum, ſeruorum. Quisquis igitur non ex ſuo, ſed infectiori ordine ſibi coniugem copulabat, matrimonium inaequale contrahebat. Inde nobilitatis ſuperioris perſona, ducens nobilem inferiorem ſeu plebeiam vel ruſticam, matrimonio ſe coniungit inaequali. Non vero inaequale eſt matrimonium nobilis inferioris initum cum perſona ciuicae conditionis, quae plenam monſtrare poteſt ingenuitatem. Vtriusque enim et nobilitatis inferioris et ciuicae conditionis homines vnius eiusdemque ſunt ordinis, ingenuorum nempe (§. 56. et 58.). Vberius hanc ſententiam defendit ill. STRVBEN *Nebenſtunden*, P. III. obſ. 21. §. 11.

u) L. III. T. 3. n. 2.

x) Tit. XXXV. §. 2.

y) Lib. II. Tit. 9. §. 2.

z) T. XIV. n. 11.

a) Apud ADAMVM BREMENSEM Lib. I. c. V. *Generis quoque ac nobilitatis ſuae prouidiſſimam curam habentes, nec facile vllis aliarum gentium vel ſibi* INFERIO-

trusionem in seruitutem vel capitis poenam in ea statueriut. Et licet recepto canonico iure ex matrimoniorum fauore, a nimio matrimonia puniendi inaequalia rigore Germani discesserint, liberos tamen ex inaequalibus natos nuptiis a dignitate paterna et a successione in feuda paterna mansisse exclusos, probant collectiones consuetudinum Germanicarum *b*), continua praxis

FERIORVM *connubiis inserti, propriam et sinceram tantumque sibi similem gentem facere conati sunt. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium et liberorum, libertorum atque seruorum. Et id legibus firmatum, ne vlla pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat vxorem, liber liberam, libertus coniungatur libertae et seruus ancillae, si vero quispiam horum sibi non congruentem et genere praestantiorem duxerit vxorem, cum vitae suae damno componat.*

b) IVS FEVDALE SAXON. Cap. XX. *Wo aber ein Sohn seinen Vater nicht ebenbürdig ist, so mœgen des Vaters Lehn-Manne zu Recht wohl wegern von dem Sohn ein Gut zu empfahen. Und auch so gleich ein solcher Sohn lebete nach seines Vaters Tode, er kan doch denen, die an des Vaters Gut gedinge haben, nicht nehmen.* Et IVRE PROVINCIALI SAXON. Lib. III. Art. 72. *Wer den andern nicht ebenbürdig ist, mag sein Erbe nicht nehmen.* Inde obtinuit paroem. *Das Kind gehœrt zur argen Hand,* cum quo consentit IVS ALEMANNICVM Cap. 48. *Es ist niemand semperfrey, denn der Vater und Mutter semperfrey waren. Die von der Mutter frey sind geboren, die sind mittelfrey, und ist er der Mutter semperfrey, und der Vater mittelfrey, die Kinder werden auch Mittelfrey.*

xis *c*), rerum iudicatarum exempla *d*), imo capitulatio imperii nouissima *e*), quae penitus eos excludit. Et licet Eduardi Fortunati Marchionis Badensis liberi, quos ex Maria ab Eicken progenuit, ad successionem in terras Badenses ex decreto iudicii aulici A. cIↃIↃcxxII. fuerint admissi, deinde simili

c) Exstant plura exempla matrimoniorum inter illustres inaequalium, quae collecta vide in B. G. STRVVII *iurispr. heroic.* P. II. Cap. II. Sect. II. et in deductione *die Meinungische Standes-Erhœhungs-Sache betreffend.* LVDEWIG *Erläuterung der güldenen Bulle* P. II. p. 1359. Ast nullum exstat exemplum, quo liberos legitime successionem in dignitates et bona paterna esse consecutos, possit monstrari.

d) Liberi ex matrimoniis inaequalibus Georgii Ariberti et Caroli Frideric Anhaltinorum principum, ius succedendi quidem petierunt, verum non obtinuerunt. BECKMANN *Anh. Historie* P. V. lib. III. cap. 3. §. 5. Simili modo Ottoni comiti ab Tsenburg, quod matre plebeia natus, successio denegabatur ab imperatore, STRVVII *iurispr. heroic.* P. II. Cap. II. §. 44. vide DEDVCTION *die Meinungische Standes-Erhœhung betreff.* p. 91.

e) Art. XXII. §. 4. *Noch auch denen aus ohnstreitig notorischer Miss-Heyrath erzeugten Kindern eines Standes des Reichs oder aus solchen Hause entsprossenen Herrn die Väterl. Titul, Ehren und Würden beylegen, vielweniger dieselbe zum Nachtheil derer wahren Erbfolger und ohne deren besondere Einwilligung, vor ebenbürtig und successionsfæhig erklæhren, auch wo dergleichen bereits geschehen, solches für null und nichtig ansehen und achten.* Et haecce dispositio in comitiis quoque est adprobata. Vide *Staats-Schrifften unter Kayser Franz* P. VI. p. 85. sqq.

mili modo Io. Caroli comitis Palatini in Birckenfeld filii ex Eſther Maria Wizlebia nati, in ditiones ſuccederent paternas, haec tamen ad conſequentiam non ſunt trahenda exempla. Nam decretum in cauſa Badenſi factum inter turbas belli Germanici, praeualentibus armis caeſareis, poſtquam per cladem ad Wimpinam d. IIII. Maii 1622. perculſus admodum proteſtantium exercitus, ob fauorem religionis inſtante potiſſimum nuntio papali Carolo Carafa *f*). Decretum in cauſa Birckenfeldenſi gratia quorundam principum erga praeclarae proſapiae ſtirpem Wizlebiam promouit, licet ſereniſſimi agnati comites Palatini adhuc proteſtentur *g*). Nec codicilli auguſtales, quibus inaequali vxori mariti dignitas, et liberis ius in patris dignitates, inſignia, titulos, prouinciasque ſuccedendi conceditur, contradicentibus agnatis in eorum praeiudicium alicuius ſunt effectus *h*), licet conſenſu imperatoris, agnatorum, omniumque, quorum ratione ſucceſſionis intereſt,

f) PVFFENDORFF *de rebus Suecicis* lib. I. §. 38. Add. CARAFAE *Germania ſacra reſtaurata* p. 125.

g) *Electa iuris publici* T. III. p. 347.

h) *Wahl-Capitul.* Art. 22. §. 3. qui Articulus iam 1658. in *capitulatione Leopoldina* Art. 44. occurrit. In *Ioſephina* ille eſt retentus et adiecta ſunt verba: *Damit nicht die geringern Stände mit denen höhern parificiret werden.* In Carolina Art. XXII. clauſula, Ioſephinae adiecta, eſt omiſſa.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0267
DFG

liberi ex inaequali nati matrimonio possint succedere, vxor quoque dignitatis particeps reddatur maritalis *i*).

§. CCXVI.

Etiam indigni. Tandem quoque VI) ad successionem feudorum non admittuntur indigni, vtpote infames, haeretici, proscripti, feloniae in dominum commissae rei (§. 65.). Imo regula generalis est, qui non potest feudum acquirere, illi quoque in eodem nulla competit successio *k*); quinam vero feuda acquirere nequeant, iam supra cap. IIII. exposuimus.

§. CCXVII.

Duplex successio. In feudis succedunt primi adquirentis descendentes, reliqui omnes regulariter sunt

i) FELTMANN *de impari matrimonio* part. I. Cap. II. *pag.* 53. improbant etiam eiusmodi matrimonia FRID. SCHENCK *comment. ad* II. *F.* XXIX. *num.* 10. *P. de* ANDLO *de imperio Rom. lib.* I. *cap.* XI. ANDLER *iurisprud. public. et priuat. lib.* II. *cap.* XXX. *num.* 16. SPRINGSFELD *de apanagio cap.* III. *num.* 306. NICOL. BETSIVS *de pactis illustrium cap.* VI. §. XXIV. SECKENDORF *Fürsten-Staat part.* II. *cap.* V. *num.* 20. SCHILTER *ad ius feud. Alemann. cap.* XL. Addatur potissimum CEL. ESTOR differt. *de odio erga matrim. inaequalia*, et NOSTRA differt. *de matrimonio inaequali in iurispr. heroica* P. II. C. H. G. L. BOEHMER differt. *de matrim. inaequali.*

k) ROSENTHAL cap. VII. concl. 26. n. 9.

sunt excluſi *l*) (§. 195.). Ergo intuitu primi adquirentis omnis, quae in feudo obtinet, ſucceſſio eſt deſcendentium. Conſtituunt vero primi adquirentis deſcendentes plures ſaepe lineas, quae ſibi inuicem ſunt collaterales, et inde, ſi in ſucceſſione ad vltimum reſpicis defunctum, collaterales quoque in feudis ſuccedunt *m*). Hinc duplex eſt feudorum ſucceſſio, deſcendentium nempe et collateralium.

§. CCXVII.

Succeſſio deſcendentium quomodo fiat?

In ſucceſſione vero deſcendentium (§. 216.) prima cauſa liberorum eſt *n*). Quod ſi igitur ſoli adſunt filii, iſti viritim, ſiue in capita ſuccedunt, niſi primogeniturae ius fuerit introductum *o*). Immo etiam poſthumi, quibus iura heredum legitimorum non ſunt deneganda *p*). Quod ſi vero cum filiis deſcen-

l) I. F. 15. 20. c. 1. II. F. 11. 31.

m) II. F. 11.

n) II. F. 11. *Mortuo eo, qui beneficium tenet, prima cauſa liberorum eſt*, quod Obertus de Orto deſumſiſſe videtur ex §. 2. *de hered. qual. et differ.*

o) II. F. 11. 15. 50. I. F. 1. cap. 1. I. F. 8.

p) Licet olim fuerint excluſi, prout patet ex FRAGMENTO HISTORICO ad an. 1238. *Henricus comes prouincialis Alſatiae decedens ſine herede, feuda plurima, quae tenebat ab imperio et epiſcopatu et ab aliis ad dominium ſuae proprietatis, ſunt reuocata, quia frater eius in ipſis feudis nihil iuris habebat, et uxori eius nihil aliud remanſit, niſi pauca praedia, quae eiusdem erant, quae pauco tempore poſt enixa eſt filium.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0269
DFG

descendentes ex filiis antea defunctis concurrunt, hi ex iure repraesentationis succedunt in stirpes *q*). Si soli adsunt descendentes vlteriorum graduum, hi aeque iure repraesentationis succedunt in stirpes, siue vnius eiusdemque sint gradus, veluti nepotes, siue diuersi fuerint gradus, vt nepotes et pronepotes *r*). Idemque ius repraesentationis in linea recta obtinet in infinitum, non solum de iure feudali communi *s*), sed etiam Saxonico *t*).

§. CCXVIII.

Successio adscendentium.

Vasallo sine liberis masculis defuncto, huius adscendentes non succedunt. Sunt enim feuda vasallo concessa, pro se suisque descendentibus feudalibus *Leibes-Lehns-Erben u*), quales cum non sint adscendentes, hi quoque ex natura successionis feudalis a feudis descendentium excluduntur *w*). Sunt tamen varii casus, quibus pater

q) I. F. 8.
r) I. F. 8. Nou. 118. c. 1.
s) II. F. 50.
t) HARTMANN PISTOR Lib. II. quaest. XIX. n. 95. CARPZOV *Part.* III. *Constit.* XXIX. *def.* 15.
u) II. F. 12. I. F. Sax. cap. VI. XXI.
w) II. F. 50. decernitur: *Successionis feudi talis est natura, quod adscendentes non succedant.* IO. GEORG. BEYER *probatio adscendentium in feudis nullam esse successionem.* IO. TILEMANN *de successione adscendentium tam in allodialibus, quam in feudalibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0270
DFG

pater ad successionem admittitur; nempe *primo*, si pater, defuncto auo, feudum antiquum in fauorem filii refutauerit, hic vero, patre adhuc viuo, sine heredibus feudalibus decesserit, tunc pater, excluso etiam defuncti fratre, succedit, dum ipse iuri suo in successionem feudi antiqui in filii saltim fauorem renuntiauerit *x*), nisi feudo plene se abdicauerit, et filium quasi de feudo nouo inuestiri curauerit *y*). *Deinde*, pater in feudo succedit, si ex pacto inuestiturae adiecto hoc ita fuerit expressum *z*). *Tertio*, admittuntur adscendentes in feudo mere et absolute hereditario. *Quarto*, obtinet etiam ex consuetudine vel constitutione speciali eadem successio *a*).

§. CCXVIIII.

Vasallo sine liberis masculis defuncto, COLLATERALES, a primo adquirente descendentes, succedunt (§. 195.). Duplex vero in Ger- *Collateral. successio duplex.*

x) II. F. 14. 49. SCHILTER *de nat. succ. feud.* cap. II. §. X. HORN cap. XVI. §. 2.

y) Sic in camera imperiali pronuntiari testatur MYNSINGER *cent.* 3. *obs.* 93.

z) II. F. 84. SCHRADER Part. VII. cap. V. num. 5.

a) In Franconiae feudis etiam adscendentes succedere, docet PETR. RODER. DEMERATH in *fasc. iur. Francon.* differ. 14. P. III. p. 152. Idem dicendum de feudis Zutphaniae, FRID. a SANDE *com. consuet. Geldriae* Part. II. p. 65. n. 20. SIMON van LEEUWEN *censura for.* lib. XII. n. 2. p. 218.

Germaniae foris ratione ſucceſſionis collateralium ius obtinet, iuris nempe communis et Saxonici. De vtraque igitur erit agendum, et primo quidem de ſucceſſione collateralium Longobardica, quae fit ex iure ſanguinis.

§. CCXX.

Pr. adquir. collater. quando admittuntur.

Collaterales vltimi defuncti vaſalli in feudis ſuccedunt, aſt non omnes, ſed illi ſolum, qui ex ſanguine primi adquirentis deſcendunt (§. 195.). Ergo excluduntur omnes, qui ſanguinem ex primo non ducunt adquirente. Hinc ad ſucceſſionem adſpirare nequeunt primi adquirentis collaterales, etiamſi vna cum eo de vno eodemque feudo ſint inueſtiti *b*). Sunt tamen quidam caſus excepti. Nam collaterales adquirentis admittuntur, I) ſi vel per inueſtituram vel per pactum ipſis fuerit conceſſum, vt mortuo ſine heredibus vaſallo ſuccedant, dum pacta inueſtiturae ſint ſeruanda *c*). II) Nobiles etiam Franconiae, qui

b) I. F. 1. §. 2. *Sin autem vnus ex fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto ſine legitimo haerede, frater eius in feudum non ſuccedit, quod etſi communiter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum fuerit.*

c) I. F. 14. c. 2. I. F. 20.

qui sunt *von einem Schild und Helm*, successionem exigunt, licet a primo non descendant adquirente. Huiusmodi feuda vocantur *Helm-Lehn d*). III) Iure quoque Megapolitano adquirentis fratres fratrumque liberi succedunt *e*).

§. CCXXI.

Feuda sunt vel antiqua vel noua.

In feudis collaterales adquirentis non succedunt (§. 220.). Ast ad successionem admittuntur collaterales vltimi defuncti vasalli, qui ab adquirente descendunt (§. 195.). Exinde orta est distinctio feudorum in NOVA et ANTIQVA. FEVDA ANTIQVA sunt, *si agnati adsunt, qui ab adquirente descendentes ius succedendi habent quaesitum.* Si vero agnati desunt, *qui ab adquirente ius succedendi habent*, FEVDVM dicitur NOVVM. Antiqua feuda vocari solent: *ex pacto et prouidentia quaesita*, *Stamm-Lehn*, *Altlehn*. Diffe-

d) LÜNIG *corp. iur. feud.* T. I. p. 1246. ill. SENCKENBERG *in select. iur. et historiar.* Tom. II. praef. p. 12. Adde *Vertheidigung der alten hergebrachten Frænckischen Lehns-Gewohnheit* de successione omnium, qui sunt de gente. Ratio huius consuetudinis exinde est, quod feuda Franconiae pleraque sint oblata, et oblatio allodiorum auitorum sine agnatorum consensu fieri non potuerit, vide HELLFELD *de restricta illustr. alienandi facultate maxime quoad allodia auita* §. 12. KOPP. *Proben des teutschen Lehn-Rechts* T. II. p. 40. sq.

e) IVS MEG. FEVD. Tit. 10. art. 22. et 24.

Differunt feuda noua ab antiquis, quod in his ſucceſſio agnatis ex pacto primi adquirentis ſit quaeſita, in illis vero non *f*). Diuiſio in feuda *paterna*, *materna*, *fraterna* nominalis, non realis eſt *g*). Caeterum in dubio nouum potius feudum, quam antiquum praeſumitur, quia ſucceſſionem adpetens feudalem, deſcendentiam ab adquirente debet probare *h*). Niſi forſan agnatus partem feudi iam poſſideat *i*).

§. CCXXII.

Dominus poteſt feudum nouum ſuſc. antiqui conferre.

Collateralium ſucceſſio in feudis antiquis ſolum, minime vero in nouis locum habet (§. 221.). Poteſt tamen dominus feudo nouo qualitatem et effectum feudi antiqui tribuere, idemque *nach Art und Eigenſchafft eines rechten alten Stamm-Lehns* conferre, quo caſu agnatorum ſucceſſio tanquam in feudum antiquum locum habet *k*). Manet quoque feudum antiquum, licet ob feloniam agnati poſſeſſoris amiſſum, et deinde ex gratia domini vaſallo fuerit reſtitutum *l*). Quia

f) II. F. 3. pr. 11. 13. 15. 92.
g) I. F. 15.
h) I. F. 12.
i) II. F. 33. §. 2. et I. F. 12.
k) II. F. 18.
l) Docent hoc exempla reſtitutionis Io. Friderici, Saxoniae Electoris, Caroli Ludouici Palatini, et Maximiliani Emanuelis, Bauariae Electoris, quorum feuda regalia poſt reſtitutionem ſemper manſerunt antiqua.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0274
DFG

Quia vasallus feloniae reus facto suo agnatis ius quaesitum ex facto acquirentis auferre haud potuit (§. 13.). Porro quoque naturam antiqui retinet feudi, si consensu agnatorum in alium agnatum est translatum *m*). Secus si in extraneum *n*). Dum agnatis ob consensum interpositum nullum ius ex facto acquirentis remanet. Minime vero antiqui feudi natura manet, si filius paternae haereditati penitus renuntiauerit, dominus vero, agnatis consentientibus, ipsum de feudo inuestiuerit, quia filius tanquam successor in feudo paterno considerari nequit, sed nouus fit adquirens *o*).

§. CCXXIII.

In successione collateralium feudali non ad gradus solum, sed ad lineae quoque proximitatem est respiciendum. LINEA est *complexus plurium personarum a communi stipite descendentium.* Iam vero praeter communem stipitem vniuersalem, primum nempe adquirentem, plures in progenie eius dari possunt stipites communes, et inde plures enascuntur lineae, quorum proximitas ex proxi-

Quid sit linea.

m) II. F. 26. pr. II. F. 29. pr. ROSENTHAL cap. II concl. XXII. n. 4. 5.

n) II. F. 5. §. 1. ROSENTHAL l. c. n. 1. 2.

o) II. F. 45. nec obstat. II. F. 49. cum diuersa sit ratio refutationis ac repudiatae haereditatis paternae.

proximitate communis aestumanda venit stipitis. Quo fit regula: *quo proximior communis stipes, eo proximior est linea.* Inde successio linealis, vbi secundum lineae proximitatem succeditur, et feudum semel in lineam quandam deuolutum tamdiu in illa manet, quam in ea exstant personae successionis feudalis capaces.

§. CCXXIIII.

Successio lin. in feudis.

Vt vero in feudis successio obtineat linealis, et leges *p*) et natura iubent feudorum. Omnis enim communis stipes per inuestituram feudum sibi suisque adquisiuit descendentibus (§. 195.). Quamdiu igitur a stipite communi proximo adhuc descendentes adsunt, reliqui a remotiori descendentes stipite manent excluſi. Proximioris stipitis communis descendentia proximiorem facit lineam (§ praec.) Ergo quamdiu ex proximiori linea descendentes adsunt, illi, qui sunt ex aliis lineis, sunt excluſi.

§. CCXXV.

p) II. F. 50. *Si ille, qui feudum habet, decesserit, nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perueniat, quaeritur? Respondeo, ad solos et ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur ad proximiores pertinere. Isti vero proximioris lineae esse dicuntur, respectu* aliarum linearum; *sed omnibus ex hac* linea *deficientibus omnes aliae* aequaliter *admittuntur.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0276
DFG

§. CCXXV.

Proximus communis stipes est pater. Ergo proxima eaque prima linea est patris. In feudali successione proxima linea reliquas excludit (§. 224.). Ergo vasallo sine liberis mortuo succedit linea patris. In hac sunt fratres fratrumque liberi. Ergo hi reliquos excludunt agnatos *q*) (§. cit.). Et quidem primo loco succedunt defuncti fratres *germani r*) simul cum fratribus *consanguineis s*) in feudis paternis, et simul cum fratribus *vterinis t*) in feudis maternis. Concurrunt etiam *fratrum* demortuorum, sive germani fuerint, sive consanguinei, *filii*, cum fratribus adhuc viuentibus in stirpes, ex iure repraesentationis *u*), quod tamen

Successio lin. primae.

q) II. F. 11.
r) II. F. 11.
s) II. F. 11.
t) II. F. 30. HORN cap. XVI. §. VI.
u) II. F. 11. *His vero deficientibus, vocantur primo fratres cum fratrum praemortuorum filiis, deinde agnati vlteriores. R. I. Wormat.* de an. 1521. §. 21. SCHRADER Part. VII. cap. VII. p. 15. Allegari hanc in rem solet art. XXXII. *Lehnrechts*, de quo tamen adhuc dubitat HARTMANN PISTOR. P. II. qu. XXII. num. 4. Add. ROSENTHAL Cap. VII. concl. LVI. n. 8. MYNSINGER III. Obs. XCIV. BERLICH Part. III. c. XXIX. d. 3. CHRISTINAEVS vol. VI. Dec. LV. B. PARENS cap. IX. aph. VI. num. 3. TITIVS *Lehn-Recht* cap. XXII. §. 21. STRYCK *de succ. ab intest.* differt. III. Cap. II. §. IV. V. ITTER Cap. XV. §. X.

men vltra tertium gradum locum non habet. Fratribus vero non existentibus, soli fratrum liberi succedunt in capita *x*), patruis exclusis, quippe qui ex remotiori sunt linea (§. 224.).

§. CCXXVI.

Reliquae lineae succ. Fratribus et fratrum filiis amplius non existentibus, succedunt in infinitum omnes vlteriores agnati *y*), per sexum masculinum vltimum defunctum attingentes, et ex sanguine primi adquirentis procreati *z*), et quidem suo ordine, id est, secundum gradus *a*), et lineae proximitatem *b*); non ex persona primi adquirentis, sed vltimi defuncti aestumandam *c*).

§. CCXXVII.

x) Secundum recessum imperii Spirensem A. 1520. item *als bisher*, dum iure feudali nil aliud dispositum. HORN cap. XVI. §. VIII. IX. STRYCK §. 6.

y) I. F. 1. §. 4. dicitur: *Hoc quoque sciendum est, quod beneficium hoc ad venientes ex latere vltra fratres patrueles non progreditur successione secundum vsum ab antiquis sapientibus constitutum: licet moderno tempore vsque ad septimum geniculum sit vsurpatum, quod in masculis descendentibus nouo iure vsque in infinitum extenditur* II. F. 50. Adde ITTERVM c. XV. §. 1.

z) I. F. 11.

a) II. F. 37. verbis *proximiorem*. Vide ANDR. KNICHEN *de vestitura pacti*. Part. III. cap. III. num. 1. sqq.

b) II. F. 50.

c) GAILIVS equidem lib. II. obs. CLIV. num. 3. contrarium sentit, proximitatem non a persona, a qua incepit,

§. CCXXVII.

Nullo vero ex ista linea, in qua fuerat defunctus, amplius existente, ad lineam secundam, tertiam et porro, vsque dum ad primum adquirentem deuentum fuerit, adscenditur, tunc nulla amplius lineae ratio haberi potest, atque omnes aequaliter admittuntur *d*), ita tamen, vt aequalis linearum successio proximitatem gradus non excludat, sed pariter ad lineam, deinde ad gradus proximitatem sit respiciendum, prout sequens schema docet:

Quid obtineat, si ad primum adquirentem fuerit deuentum?



Defuncto vasallo (A) succedit (B) prae (C), licet sit gradu remotior, quia est ex eadem

incepit, esse computandam statuens. Contrarium patet ex I. F. II. 14. c. 1.

d) Sunt equidem, qui volunt, dum textus dicat, *omnes aliae lineae vocantur aequaliter*, intelligi, omnes reliquas lineas simul in stirpes succedere, ROSENTHAL cap-

linea prima. Extincta vero cum (B) linea prima, succedit (D) ex linea altera cum exclusione (E) ob proximitatem gradus, quamvis E et D defuncto ratione lineae aequaliter sint coniuncti *e*).

§. CCXXVIII.

Quotuplex successio linealis.

Est vero successio LINEALIS vel *iuris communis*, vel ex iure *primogenitorae*. In *illa* seccedunt omnes, qui sunt ex proxima linea secundum proximitatem gradus. Ast in hac succedit ex vltimi defuncti descendentibus primogenitus vel qui ab hoc descendit primogenitus. Si vero vltimus defunctus absque liberis decessit, succedit proxima linea et in hac fundatoris lineae primogenitus, vel ex huius descendentibus primogenitus in infinitum *f*). Est vero haec suc-

cap. VII. concl. LVII. num. 47. Vox equidem *aequaliter* I. F. 1. c. 1. et l. F. 8. *pr. coniunctim* notat, quod etiam hic locum habet, vt omnes aliae lineae coniunctim vocentur, vt nulla amplius prioritas lineae, gradus tamen, locum habeat, *eine Linie habe so viel Recht als die andere.* COTHMANN Volum. I. Resp. XXVI. num. 46. STRYCK *de succ. ab int.* differt. III. d. II. §. XII. Nouiter hanc sententiam speciosis argumentis defendit GEORG. FR. PREÜSCHEN *rechtliche Ausführung, daß die Lehns-Folge der Seitenverwandten in theilbaren Lehen nach den Stämmen und nicht nach dem nähern Grade zu beurtheilen sey.* 1751. fol.

e) B. PARENS Cap. IX. aph. VII. num. 7.

f) Schema successionis in Electoratu Palatino an. 1685. exemplum praebebit:

Stepha-

ſucceſſio linealis ex iure primogenitorae vel agnatica vbi ſolum maſculi, vel cognatica, vbi quoque feminae admittuntur. Iſta in ſucceſſione electorum obtinet, haec vero, maſculis non exſiſtentibus, in regnis et feudis femineis, prout in regno Hiſpaniae et terris Auſtriacis.

Q 4 §. CCXXVIIII.

Stephanus

lin. Simmerenſis — *lin. Bipontinae*

lin. Simmerenſis		*lin. Bipontinae*
Fridericus		Ludouicus Niger
Ioannes I.		Alexander
Ioannes II.	*lin. Neuburgenſis.*	*lin. Veldentina.*
Fridericus III.	Ludouicus.	Rupertus
Ludouicus IV.	Wolfgangus.	Georg. Ioan.
Fridericus IV.	Philipp. Ludou.	Georg. Guſtau.
Fridericus V.	Wolfg. Guilielm.	Leop. Ludou.
Carol. Ludou.	Phil. Guilielm.	
Carolus.		

Hoc caſu Philippus Guilielmus et Leopoldus Ludouicus intuitu vltimi defuncti Caroli, ſunt in vna eademque linea, quia vtriusque vnus idemque cum vltimo defuncto communis ſtipes, Stephanus nempe. Inde ſecundum ſucceſſionem linealem iuris communis Leop. Ludouic. Veldentinus excluderet Neoburgicum, quia in vna

§. CCXXVIIII.

Quod si duo fuerint primi adquirentes quid iuris.

Quod si vero duo fuerint primi adquirentes, vna linea extincta, omnes reliqui ex alterius primi adquirentis linea admittuntur, quia tunc non tanquam collaterales, sed ratione communis stipitis considerantur. Sint igitur bini adquirentes



Defuncto igitur Caecilio, omnes tres lineae a Sempronio descendentes simul succedunt *g*).

§. CCXXX.

vna eademque linea proximior gradu est. Ast quia in Electoratibus ex iure primogenitorae succeditur, Neoburgicus Veldentinum excluſit, quippe qui ex primogenito descendit. Fundamentum huius successionis est cap. VII. A. B. quem textum illustrant FREHER in sing. *comment. ad cap.* VII. A. B. ARNOLDVS ENGELBRECHT *de successione in electoratus ex iure primogenitorae.* GOLDAST. *senior* s. *de maioratu.* IO. SCHILTERI et IO. WOLFFG. TEXTOR scripta *de successione lineali* inserta sunt *Codici iur. feud. Alem.*

g) B. PARENS num. 8. qui illud praeiudiciis confirmat.

§. CCXXX.

Transimus ad successionem collateralium iuris Saxonici (§. 219.), quae fit ex iure simultaneae inuestiturae. Est vero SIMVLTANEA INVESTITVRA in genere *translatio vtilis dominii vnius eiusdemque rei in plures sub nexu feudali iudicialiter facta* (§. 115.). Huiusmodi inuestitura pluribus vel pure, vel sub conditione aperturae conceditur. Posteriori casu SIMVLTANEA INVESTITVRA EXPECTATIVARIA enascitur, quae non purum, sed conditionatum in casum aperturae transfert dominium (§. 130.); priori vero casu SIMVLTANEA INVESTITVRA PVRA adest, quae pluribus vnius eiusdemque feudi purum tribuit dominium vtile *h*). Posterior haec species, quamuis Longobardis haud fuerit ignota, apud eos tamen ius in alterius partem succedendi non praestat, nisi in inuestitura expresse hoc dictum fuerit *i*).

Definitio sim. inuest. eiusque species.

h) SCHMID *de diuersis simultaneae inuestiturae speciebus.*

i) I. F. 1. c. 2. I. F. 14.[1] c. fin. *si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, et non de paterno, si vnus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit inuestiturae, quod frater fratri succedat.* II. F. 12. 18. AVG. BALTHASAR *de indole genuina simult. inuestiturae germ. eiusque cum Longob. collat.*

§. CCXXXI.

Origo sim. inuestitur. Ad ius succedendi collateralibus in feudis auitis conseruandum Germani ab antiquis temporibus simultanea inuestitura pura vtebantur. Nam ex iuris patrii antiqui principiis non nisi vltimi possessoris descendentes in feudis succedebant, fratres vero, ac reliqui agnati, ab adquirente licet descendentes, erant excluſi (§. 196.). Hinc pater ex hac vita decedens feudum in omnes, quos superstites habebat filios, transmittebat, qui feudum paternum pro indiuiso possidentes ex communionis iure *k*) fratri nullis relictis filiis defuncto succedebant. Iure vero communionis per diuisionem vel alienationem suae partis cessante, fratri nullum amplius ius in fratris feudum succedendi competebat *l*). Ex quibus

k) *nostrum* progr. 1. et 2. *de successione ex iure communionis.*

l) confer. textus iam supra ad §. 196. in nota adductos, quibus adhuc alium adiungimus locum, desumtum ex IVRE CAESAREO lib. III. tit. 31. apud PERILL. A SENCKENBERG *corp. iur. feud.* p. 17. verbis: *Wo tzwene Bruder sint, dy Lehn met enander han vnn benœdiget den eynen daz her syn Lehin muſs eynen frembden manne verkauffen, der ſall wiſſin ob der Bruder ſterbet der ſin Lehin nicht verkaufft ane Lehin erbin daz ſin kint dy von eme gebohrn werdin daz das Lehin vellet uf dem der ſich in daz Lehin gekauft hat, vnn nicht uf dem Bruder der ſin Lehin recht an dem gude verkauft hat ſint in daz riches rechte ſtet geſchrebin: Wer ſich in*

quibus patet, collaterales ad conseruandum ius succedendi in feuda, quae eorum patris fuerant, in communi dominio permanere oportuisse. Si igitur fratres feudum in se deuolutum diuidere, vel vni ex fratribus integrum cedere, sibi vero, in casu, quo possessor feudi sine filiis decederet, ius succedendi in eius feudum sibi conseruare vellent; necesse erat, vt diuisio vel cessio solummodo quoad possessionem, et exercitium dominii, minime vero quoad ipsum dominii ius fieret, sicque omnes et singuli in nexu vasallitico manentes a domino directo inuestituram acciperent, et existente casu renouarent simultanee. Inde orta est SIMVLTANEA INVESTITVRA, quae in eo sensu, quo ius succedendi tribuit, *est actus, quo dominus directus simultaneum in feudo dominium pluribus sub nexu fidelitatis pure et iudicialiter confert, ita tamen, vt possessor solum dominii exercitium h. e. possessionem et ius vtilitatem percipiendi, reliqui vero in casu demum aperturae possessionem et ius vtilitatem percipiendi accipiant.* Simultanea igitur inuestitura fit 1) pluribus, qui 2) omnes condominium feudi vtile idque 3) purum accipiunt, 4) ius tamen vtilitatem ex feudo percipiendi et eius possessio

in Lehin kaufet met des keysers rechte der sall ez belehnit sin, met dez kaysers gude.

sessio penes vnum vel quosdam solum manet, et 5) reliqui inuestiti codominio contenti, possessionem et ius vtilitatem percipiendi, casu demum aperturae accipiunt *m*).

§. CCXXXII.

German. dicitur Mitbelehnschafft etc.

Simultanea, quam descripsimus, inuestitura Germanis dicitur: *die gesamte Hand n*), *die Lehnshand o*), *die Mitbelehnschafft*, *das Gewehr*

m) Nobiscum consentit ILL. ESTOR differt. *de inauguralionibus beneficiariis* Cap. I. §. 26. vbi variis praemissis tandem sic finit: *Vno verbo: feudi possessor habet dominium vtile huiusque exercitium, simultanee inuestitus condominus quidem est, ita tamen, vt dominii exercitio destituatur.*

n) Idque ideo, quia simultanee inuestiti interdum manu adprehendunt vexilla, vel alia signa, quibus alter primario inuestitur, aut etiam pallium, prout in inuestitura ducum Saxoniae videmus, *Altenburg, Weymar und Gotha knieten in einer Reihe nach, und griffen an der Herren Abgesandten von der Chur-Linie ihre Mæntel*, STRYCK *exam. iuris feud.* p. 421. Adde SCHILTERVM *de simult. inuest.* Cap. I. §. 4. Vocatur alias communis manus, prout in diplomate Theodorici domini de Altena: *quod terram teneamus ego et consanguineus meus Wilhelmus communi manu a dicto comite Hollandiae.* Et paullo post: *Quicunque vero nostrum, scilicet Ego et consanguineus meus, absque herede moritur, alius praefatæ bona, quae communi manu tenemus in feudo a comite solus retinebit.* ANTON MATTHAEI *not. ad res Vltraiect.* p. 98. Manus coniuncta dicitur in Ludouici Brandenburgici diplom. apud LVDEWIG *reliqu.* T. VII. p. 76.

o) IVRE FEVD. ALEM. c. III. §. 3. *empfehet er ein Lehn mit dem Bruder mit einer* LEHNS-HAND.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0286
DFG

Gewehr und Gedinge p), *Samtlehn*, *Insatz*. Et haec simultanea inuestitura, quia dominium vtile purum tribuit (§. 231.), differt 1) ab expectatiua (§. 126.), 2) ab inuestitura expectatiuaria (§. 130.), deinde 3) simultanee inuestitus differt a vasallo possessore. Simultanee inuestiti dicuntur *Mitbelehnte*, *Mitbeschriebene*.

§. CCXXXIII.

Inuestitura simultanea tribuit condominium vtile (§. 230.), et hocce condominium aut nouiter per simultaneam inuestituram adquiritur, aut ab adquirente iam quaesitum conseruatur. Et inde doctrinae causa in NOVAM et RESERVATAM diuidi potest simult. inuestitura. *Est vel noua, vel reseruata.*

§. CCXXXIIII.

Iure Longobardico agnati ab adquirente descendentes per se succedunt, et simultanea non indigent inuestitura (§. 195.). Ast iure patrio antiquo collateralium nulla ex iure adquirentis, sed ex simultanea inuestitura successio locum habebat (§. 231.). Et quamuis recepto iure Longobardico in pluribus Germaniae prouinciis collaterales sanguinis iure ad successionem admittuntur, populi tamen, qui Saxonicis iuribus viuebant, *Simult. inuestitur.* *Germ. in Saxon. retenta.*

p) I. F. SAX. cap. LIX. cap. LVII. c. LXXII. LANDRECHT lib. I. artic. 32.

bant, maiorum retinuerunt, et adhuc hodie seruant, institutа, ita, vt collaterales non nisi ex simultanea inuestitura successionem adspirare possint. Inde illa dicitur SIMVLTANEA INVESTITVRA SAXONICA, DIE SAECHSISCHE MITBELEHNSCHAFT, seu DIE SAECHSISCHE GESAMMTE HAND, quae tamen non tam Saxonicae, quam Germanicae originis est, imo et extra Saxoniam hodie adhuc in quibusdam familiis conseruatur *q*), non quidem ex necessitate, sed consilii ratione.

§. CCXXXV.

q) Probant varia diplomata apud SCHILTERVM *de inuestitura simultan. principum*, quod principes imperii ex iure simultaneae inuestiturae successerint, siue, prout antiquae chartae habent, *in Gemeinschafft gesetzet*, vel prout in diplomate Caroli IV. imp. de anno 1362. vbi Rudolphus Marchio Badensis in simultaneam inuestituram recepit Rupertum Seniorem elect. Palatinum, habetur: *zu einem Gemeiner genommen in der obgem. Lehen und hat der mit yme einmutiglich zusammen geleget, also dass er dieselben Lehen semmentlich mit yme tragen solle in solcher Bescheidenheit, ob der egen: Marggrafe Rudolph also stürbe, das er etliche Leibes Erben Mannes-Geschlechte hinter yme nit liesse, denn der egen: unser Schwager H. Ruprecht dieselben Lehen erben sol on alles Hinderniss.* Eadem simultanea inuestitura etiam in sereniſſima gente Palatina obtinuit. Sic enim per recessum Marpurgensem anno 1543. inter Wolfgangum atque Rupertum conuenit, vt Wolfgangus quidem de feudis imperii inuestiretur, *also dass Hertzog Ruprecht und S. Lbden Mannliche Lehn-Erben uf den Fall, da Herzog Wolfgang und S. Lbden Mannlich Leibes-Erben alle mit Todt abgehen würden, in solcher Lehnschafft auch*

§. CCXXXV.

Simultanea inueſtitura, quae Saxonica dici (§. 234.) ſolet, hodie ad ſucceſſionem collate. *Quibus terris illa obtineat.*

auch begriffen ſeyn ſolle. Inde per receſſum Heidelbergenſem de anno 1545. Fridericus II. elector Palatinus cum Ottone Henrico, eiusdemque fratre Friderico Bellicoſo, Ioanne Simmerenſi, Wolfgango Veldentino Heidelbergae fuit pactus, vt bini poſteriores de terris electoralibus ſimultaneam peterent inueſtituram *formul. ſucceſſ. Palat.* Sect. I. §. XXXIII. Quare etiam, dum Wolfgangi primogenitus Philippus Ludouicus de Bipontino ducatu inueſtiretur, expectatiua etiam *die Anwartung* ad reliquos fratres fuit directa. Vide *form. ſucceſſ. Palat.* pag. 353. Sic etiam per *pac. Weſtphal.* art. IV. §. 5. 9. electori Palatino ſimultanea inueſtitura in terras Bauaricas fuit conceſſa. Exemplum etiam praebet ducatus Pomeraniae, dum per pactum Grimnicenſe anno 1528. ita conuenerit: *vicisſim, vt de ſucceſſione in Pomeraniae ducatu vacante, marchioni tanto certius cautum ſit, licere ei, quotiescunque imperator ducibus Pomeraniae feudum conferret, in ſignum ſimultaneae inueſtiturae, vexillum vna prehendere.* CERNITIVS *elect. Brandenb.* p. 52. Immo inter electorem Brandenburgicum, et marchiones lineae Franconiae ſimultanea inueſtitura adhuc obtinet. Quare etiam IOACH. a RVSDORF *Vindic. cauſae Palatinae* cap. XXII. num. 28. *Nihilominus tamen ſolent omnes fere illuſtres familiae in imperio, etiam vbi iure Franconico viuitur, velut in ſuperabundantem cautelam ius ſimultaneae inueſtiturae ſeu coniunctae manus habere, dum vel Princeps et caput familiae, nomine reliquorum, vel ipſi etiam agnati ſimul petere et impetrare ſueuerunt.* Inde ordin. iudicii aulici Tit. III. diſponit: *In welchen Geſchlechten und in denenjenigen Reichs-Kreyſen, da die ſimultanea inueſtitura hergebracht und in Gebrauch, dabey ſoll ſolche auch gehalten, und derſelben nachgelebet werden.*

collateralium neceſſaria eſt in terris Saxonicis, Miſnenſibus, Thuringicis *r*), in Marchia Brandenburgica *s*), terris Baruthinis *t*) et Anhaltinis *u*), ducatu Magdeburgico *x*), Pomeraniae ducatu *y*), terris Brunſuicenſibus et Luneburgicis *z*), abbatia Quedlinburgenſi, dum in eadem ius Saxon. fuerit receptum. De Haſſia vide ILL. ESTOR

r) *Torgauiſch Ausſchreiben de anno* 1583. *tit. welcher-geſtalt die Agnaten §. denn dieweil; verbis: vermæge Landübl. Sæchſiſchen Rechtens unter denen Agnaten und Schwerdtmagen keine andere Succeſſion oder Lehn-Folge iſt, denn welche man durch die ſæmtliche Belehnung und geſamte Hand überkommt.* Adde Part. II. Conſtit. elect. XLV.

s) RECESS. PROV. de An. 1553. RHETIVS I. F. I. pag. 94. SCHEPLIZ *in conſuetud. March.* P. III. Tit. III. §. X. num. 10. MÜLLER *in pract. March.* Reſ. LXIX. num. 25.

t) *Culmbach. Lehns-Gewohnheiten* Tit. I. §. 1.

u) ORDIN. *Prouinc.* Tit. XVI.

x) ORDIN. *Polit. Magdeb.* cap. VIII. §. 1.

y) De Pomerania teſtatur Priuilegium Erici ducis anno 1459. *Wenn Vettern von einem Nahmen, Schild oder Geburt, die ſammende Hand fodern, ſo ſoll man ſie ihnen leihen.* STRYCK *de feudis Pomeranicis* §. 1. LVDEWIG *de ſimult. inueſtit. differ.* I. *cap.* II. §. III. ſeq. ENGELBRECHT *de fudis Pomeran.* C. VI. §. 22. docet neceſſariam eſſe ſimult. inueſt.

z) SENCKENBERG *de feudis Brunſuic. et Lüneburgenſ.* §. 29. MASCOV *notitia iuris Brunſuic. et Luneburg.* p. 14. IAC. RAVE diſſert. *de ſimultanea inueſtitura inprimis in terris Brunſuico-Luneburg.* me præſide defenſa.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0290
DFG

ESTOR *a*). De terris Hennebergicis vide edictum contra simultanee inuestitos immediatos *b*). Caeterum iis in locis, vbi simultanea inuestitura obtinet, feminae quoque collaterales ad successionem in feudis femineis conseruandam ea indigent *c*).

§. CCXXXVI.

Inuestitura simultanea nec ex gradduum, nec ex linearum proximitate aestum.

Simultanea inuestitura potissimum adhibetur, vt ius succedendi collaterales retineant (§. 231.). Quippe qui non ex iure agnationis, sed ex iure simultaneae inuestiturae succedunt. Dum nulla collateralium ex iure agnationis successio, frustra quoque quaeritur, an inter plures simultanee inuestitos ex proximitate graduum seu linearum succedatur? quia non entis nulla sunt praedicata. Hinc, vbi simultanea inuestitura obtinet, nec lineae, nec gradus proximitas attenditur, sed succedunt simultanee inuestiti regulariter in capita, nisi forsan inter plures simultanee inuestitos quidam, in vna propositione comprehensi, pro vna persona haberi queant, aut in prouincia, seu familia quadam vsu receptum, aut in litteris inuestiturae dictum sit, vt successio fiat *nach rechter*

a) P. I. *der kleinen Schrifft.* KORTHOLD' *de simult. inuestit. Hassiaca.*
b) apud LÜNIG *corp. iur. feud. Germ.* Tom. III. p. 946.
c) MENCKEN *diss. de simultanea inuestitura feminea ad successionem necessario.*

rechter SippZahl). Sic in Thuringia plures simultanee inuestiti succedunt secundum graduum proximitatem **).

§. CCXXXVII.

Inuestitura simultanea fit vel quoad totum, vel quoad partem.

Inuestitura simultanea sit vel quoad totum feudum, vel saltim quoad partem. Regulariter fit ad totum feudum, licet addito pacto saepe caueatur, vt determinatam solum quantitatem de feudo taxato simultanee accipiat inuestitus, reliquam vero heredibus allodialibus praestet, aut liberam de ea disponendi facultatem vasallo relinquat, ethaecce species dicitur simultanea inuestitura *ad certam summam*. Plerumque simultanea inuesti-

*) Si secundum proximitatem graduum succedere possunt simultanee inuestiti, ius quoque repraesentationis inter eos locum habet I. F. Sax. c. 32. Const. Elect. P. III. const. 29. HARTM. PISTOR P. I. qu. 23. n. 3. COLER *decis.* 48.

**) MATTH. COLERVS Dec. LII. n. 16. dum ait: *Nos tamen in hac parte Thuringiae simultaneam inuestituram semper intelleximus secundum praerogatiuam gradus: Ita pronunciatum vidimus in causa Adolphi Comitis de Gleichen & secundum nos in aula iudicatum fuit, quanquam Lipsienses contrarium pronunciarent.* BECHMANN Exercitat. XII. num. 27. Exinde Dnus a LVDEWIG de *Simult. inuest.* Cap. VIII. concludit: Simultaneam inuestituram in Thuringia plane non obtinere; qui plures seduxit, quod omnino falsum, dum obtineat quidem, si multanee inuestiti vero secundum gradus praerogatiuam succedant, licet omissa in litteris inuestiturae fuerit clausula, *nach rechter Sipp-Zahl.* BOEHMER *concluf. et decis.* T. I. P. II. *arg.* 85 qu. 1. Contradicit tamen HORNIVS cap. XVI. XIV. In Lusatia idem obtinet ex Maximiliani II. Imp. priuilegio de an. 1570.

ueſtitura ſolet mutua eſſe, aſt hoc nec neceſſarium, nec de eſſentia eſt *d*).

§. CCXXXVIII.

Ad ſimultaneam inueſtituram conſtituendam requiritur I) *conſenſus vaſalli*. Nam per ſimultaneam inueſtituram dominium vtile transfertur (§. 230.). Hoc vero non dominus dir. ſed vaſallus habet (§. 9.). Ergo dominus ſimultanee inueſtire non poteſt, niſi cum vaſalli conſenſu *e*). Requiritur igitur, vt dominus ad inſtantiam vaſalli poſſeſſoris, vel ſaltim ipſius conſenſu, agnatum vel etiam extraneum ſolemni ritu inueſtiat, in vaſallum recipiat, et ius in feudo ſimultaneum tribuat, *daſs einem die geſamte Hand geliehen, oder daſs einer mit dem andern ſæmtlich beliehen werde f*).

Conſenſu vaſalli ad ſimultaneam inueſtituram opus eſt.

§. CCXXXVIII.

II) Requiritur *conſenſus domini directi*. Cuius tamen intuitu diſtinguendum eſt inter ſimultaneam inueſtituram nouiter adqui-

Conſenſus domini ad ſimultan. inueſt. quatenus neceſſar.

d) PRVCKMANN Vol. I. Conſil. XXXIX. n. 29. de neceſſitate eſſe putat. Contrarium adſerit HARTMANN PISTORIS quaeſt. XXVI. n. 2.

e) CARPZOV Lib. VI. Reſp. LXXV.

f) *Torgauiſch Ausſchreiben §. welchergeſtalt die Agnaten.* HARTM. PISTORIS Lib. II. qu. XX. pr. et n. 22. MODEST. PISTORIS Conſ. XL. n. 55. CARPZOV *cit. loc.* B. PARENS cap. IX. aph. XIV. num. 2. Formam et ſolemnia ſimultaneae inueſtiturae vide apud TITIVM App. *teutſchen Lehn-Rechts* et HORN *iurispr. feud.* App. I. n. 3.

rendam, et reseruatam. In nouiter adquirenda ab arbitrio domini pendet, an simultanee inuestitum admittere velit nolitue *g*). In electoratu vero Saxonico noua adquirentibus feuda libertas est relicta, vt simultanee inuestiendos intra anni spatium *h*) possint praesentare. Quam facultatem Augustus II. ad sexennium extendit *i*). Minime tamen dominus simultaneam inuestituram iis potest denegare, qui non tam codominium vtile adquirunt, quam sibi reseruant, dum per reseruationem condominii iam competentis domino non obtrudatur vasallus.

§. CCXXXX.

Simultanee inuest. consensu opus.

III) *Consentiat quoque is, qui ad simultaneam inuestituram admitti debet.* Nam simultanee inuestitus fit vasallus (§. 239.). Vasallus ad fidelitatem praestandam, inuestituram petendam, renouandamque, et ex quarundam moribus prouinciarum ad obsequium, idque iurato promittendum, obligatur. Haec vero obligatio non nisi ex consensu simultanee inuestiendi constitui potest,

g) CARPZOV. Lbi. VI. Resp. LXXIV.

h) 10. GEORG. II. *Lehn-Mandat* d. 12. Nou. 1698.

i) Per decretum d. 7. Febr. 1700. et recess. prouinc. d. 17. Martii d. a. COD. LVD. MENCKEN dissert. *de iure offerendi simultanee inuestiendos*, Wittebergae 1724.

est, qui proinde simultaneam inuestituram petere et impetrare tenetur *k*).

§. CCXXXXI.

Simultanea inuestitura tribuit condominium (§. 231.). Ergo vasallus feudi possessor sine consensu simultanee inuestitorum feudum nec oppignorare poterit, multo minus alienare, vel de eodem per vltimam voluntatem disponere, licet etiam dominus dirigens consenserit *l*), nisi vasallus possessor de hisce singulis per pacta sibi prospexerit *m*), quod ipsi licet. *Simultan. inuestitura disp. facult. vasallo admit.*

§. CCXXXXII.

Simultanea inuestitura possessionem non tribuit (§. 231.). Ergo quoque simultanee inuestitus ius domicilii et incolatus non habet, nec ab onere satisdationis liberatur *n*). *Possessionis iura simult. inuest. non tribuit.*

§. CCXXXXIII.

Simultanee inuestitus est vasallus (§. 239.). Vasallus feudum in haeredes potest trans- *Simultan. inuestitura*

k) *Torgauisch Ausschreiben* de A. 1583. Rubr. *Welchergestalt die agnaten.* HARTM. PISTORIS P. II. quaest. 20. MODEST. PISTORIS Vol. II. consil. II. n. 38. 48. STREGKER *diss. de simult. inuestit.* §. VIII.

l) B. PARENS Cap. IX. Aph. XVI. HORN c. XII. §. XXIX.

m) Inde vasallo possessori a simultanee inuestitis dari solet *ein Lehen-Revers*, quem vide infra in app. Adde SIEGEL dissertat. *de litteris reuersalibus.* MENCKEN *de feudo ex pacto cum simultanee inuestitis alienabili.*

n) CARPZOV lib. II. Resp. 78. B. PARENS cap. IX. Aph. 16. HORN. c. XII. §. XXX.

in heredes transmitt. mittere (§. 195.), minime vero sine domini consensu alienare (§. 13.). E. quoque simultanee inuestitus ius ex simultanea inuestitura in haeredes transmittere, minime vero sine consensu potest cedere *o*).

§. CCXXXXIIII.

In feudo qua ratione dominus succedat? Coniugum in feudis regulariter nulla est successio, imo et iura fisci in feudis locum non habet *p*). Succedit vero dominus in feudo, si vasallus sine heredibus feudalibus fuerit extinctus, et nulli adsint simultanee inuestiti, expectatiuarii, vel qui ex pacto succedunt.

§. CCXXXXV.

Plures aut in communi possident. Saepe in feuda succedunt plures. Hi aut diuidunt, aut in communione retinent feudum. Hoc casu successores feudi vel in communi possident et administrant, vel regimen per alternationem secundum personas vel lineas dirigunt, quod vocari solet *eine Muthschierung q*), quae differt a feudo ambulatorio *einem umgehenden Lehen*, quod in familiis illustrium non solum, sed etiam nobilium obtinet, vt senior ratione directorii, apud eiusmodi familias obtinentis, certo feudo fruatur *r*).

§. CCXXXXVI.

o) CAR. COD. ENGELSCHALL *de iure simultaneae inneſtiturae alienabili.* IO. GOD. KRAVSII. diss. *de renunt. iuris ex simultanea inuestitura quaesiti.*

p) CAPIT. CAROLINA Art. XXI.

q) SLEVOGT *de alternatione von der Mutschierung.*

r) Exemplum in sereniſſima gente Saxonica praebet praefectura

§. CCXXXXVI.

Si successores feudum in se deuolutum diuidere cupiunt, feuda adesse debent diuisibilia, qualia non sunt terrae electorales *s*) et olim principatus et comitatus, qui tamen recepto Romanorum iure sunt diuisi *t*), vsque dum in plerisque familiis ius primogeniturae fuit introductum. Quatenus vero feudum adest diuisibile, in arbi- *Diuisio quomodo fiat.*

fectura Oldisleben, quae vulgo vocari solet - *das Seniorats-Amt.* MVLLER *Annal. Sax.* ad An. 1640. Talia etiam reperiuntur in gente Bunauiorum, schœnbergiorum, Brandensteiniorum apud *Saxones* et Kunsbergiorum apud Francos, qui seniores familiae habent *Geschlechts - Aeltesten*, tali feudo gaudentes.

s) A. B. Cap. 7. et 24. licet terrae electorales a reliquis electorum hereditariis sint distinguendae. Adde FORM. SVCCESS. PALATI. Sect. I. §. 14.

t) Ius Longobardicum distinguit inter feuda regalia et non-regalia. II. F. 55. c. 1. *Praeterea ducatus, marchia, comitatus de caetero non diuidatur, aliud autem feudum, si consortes voluerint, diuidatur, ita, vt omnes qui partem feudi habent, iam diuisi vel diuidendi, fidelitatem faciant.* Obseruatum hoc etiam adhuc Gerhardi Nigri temporibus, I. F. 14. Licet ista Friderici I. constitutio pro Italis saltim sit scripta, non pro Germanis, apud hos tamen idem olim obtinuisse, docet IVS FEVDALE ALEMANNICVM Cap. XLII. *episcopalia et vexillaria feuda rex integra conferre debet*, in textu Germanico tamen saltim dicitur *Bischœffe - Gut und Vanlehn-Gut soll der Kœnig geben zu Lehen.* Qua ratione vero diuisio inualuerit, vberius expositi in SYNTAGM. IVRIS PVBLICI Cap. XXVII. §. II. et potissimum in FORMVLA SVCCESSIONIS PALATINAE Sect. I. §. XV. Hinc Sigismundus imperator duces

trio est liberorum simul succedentium, an velint diuidere *u*), an non; nec opus est ad hancce diuisionem domini consensu. Diuiso vero feudo, quilibet suam portionem proprio habet iure, et de ea petit inuestituram, ast nihilominus quilibet in alterius parte ius succedendi ex prima retinet inuestitura *x*), quod secus iure Saxonico (§. 234.). In ipsa vero diuisione quoad plerasque Germaniae prouincias obtinet paroemia iuris Germ. *maior diuidit, minor eligit*; ita vt, facta a maiori aestumatione, minor ius optionis habeat *y*).

§. CCXXXXVII.

Ordo successionis in feudis hereditariis.

Ex dictis patet, a successione allodiali multis modis differre feudalem. Ast feudalis successio ad naturalia pertinet, quae vel pacto vel consuetudine possunt mutari (§. 12.), inde concipi possunt feuda, in quae non feudali, sed allodiali ordine succeditur. Huiusmodi feuda vocari solent haereditaria. Sunt

ces Bauariae, qui Bauariam se inconsulto diuiserant, feudo priuandos censebat, SENCKENBERG *Sammlung rarer Schrifften* P. I. p. 12.

u) II. F. 55.

x) I. F. 1. §. 2.

y) Obtinet iure Saxon. IVS PROV. SAXON. lib. III. Art. 29. IVS ALEM. c. 266. IVS FEVD. MEGAPOL. Tit. XI. Art. I. *Culmbachische Lehns Gewohnheiten* Tit. I. §. 1. adde WERNHER *obseru.* p. VII. obs. 129. ILL. BVDERI *Amœn. iur. feud.* n. 22. HORN c. XV. §. 18. contrariam tuetur sententiam FRIDER. SCHNADERBACH.

Sunt enim FEVDA HEREDITARIA *Erblehn quae in plerisque naturam allodiorum participiant.* Minime vero hereditaria feuda sunt vnius eiusdemque naturae. Habemus enim feuda hereditaria, quae participant naturam allodiorum vel ratione disponendi facultatis liberae, aut successionis allodialis, vel ratione successionis et disponendi facultatis. *Feuda, quae vel ratione successionis, vel ratione disponendi facultatis naturam habent allodii*, dicuntur MIXTA HEREDITARIA; *feuda* vero, *quae tam quoad liberam disponendi facultatem, quam quoad successionem habent allodialem naturam*, vocantur MERE HEREDITARIA z). His opponuntur FEVDA EX PACTO ET PROVIDENTIA MAIORVM, *quae nec quoad facultatem disponendi, nec quoad successionem naturam allodii habent.*

§. CCXXXVIII.

Feuda hereditaria mixta alternatiue habent naturam allodii, aut quoad disponendi facul- *Feuda hereditaria mixta alternatiue habent naturam allodii.*

z) Talia sunt feuda Bremensia, de quibus IO. RHODE apud LEIBNITIVM S. R. B. T. II. n. 267. *libertas ministerialium huius terrae est inaudita, omnia eorum bona sunt ministerialia, et tenent ea ab archiepiscopo Bremensi, illo et non obstante vendunt ad libitum eorum praedicta bona ministerialia, absque scitu et consensu archiepiscopi Bremensis, cuicunque volunt, et praecipue illis, qui non valent vel volunt militare ecclesiae, neque sunt apti ad militandum.* Adde THVMMERMVTH IV. *Fund. Par. Cur.* num. 10.

facultatem aut quoad ſucceſſionem (§. antec.). Feudum, quoad diſponendi facultatem hereditarium, poſſeſſori ius tribuit, feudum alienandi, de eo inter viuos diſponendi, illud oppignorandi cet. aſt quoad ſucceſſionem ſoli maſculi in ius primi adquirentis ſuccedunt. In feudis, ſolum quoad ſucceſſionem hereditariis, ſuccedunt omnes, qui in allodio ſuccedere queunt in ius vltimi defuncti, ideoque omnia vltimi defuncti facta praeſtant, aſt minime de feudo libere diſponunt, nec illud alienare ſeu oppignorare poſſunt inſcio domino *a*).

§. CCXXXXVIIII.

Feuda mere hereditaria.

Feuda mere hereditaria naturam habent allodii quoad diſponendi et ſuccedendi facultatem (§. 247.). Ergo poſſeſſores feudorum mere hereditariorum de ſuis feudis libere diſponunt, illa absque conſenſu domini valide alienant, in pignus tradunt, donant, et tam inter viuos, quam mortis cauſa ad alios transferunt, ita tamen, vt domino faciant notitiam. Succedunt in feudis mere hereditariis promiſcue maſculi et feminae, deſcendentes, adſcendentes et collaterales, ſuccedunt in ius vltimi defuncti, qui

a) De hisce egit HENRICVS COCCEIVS *de feudo hereditario mixto.*

qui ei cognationis gradu sunt proximi, siue a primo descendant adquirente, siue non; ideoque defuncti facta praestare tenentur, nec ad successionem retinendam simultanea opus est inuestitura *b*). In reliquis tamen vasallus, feudum hereditarium habens, ad fidem, vasallagium, seruitia domino praestanda, renouationem inuestiturae petendam, est obligatus, ob feloniam etiam feudum amittit *c*), in quo differunt ab allodiis. Talia vero feuda hereditaria sunt Belgii, Austriae et Silesiae *d*).

§. CCL.

Tale vero feudum (§. antec.) ex litteris inuestiturae erit diiudicandum, quae si forsan dubiae, *Vnde diiudicanda talia feuda.*

b) B. PARENS obseru. XIV.

c) B. PARENS obseru. XV. XXVI. XXXII. FRID. a SANDE Tit. III. Cap. II. §. 1.

d) Sic enim illustris de LVDOLFF *Symphor. Consult. Forens.* Consult. XXX. §. 7. p. 610. *Est enim feudorum Belgii Hispanici, imo et curiae Lossensis ea conditio, vt non solum ad feminas deuoluantur, sed etiam coniugum successio certo modo in iis obtineat, atque adeo ab ordinaria feudorum natura multum abeant, certe in iis non feudalis, sed ciuilis et hereditarius obtineat modus succedendi, aliter ac in feudis Leodiensibus et Stabulensibus.* De feudis Brabantiae v. CHRISTIANAEVM *consuet. Brabant.* c. 2. n. 2. et de feudis Mechlinensibus *eundem* dec. 46. num. 12. Adde Part. I. *decis. Belg.* 268. n. 5. de feud. Lossensibus CAR, de MEAN obs. 7. n. 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0301
DFG

dubiae, interpretatio ita fieri debet, vt feudi maneat natura, nisi aliud consuetudines circa feudum receptae suadeant *e*). Variae vero sunt formulae, quibus feudum denotari hereditarium tradunt. Ex his est, si quis de feudo inuestiatur *zu rechten Erb-Lehn*: ast nihilominus soli masculi possunt succedere *f*), atque ita dicitur ratione successionis hereditariae, nisi alias constet de successione feminea. Simili modo si quis inuestiatur de feudo *vor sich, seine Erben und Erbnehmen*, siue heredes quoscunque, feudum non mere hereditarium, sed quoad successionem mixtum erit *g*). Si feudum con-

e) Ill. SENCKENBERG *Einleitung zur Lehre von Erb- und Erb-Mann-Lehn*, Giesen 1744. CRAMER *Abhandlung von Verleihung der Güter zu rechten Erb-Lehn nebst rechtlichem Guthaten die* quart. *des Dorffs Steinbach betreffend.*

f) Exemplum habemus in litteris inuestiturae a decano et capitulo S. Bartholomaei, Christophoro, comiti Stolbergensi, an. 1575. super quibusdam feudis *zu rechten Erb-Eehn* concesis, hoc adiecto: *dass dies Lehn soll auf bemeltes Graf Ludwigs Mann-Erben einen, der Kœnigstein inne hat, kommen und gefallen*, in deductione super Kœnigstein B. 134. Licet VVLTEIVS *Conf. Marpurg.* vol. I. conf. XXXIII. num. 43. 44. KIRCHBERG *de feud. ex Pacto et Prouid.* c. IV. num. 78 contrarium adferant. ANDR. KNICHEN *de Vestit. Pact.* p. II. c. V. LVDOLFF *Symphor.* Consult. XLIV. p. 1343. Adde B. PARENTEM *de Feudo hereditario* Obs. III.

g) HORNIVS cap. IV. §. XXXVIII.

conferatur *allen seinen Erben und Nachkommen*, illud ex prouidentia erit, cum haec etiam vox saltim pro materia substrata notet heredes feudales *h*). Si vero quis inuestiatur *zu rechtem Erbe, Erb-Gut, Eigenthümlichen Gut, dass Er, seine Erben und Nachkommen mit solchem Gut, als ihrem Erb und Eigenthum, zu gebahren haben*, tunc omnino erit feudum mere hereditarium *i*), licet non negandum melius sibi consulere, qui hacce formula mere hereditarii feudi naturam exprimunt: *Wir reichen und leihen ihm das Gut N. vor sich, seine Erben und Erbnehmen Mann und weiblichen Geschlechts, zu einem wahren Erbe, dergestalt, dass er damit als mit seinem erworbenen Eigenthum zu schalten und zu walten, auch darüber* inter viuos et mortis causa *zu disponiren freye Macht habe, so wie es solcher Erb-Güter alt Herkommen, Recht und Gewohnheit.* Quandoque tamen secnndum prouinciae consuetudinem, sub voce *Erb-Lehn*, etiam feuda mere hereditaria intelliguntur *k*), maxime,

si

h) Vide B. PARENTEM *de feudo hereditario* obseru. V. NAEVIVS *de Iur. Femin. singul. in feudis* pag. 14.

i) KNICHEN *de Vestit. Pact.* Part. I. c. V. num. 5. GAILIVS lib. II. obs. 152. num. vlt. B. PARENS Obs. 9.

k) Prout de feudis Pomeraniae hoc adserit STRYCKIVS, TORNOVIVS de feudis Megapolitanis sect. II. §. V. Adde COCCEIVM *de feudo haereditario mixto*, qui tamen §. XLII. sub *Erb-Lehn* etiam feudum mixtum intelligit.

si clausula fuerit subiecta, *als solcher Erb-Güter alt Herkommen, Recht und Gewohnheit ist.*

Successio feudi fit in ius primi adquirentis.

§. CCLI.

Vasalli bona sunt vel allodialia, vel feudalia. Qui in allodia succedit, repraesentat defunctum, ad eiusque obligatur facta. Alia vero ratio est successionis feudalis. Haec enim fit in ius primi adquirentis (§. 195.). Ergo successor feudalis non vltimi defuncti, sed primi adquirentis praestat facta, et inde quoque ad vltimi defuncti obligationes, contractus, debitaque praestanda non tenetur.

Non est hereditas defuncti.

§. CCLII.

Successio feudalis ex pacto primi adquirentis defertur (§. 195.), minime vero ab vltimo defuncto in successorem transfertur, et inde considerari nequit tanquam pars hereditatis ab vltimo relictae defuncto *l*) et sub fideicommisso generali non comprehensum praesumitur feudum.

Repudiare licet allod. vel. feud.

§. CCLIII.

Liberum est cuilibet, etiam filiis, allodialem repudiare hereditatem, seu ab ea abstinere. Et cum successio feudalis adhere-

l) II. F. 45. *agnatus repudiata hereditate feudum, si paternum fuerit, retinere poterit.* CARPZOV P. II. C. XLVI. def. 1. et 8.

hereditatem vltimi vasalli seu possessoris non pertineat (§. 252.), liberum est successori feudali, allodialem repudiare hereditatem, et succedere in feudum. Hoc si fit, duplex enascitur successio, allodialis nempe et feudalis. Successor allodialis facta defuncti praestat, minime vero feudalis (§. 251.).

§. CCLIIII.

Ius Longobard. filios ad facta oblig. patris.

Posteaquam vero Romanorum iura feudorum quoque se immiscuere doctrinae, opinio est enata, qua iniquum putarunt, filium in feuda successorem liberari ab obligatione facta patris praestandi, cum tamen mediante succedat patre, eiusque heres sit necessarius. Imo dum hereditas nec pro parte adiri, nec pro parte repudiari possit, finxerunt ius, quo filium obligarunt, vt vtramque hereditatem, feudalem nempe et allodialem simul aut adeat, aut repudiet. Hinc filius successor in feudo iure Longobard. simul necessarius est successor in allodio, ideoque patris facta ratione feudi praestare obligatur *m*). Agnati tamen pro arbitrio allodium

m) II. F. 45. *Vbi vero filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare, sed aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet: quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit et licet alterum sine altero retinere non possit, agnatis tamen consentientibus poterit dominus eum, si voluerit, quasi de nouo beneficio inuestire, quo facto licebit ei, repudiata hereditate,*

dium repudiare, et nihilominus in feudo succedere queunt, quo casu factis defuncti haud tenentur *n*).

§. CCLV.

Secus iure German.

Aſt omnia aliter ſe habebant apud Germanos, quippe qui ne filium quidem in feuda ſucceſſorem ad facta patris obligabant. Teſtantur de eo conſuetudinum Germanicarum interpretes SAXO *o*) et SVEVVS *p*). Dein-

ditate, feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente. Adde II. F. 51. §. 4.

n) II. F. 45. *Si contigerit, vaſallum ſine omni prole decedere, agnatus, ad quem vniuerſa hereditas pertinet, repudiata hereditate, feudum, ſi paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hereditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur: ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur; quo tempore deceſſerit, ſecundum quod ſupra diximus conſiderabitur.*

o) LANDRECHT lib. II. art. XXI. *hat auch ein Mann einen Sohn, der ſein Lehns-Erbe iſt, und nicht ſein Erbe nach Land-Recht, er behält das Lehn*; et lib. I. art IX. *Stirbt auch einer, der ſein Lehn einem andern auflaſſen ſolle, deſſen Sohn iſt es nicht pflichtig aufzulaſſen, er hab denn ſelber mit gelobt oder Bürgen davor geſetzet.* IVS FEVD. SAXON. cap. LV. *Der Mann iſt auch nicht pflichtig, ſeines Herren Geliebde iemand zu leiſten, noch auch ein Sohn ſeines Vaters, daſs er ſein Gut auflaſſen ſolle.*

p) Cap. XCVIII. *Der Mann iſt nicht ſchuldig zu leiſten des Herren Gelübde, noch das Kind des Vaters.* Inde ob feloniam patris filius feudum non amittebat auitum. IVS FEVD. ALEM. c. 89. §. 6. *Hat aber der*

Deinde vsum legis curialem publica loquuntur diplomata, atque emtionis venditionis, permutationis, aliorumque feudalium contractuum instrumenta, in quibus mentio semper fit consensus filiorum curata et stabilis *q*). Nulla certe causa alia, quam hac, ne patribus demortuis, feuda reuocarent, rescinderentque contractus hoc iuris colore, quod in clientelis nulla ex facto decessoris obligatio in filio successore. Tandem quoque ICti longa experientia confirmati itidem liberos ab hacce liberant obligatione *r*).

§. CCLVI.

der Mann einen Sun, dem soll er das Lehen liehen, die Kint sollen des Vaters Schuld nit entgelten, da er selber Schuld nit an hat, denn were wider Gott und das Recht. Id quod etiam Dominus a LVDEWIG differt, *de oblig. successoris* Cap. VI. §. 2. vberius declarauit & diuersis exemplis illustrauit.

q) Innumera adferri possent exempla, nisi omnes in diplomatibus medii aeui mediocriter saltim versati, de eo iam satis sint certiorati. Interim, quem lubet, videat MENCKEN S. R. G. T. I. p. 688. n. 28. a GVDENVS *Cod. dipl.* p. I. p. 498. et Dn. a LVDEWIG *de obligat. successs. in principatus et clientelas* Cap. VI. et opusc. T. I. p. 599.

r) LIB. BAR. DE LYNCKER *Annal. ad Struu*, Cap. IX. aphor. XI. scribit: *sane extra terras Saxonicas iuxta formulam pronuntiatur in scabinatibus*: *dass ein Sohn, vermœge der Rechten, so im Keyserlichen Cammer-Gericht üblich, seiner væterlichen Verlassenschafft sich entschlagen, und nichts desto weniger sein altvæterliches Stamm-Lehen behalten mœge, dabey er die væterli-*

§. CCLVI.

Ius hod. de obligat. succeſſ.

Poſteaquam vero in Germaniae fora ius Longobardicum eſt receptum, in plerisque Germaniae prouinciis priſtina in deſuetudinem abiere principia. Hinc quoad obligationem ſucceſſoris feudalis leges moresque diuerſarum Germaniae prouinciarum praeprimis ſpectari debent. Sic in Saxonia ius receptum eſt Longobardicum *s*). In

terlichen Schulden abzutragen unverbunden. LVDOLPH de iure primogenitorae aphor. VI. §. 6. GAILIVS Lib. II. Obſ. CCIV. num. 4. 5. *et ita in grauiſſima cauſa obſeruatum memini in camera, vbi exceptio talis non ſolum oppoſita fuit contra chirographarios, ſed etiam hypothecarios creditores, quod defunctus vaſallus feuda non potuit grauare. Quapropter circumſpecti ſint, qui contrahunt cum vaſallis, ne decipiantur.* Adſtipulatur IOACH. MYNSINGERVS Cent. III. Obſ. LXI. SCHRADER Part. VII. c. V. n. 74. ROSENTHAL Cap. VII. concl. XX. num. 5. CHRISTINAEVS Volum. I. dec. CCXXIX. n. 29. 30. Imo etiam inter Saxones ICtos non deſunt, qui hoc adſerant. ZOBEL P. II. diſſert. XXXIX. num. 1. COLER dec. LXXIX. MODEST. PISTORIS P. II. conſ. XLV. n. 19.

s) Conſt. elect. Part. II. Conſtit. XLVII. *nach Sachſen-Recht wollen einige, daſs dem Sohn frey ſtehe, des Vaters Erbe ſich zu æuſſern, und das Lehn zu behalten. Wir laſſen Uns aber die Meynung gefallen, daſs der Sohn des Vaters Erbe ſeyn ſolle, ohne allen Unterſcheid des Inuentarii oder ſonſten*, adde *Torgauiſch Ausſchreiben* de anno 1583. tit. *welchergeſtalt die Agnaten* Ordn. proc. Sax. vetus de a. 1622. Tit. 40. §. 7. CARPZOV ibid. BERLICH P. II. concl. VII. HORN cap. XVI. §. XXV. ſqq.

In terris Brunsuico-Luneburgicis *t*), vt et in ducatu Magdeburgico filii ad debita patrum ex reditibus feudi soluenda, imo in terris Brandenburgicis etiam agnati obligantur, si allodium non suffecerit. Iure Megapolitano filii ad debita patris soluenda itidem tenentur *u*).

§. CCLVII.

Quatenus obligetur successor in territorio?

Quoad illustres vero potissimum controuertitur, quatenus successores in territorio ad defuncti obligentur, facta praestanda? Sunt, qui inter liberos et agnatos distinguunt, et hos ab obligatione praestandi facta defuncti liberant, non vero illos, quia liberi non solum dignitati debeant paternae reuerentiam, sed etiam, quod nullus in Germania sit ducatus et comitatus, cui non plures terrae allodiales sint intermixtae *x*), vt ideo princeps et comes imperii successor simul sit allodialis, ideoque ad facta patris obligetur. Ast minus sufficiunt haec argumenta. Nam licet reuerentiam filius patri debeat, ea tamen non ita extendenda, vt exinde et filio et reipublicae graue oriatur praeiudicium. Deinde plerique quidem

t) LÜNIG C. I. F. T. II. p. 1367. 1371. et 1378.

u) Tit. VI. Art. VI. *iur. Megap.*

x) KLOCK Vol. II. conf. XXIX. n. 135. MYLER AB EHRENBACH *Nomol. princip.* cap. XV. §. 5. n. PARENS cap. XIV. aph. XXIX. n. 5. HERTIVS *de transmiss. territor. in succes.* Cap. III. n. 18. 19. de CRAMER *obseruat. iur. vniuers.* obs. 422. et 251.

comitatus et ducatus allodia feudis habent intermixta, aſt haec allodia ſunt vel auita, vel adquiſita. Allodia auita familiae ſunt adquiſita, ideoque nec agnatis, nec liberis ſubduci poſſunt, ſeu, vt ICti loqui amant, naturam habent fideicommiſſorum (§. 16.), in quibus nec agnati, nec liberi grauari queunt y). Hinc licet territorio allodia intermixta ſint auita, filii tamen in huiusmodi allodia ſucceſſores non obligantur ex factis paternis, dum non a patre, ſed ab adquirente allodia in eos deriuentur.

§. CCLVIII.

Continuatio. Nobis ſic videtur. Ducatus et territoria Germaniae partim ex feudis, partim ex allodiis conſtant. Allodia ſunt vel auita, vel adquiſita. Filius ſeu agnatus illuſtris, ſucceſſor in allodia adquiſita, ſuccedit in ius defuncti, ideoque eius facta praeſtat omnia, niſi hereditatem cum beneficio adierit inuentarii. Si vero filius ſeu agnatus allodiis abſtinuit adquiſitis, intuitu allodiorum auitorum (§. 16.) ac feudorum, in ius ſuccedit adquirentis (§. 255.), ideoque ad vltimi

y) Allodiorum auitorum eam fuiſſe naturam, vt liberis ſubduci a patre haud potuerint, vel exinde patet, quod liberorum conſenſus in auitorum alienatione allodiorum ſit requiſitus. LVDEWIG *de oblig. ſucceſſ. in princip. et client.* c. VI. *in opuſc.* T. I. p. 599. *n.* * et p. 639. *n.* *.

vltimi defuncti haud obligatur facta. Ast, cum possessores territoriorum duplicem habeant personam, imperantis nempe, ac priuati, duplicia quoque eorum sunt facta, publica nempe et priuata. Illa, quia nomine reipublicae, in securitatem reipublicae, eiusque vtilitatem vel a solo principe, vel cum consensu statuum fiunt, successorem obligant quemcunque, siue filius sit, siue agnatus *z*). Haec vero, quia priuato nomine fiunt, territorium haud obligant, ideoque a successore non sunt praestanda, nisi quatenus in allodia successit adquisita *a*). In dubio vero debita in vtilitatem reipublicae contracta praesumuntur *b*).

z) inde quoque soluere debet salaria residua ministris debita WERNHER T. III. P. IV. obs. 30. de CRAMER *opusc.* T. IV. p. 392. licet alii successorem singularem ad salaria soluenda in subsidium tantum obligatum velint, STRVBEN *rechtl. Bedenken* arg. I. §. 3. p. 7.

a) Omnia haec vberius illustrat DE LVDEWIG *de obligatione successoris in principatus et clientelas* Cap. VII. Adde tamen G. BEYER *de obligatione successoris illustris.* HENR. COCCEII diss. *de obligatione successoris ex facto antecessorum.* I. G. CHLADENIVS *de oblig. successs. ex facto antecessoris.*

b) BOEHMER *consult.* et *decis.* P. I. *arg. iur. publ.* 42. qu. 3. LVDEWIG *consil. Hall.* T. II. lib. II. arg. 2. n. 16. CRAMER *opusc.* T. IV. p. 410.

§. CCLVIIII.

Pacta succeſſoria in feudis non ſunt incognita.

Extraordinario modo ſucceſſio defertur feudalis per PACTA SVCCESSORIA (§. 190.). Huiusmodi pacta, licet Romanis triſtiſſimi viſa ſint euentus, ideoque minus placerent *c*), apud Germanos tamen ab antiquiſſimis valuere temporibus, eaque adhuc in vſu eſſe, quotidiana teſtatur experientia *d*). Eadem quoque in feudis locum habent. Et quidem huiusmodi pactis vel ius ſuccedendi in feudo acquiritur, vel non. Prioris generis dicuntur *adquiſitiua* pacta ſucceſſoria. Poſterioris generis rurſus ſunt vel *diſpoſitiua*, vel *conſeruatiua*, vel *renuntiatiua*.

§. CCLX.

Quatenus pacta valeant ſucceſſ. adquiſitiua.

Quod ad pacta ſucceſſoria adquiſitiua et diſpoſitiua attinet (§. antec.), illa ſucceſſionem feudalem vel extraneae perſonae, vel deſcendentibus ab adquirente deferunt. Hoc caſu

c) HEINECCIVS *antiquit. Rom.* lib. II. Tit. X. §. 2. L. 19. et 30. *C. de pactis*, ita, vt hereditas tanquam indignis auferatur L. 29. §. 2. L. 30. *de donation.* L. 2. §. 3. D. *de his quibus vt indignis.*

d) Contrariam quidem ſententiam defendunt RICHTER P. I. deciſ. 67. n. 4. STRYCK *de ſucceſſ. ab inteſtato* cap. VII. RINGLERVS *de pactis illuſtrium ſucceſſoriis* cap. II. §. 6. HORNIVS etiam cap. XVI. §. 16. in collegio Wittebergenſi pacta ſucceſſ. inualida fuiſſe declarata adſerit. Contrarium tamen ſentit SCHILTERVS Exerc. VII. §. 46.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0312
DFG

su domini non opus est consensu, quippe qui in primi adquirentis inuestitura iam in omnium descendentium consentit successionem (§. 13.), ordo vero succedendi a descendentium pendet arbitrio, dum cuilibet fauori suo renuntiare, et prae se successionem alteri concedere, sit liberum. Agnatorum tamen consensus tunc requiritur, si remotiores proximioribus huiusmodi pactis in successione praeferri debeant (§. 221.). Feuda vero per pacta successoria ad extraneos deferenda, sunt vel ratione successionis hereditaria, vel ex pacto et prouidentia (§. 247.). In illis absque domini et agnatorum consensu extraneo potest concedi successio (§. 249.). In his domini consensus necessario est adhibendus, quippe in cuius praeiudicium spectaret personae ab adquirente non descendentis successio. Agnatorum vero consensus intuitu feudorum antiquorum, minime vero nouorum requiritur (§. 221.), nisi in nouis simultaneam impetrauerint, inuestituram (§. 241.).

§. CCLXI.

Pactorum adquisitiuorum (§. 259.) species sunt PACTA CONFRATERNITATIS, *die Erb verbrüderungen*, quae sunt *pacta vnius familiae cum altera de successione in casu, quo vna familia* *Pacta confraternitatis.*

fuerit extincta alteri deferenda e). Differunt *von der Erbvereinigung* et diuidi solent in *vnilateralia* et *bilateralia*, *vniuersalia* et *particularia*. Huiusmodi pacta intuitu feudorum auitorum praeter agnatorum omnium et simultanee inuestitorum, domini quoque consensum requirunt (§. 249.) *f*), nisi feuda sint mere hereditaria (§. 249) *g*). Minime tamen ad eiusmodi pacta subditorum requiritur consensus, nisi conuentiones cum iis initae aliud iubeant *h*). De PACTIS GANERBINATVS *i*), quae sunt *pacta de mutua successione et defensione inita*, idem dicendum est, si nempe extranei in ganerbinatum recipiuntur.

§. CCLXII.

e) IO. VOLCK. BECHMANN *de confraternitate principum.* IO. PHIL. STREIT *de pacto confraternitatis inter nobiles aliosque priuatos moribus vsitato.* HENR. BODINVS *de pacto confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Hassiacae.* CARPZOV *de pacto confraternitatis Saxonico-Hassiacae.*

f) HORN cap. XVI. §. 20. 21. ITTER cap. XVII. §. 57. STRVV *corp. iur. publ.* cap. XXXI. §. 46. sq.

g) Confer, quae de hoc argumento disceptata sunt inter Austriacos et Brandenburgicos de successione in principatus quosdam Silesiae *in Nachrichten und Documenten den gegenwærtigen Zustand des Herzogthums Schlesien betreffend.* Adde quoque scripta Luneburgica occasione successionis Frisiacae publicata.

h) BETSIVS *de pactis illustr.* Cap. V. ITTER Cap. XVII. §. 12. GREINER *de successs. princ.* Cap. VI. §. 4.

i) STRVVII *corp. iur. publ.* cap. III. ESTOR *kleine Schrifften* P. VII.

§. CCLXII.

PACTA SVCCESS. CONSERVAT. (§. 259.), *quibus ius succedendi in feudum conseruatur*, nec domino nec agnatis praeiudicium inferunt, ideoque nec domini, nec agnatorum requirunt consensum. Idem quoque de PACTIS RENVNCIATIVIS (§. 259.), *quibus aliquis iure succedendi sibi competente se abdicat*, dicendum est. Renuntiationes vero filiarum illustrium et nobilium *die Verzichtleistung*, si feuda sunt mascula, recte habentur superflua (§. 199.). Vsum tamen praestant in feudis femineis, et quoad allodia feudis intermixta. Quamuis inter illustres intuitu allodiorum auitorum ex consilii magis, quam necessitatis ratione adhibeantur (§. 16.). Vt hae renuntiationes iuramento confirmentur, ex principiis iuris canonici praxis requirit, licet absque sufficienti ratione. Hoc vero certum est, quod regulariter fiant et factae praesumantur *bis auf einen ledigen Anfall*, i. e. extincta stirpe mascula *k*). *Pacta conserv. et renuntiatiua.*

§. CCLXIII.

Inde quoque patet, quando parenti liberum sit, ius in familia introducendi primogeniturae. Fieri hoc potest pro arbi- *Quatenus ius primog. introduc.*

S 5

k) de SENCKENBERG et de CRAMER opuscula *de renuntiat. filiarum illustrium.* GVNDLING. *de renuntiatione hereditatum filiarum illustrium.*

arbitrio in feudis mere hereditariis (§. 249.) et nouiter adquisitis, cum domini directi consensu (§. 221.); minime tamen in feudis antiquis. In his enim ad introductionem iuris primogenititurae praeter domini directi liberorum iam natorum opus est consensu, imo et agnatorum requiritur consensus, si noua iuris constitutione hi quoque teneri debent, quia absque consensu liberorum et agnatorum ius ex primi adquirentis pacto quaesitum adimi nequit *l*). Haec si obseruentur, facile patebit, an testamento, seu pacto, seu priuilegio ius primogenititurae introduci possit?

l) Vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI Cap. XVIII. §. 21. Adde CEL. ESTOR *kleine Schrifften* P. VII.

m) DE LVDOLF de *iure primogenitur ae*.

CAP.

* *

CAPVT VIIII.

DE

RENOVATIONE INVESTITVRAE ET LAVDEMIO.

§. CCLXIIII.

Inueſtitura, quam quis in perſona primi adquirentis iam conſequutus eſt, variis in caſibus renouari debet. Inde oritur RENOVATIO INVESTITVRAE, quae eſt *actus, quo inueſtitura iam facta denuo confirmatur*. Renouatio igitur praeponit inueſtituram iam factam, ſicque a noua differt inueſtitura. Ducit vero renouandae neceſſitas inueſtiturae forſan exinde originem, quod antiquiori tempore feuda ad heredes haud fuerint tranſitoria (§. 191.), ideoque filii, quotiescumque in feuda paterna ſuccedere cupiebant, ſuccedendi ius precibus a domino obtinere habuerint neceſſe. Et licet deinde feuda ad heredes tranſierint (§. 192. ſq.), vmbra tamen iuris in eo remanſit antiqui, quod ſuccedentes in feudo a domino honoris cauſa inueſtituram peterent impetrarentque. Accedit, quod promiſſio fidei iurata ſit perſonalis, quae cum promittentis perſona extinguitur, ideoque neceſſe *Cauſae renouandae inueſtiturae.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0317
DFG

cesse sit, vt succedens vasallus se obliget ad fidelitatem, atque a domino rem in feudum, tanquam beneficium, recognoscat, ipseque per factam renouationem in possessione feudi tanto certior reddatur *n*).

§. CCLXV.

Obligantur omnes vasalli ad petendam renouationem.

Causae, ex quibus inuestitura est renouanda, sunt, vt vasallus beneficium recognoscat et iuramentum praestet fidelitatis (§. 264.), hae causae in cuiuscunque generis feudis locum inueniunt. E. quoque regulariter in omnibus feudis inuestitura est renouanda *o*). Hinc siue feudum sit mediatum, siue immediatum, siue francum, siue hereditarium, aut conditionatum, vasallus ad renouandam inuestituram est obligatus, nec obstat, quod primus adquirens pro se et heredibus suis fuerit inuestitus *p*). Interim, quia inuestiturae renouatio ad naturalia feudi pertinet, illa ex consuetudine speciali seu pacto potest remitti (§. 12.) *q*).

§. CCLXVI.

n) Nec obstat, quod clausula: *dass der Vasall der Lehn, so offt sie zu Fall kommen, gebührende Folge thun solle*, non fuerit inserta. B. PARENS Cap. X. aphor. I. HORN Cap. XVII. §. 1.

o) LVDEWIG *de simult. inuest.* pag. 14.

p) HORN Cap. XVII. §. 3.

q) Exempla adducit PFEFFINGER *Vitriario illustrato* lib. II. tit. I. ad §. 9. sub. lit. c. pag. 927. seq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0318
DFG

§. CCLXVI.

Cauſae renouationis inueſtiturae abunde docent, renouatione tunc eſſe opus, quoties nouus in feudo ſuccedit vaſallus, in prima adquirentis inueſtitura iam comprehenſus (§. 265.), aut alius dominium conſequitur directum (§. 264.). Inde REGVLA: *renouatio fieri debet, quoties mutatur vel perſona domini, vel perſona vaſalli; ea vero opus non eſt, ſi nec domini, nec vaſalli mutatur perſona.* Mutatio in perſona domini dicitur *ein Haupt-Fall, Thron-Fall*, et illa in perſona vaſalli *ein Lehns-Fall*, renouatio vero ipſa ſi fit, dicitur *der Lehn Folge thun.* *Quoties opus renouat.*

§. CCLXVII.

Renouatio inueſtiturae ab eo fieri debet, qui iam eſt vaſallus (§. 264.). Ergo qui non ſunt vaſalli, ea opus non habent. Inde non renouant expectatiuarii, licet euentualem conſequuti ſint inueſtituram *r*), quia illa *Renouant ſim. inueſt.*

r) CONSTIT. ELECT. Part. II. c. XLV. *daß dem Gedinge nicht ehe Folge geſchehen ſoll, denn wenn ſich der Fall zugetragen, und der, welchem es verſchrieben, den würcklichen Beſitz des Lehn-Guths erlanget.* HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaeſt. XXXI. SCHVRF II. Conſil. LXXIV. ALEMANN. *de ſimultan. inueſtit.* p. 118. num. 5. Conſtitutio electoralis citata, et ib. CARPZOV d. IO. ORD. POLIT. MAGDEB. cap. VIII. num. 5. Adde SCHILTERVM ad cap. LXVIII. Contrarium tamen iure Megapolit. obtinere videtur *Projekt. iur. feud. Megapolit.* Tit. V. §. 3.

illa ius tribuit solum conditionatum (§. 130.). Ast simultanee inuestiti consequuntur dominium purum (§. 231.), et vasalli fiunt, ideoque ad renouationem simultaneae tenentur inuesturae. Sic iure Saxonico hodierno *s*), et moribus Germaniae, vbi simultanea inuestitura est introducta *t*), quoties vel dominus, vel vasallus, feudi possessor fuerit mutatus, *wenn die Gesammte Hand durch Absterben des Lehn-Herren oder Lehn-Manns und Besitzers, oder sonsten gebrochen wird*, etiamsi ad illum feudi successio nondum deuenerit, dum ius reale et praesentaneum per inuesturam adipiscetur, ad feudi renouationem tenetur, nisi singulari consuetudine haec renouatio fuerit remissa, prout in Lusatia superiori *u*). Ad hanc renouationem etiam Saxoniae duces, aliique Germa-

s) Sic in constitutionibus Augusti electoris Part. II. c. XLV. est definitum: *der gesamten Hand aber soll ein ieder, dem sie verschrieben, wenn dieselbige durch Absterbung des Lehn-Herrens, oder des Lehn-Manns und Besitzers gebrochen, ungeachtet, ob er gleich das Guth im würcklichen Besitz nicht hat, innerhalb Jahr und Tag von Zeit der Wissenschafft an, Folge zu thun pflichtig seyn. Ord. Prou. Anhaltina* Tit. XVI. CARPZOV d. 17. 24. 25. lib. VI. Resp. LXXVIII. BERLICH Part. II. concl. LII. num. 36. KLOCK Lib. I. cap. XV. num. 67. 68. B. PARENS Cap. X. aphor. I. num. 3. HORN Cap. XVII. §. 5.

t) Id quod de Marchia, ducatu Magdeburgico, et terris Anhaltinis testatur HORN Cap. XVII. §. 5.

u) B. PARENS Cap. X. aph. I. num. 5.

Germaniae principes, inter quos ſimultanea inueſtitura locum habet, obligantur *x*). Filius etiam ſimultanee inueſtiti, ſi, patre mortuo, ius ad ipſum fuerit deuolutum, petere debet renouationem *y*), niſi legibus vel moribus aliud ſtatutum *z*).

§. CCLXVIII.

Qua ratione dominus mutetur.

Mutatur vero dominus vel *morte*, vel *alienatione*, vel *diuiſione*. Mortuo enim domino dirigente, alius ſuccedit, maxime, vbi ius primogeniturae introductum, a quo renouatio petenda *a*). Quod ſi plures fuerint ſucceſſores, ab omnibus coniunctim petenda eſt inueſtiturae renouatio, omnibus etiam coniunctim fidelitas eſt praeſtanda *b*), niſi vnus, plerumque ſenior, qui vocatur *prodominus directus*, nomine omnium, quem inter ſe conſtituerunt, eam receperit *c*). Vno vero ex pluribus dominis,

x) SCHILTER *de ſimult. inueſtit. Princip. imperii.* HORN Cap. XVII. §. 6.

y) BERLICH Part. II. concl. LIII. num. 42. HORN Cap. XVII. §. VII.

z) Prout in Ordin. Prouinciali Anhaltin. Cap. XVI.

a) II. F. 40.

b) II. F. 55. 77. 102. IVS FEVD. SAXON. c. XXIX. IVS FEVD. ALEMANN. cap. LVIII.

c) II. F. 55. §. 1. dicitur: *Vaſallus pro vno feudo plures dominos habere non compellatur.* Inde plures domini, qui in communione dominium habebant directum, conſtituebant *prodominum*. STRYCK *de prodomino feudi.* CARPZOV P. II. conſt. 45. §. 29.

dominis, in communione viuentibus, moriente, distinguendum est, an ille dominus liberos post se relinquat, aut, nullis liberis relictis, moriatur. Priori casu, petenda omnino est inuestiturae renouatio, et fidelitatis iuramentum liberis est praestandum, dum directum mutatum sit dominium et successoribus iuramentum nondum sit praestitum. Posteriori casu, iuramenti praestatione opus non est, aliqua tamen petitione inuestiturae renouationis vasalli, qua se iam a ceteris dominis partem defuncti domini, ad eos deuolutam, recognoscere ostendat *d)*. Quando tamen ex pacto senior frater vel agnatus nomine reliquorum facit inuestituram, *der die Lehnische Hand hat*, tunc, non nisi eo defuncto, inuestiturae renouatio erit petenda *e)*. Quod si duo de dominio directo contendant, ab illo renouatio erit petenda, qui est in possessione. Quod si vero neuter possideat, curia tamen feudalis in quauis prouincia est constituta, a quo renouatio petenda

d) FRANTZKIVS Lib. I. resol. XIX. n. 2. B. PARENS Cap. X. aph. II. num. 2. HORN cap. XVII. §. 10.

e) IVS FEVD. SAXON. Cap. XXIX. ALEMANN. Cap. LVIII. LXV. EYBEN *electis feud.* cap. VIII. §. 5. FRANTZKIVS num. 34. HORN *cit. loc.* In familia comitum Ruthenorum lineae iunioris sanctum *in der Landes-Instruction* de XIX. Iun. 1651. c. XI. vt moriuo demum seniore familiae renouatio in manu dominante sit necessaria.

petenda *f*). In epiſcopatibus et praelaturis mutatio in perſona domini tunc demum exiſtit, ſi mortuo epiſcopo ſeu praelato nouus fuerit electus ſeu poſtulatus ſucceſſor. Ideoque prius non eſt renouandum, niſi collatio feudi ad epiſcopum et capitulum ſimul ſpectet, quo caſu renouatio inueſtiturae a capitulo eſt petenda, ſi intra annum et diem alius epiſcopus non fuerit electus *g*).

§. CCLXVIIII.

Porro dominus mutatur *alienatione*, quae fit ſi dominium directum, vel cum, vel ſine territorio in alium transfertur; neceſſe tamen eſt, vt dominus alienans vaſallos ab obligatione et iuramento liberos declaret, eosque nouo domino reſignet, *daſs er ſie überweiſe*. Tandem quoque mutatio fit per *diuiſionem*, ſi nempe domini in communione antea viuentes, poſtea diuiſionem inſtituerint, ita, vt ſingulis certa adſignentur feuda et vaſalli, tunc, quia in locum plurium vnus dominus dirigens ſuccedit, renoua-

Dominus mutatur alienation. per et. diuiſionem dominii directi.

f) Vide HERM. ZOLLIVM *de dominio directo inter plures controuerſo.*

g) CARPZOV Part. II. Conſt. XLV. §. 22. B. PARENT. num. 3. HORN §. II. LEVRENIVS *de Vicario Epiſcopi* Tr. III. quaeſt. 488. id quod BOEHMERVS *de Feudis Eccleſiaſticis* cap. IV. §. 2. vberius declarauit.

nouatione inueſtiturae opus eſt *h*), licet iuramentum, vt repetatur, neceſſe non ſit, eo, quod illud iam ante fuerit praeſtitum *i*).

§. CCLXX.

Vaſallus qua ratione mutetur?

Vaſallus mutatur 1) *morte*, 2) *diuiſione*, 3) *alienatione*, 4) *per feloniam*. Mortuo vaſallo, heredes eius ad petendam inueſtituram ac fidelitatem praeſtandam domino tenentur. Inde ſequitur, ſi vaſallus moriatur, atque plures reliquerit ſucceſſores, horumque vnus ſaltim feudum accipiat, ille ſolus quoque petat renouationem inueſtiturae. Quodſi vero plures feudum in communi poſſideant, ſinguli ad petendam renouationem et iuramentum fidelitatis praeſtandum *k*) tenentur, licet vno praeſtante ſeruitia, reliqui liberentur *l*). Quandoque

h) CARPZOV P. II. conſt. 41. §. 29. n. II. HORN *cit. loc.*

i) FRANTZKIVS Cap. I. num. 16. CARPZOV *cit. loc.* def. 26. B. PARENS num. 5.

k) II. F. 26. *Omnes filii eius, qui feudum acquiſierint, fidelitatem facere debent, maxime, ſi indiuiſum habent, quod ſi feudum ex diuiſione ad vnum tantum peruenirent, ille tantum faciet fidelitatem.* DARPAEVS *Praeiud.* IX.

l) II. F. 77. vbi dicitur: *vnam fidelitatem, vnum ſeruitium, ab heredibus pluribus domino fieri debere.* HARTM. PISTORIS Lib. II. quaeſt. XLVII. num. 2. B. PARENS Cap. X. aph. III. num. 1. HORN Cap. XVII. §. 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0324
DFG

que tamen ex pluribus vaſallis cum domini conſenſu vnus conſtituitur, qui omnium vices ſuſtineat, et vocari ſolet *der Lehn-Træger* (§. 64.). Hic omnium nomine petit renouationem, ſeruitia exhibet, nec inueſtitura, niſi, eo mortuo, iterum erit renouanda, quamuis omnes fidem domino debeant et reuerentiam *m*).

§. CCLXXI.

Quod ſi vero vnus ex fratribus vel adgnatis ſimul feudum poſſidentibus fuerit demortuus, quaeritur, an opus ſit inueſtiturae renouatione? Diſtinguendum eſt, an iſte liberos reliquerit, vel non. Priori caſu, liberi omnino inueſtiturae renouationem petere tenentur, et iuramentum praeſtare. Poſteriori vero caſu, ſi feudum reliqui pro indiuiſo poſſideant, renouatione opus non eſt *n*), cum ſuperſtites de

Quod ſi vnus ex fratribus defunctus, an renouatione ſit opus?

m) ROSENTHAL Cap. VI. concluſ. XXXVI. num. 4. MYNSINGER V. Obſeru. IX. B. PARENS num. 2.

n) Confirmatur illud praeiudicio in STRVVII *Obſ. feud.* Cap. X. §. 2. WERNHER *obſeru.* T. II. p. 283. Adde SCHRADER P. VI. c. 1. n. 18. KNICHEN *de veſtiturar. paction.* P. I. C. I. n. 37. Sic in Diario comitis Witgenſteinenſis apud perill. a SENCKENBERG *Sammlung rarer Schrifften* P. II. p. 47. quaeritur: an, fratre mortuo, ſucceſſor in feudo pro indiuiſo poſſeſſo inueſtitura opus habeat? et decretum in iudicio aulico, quod non, quia per ſimultaneam inueſtituram accreſcit agnato. Idem adſeruit Wilhelmus

Dux

eodem iamdum inuestiti, sin vero feudum inter ipsos iamdum fuerit diuisum, ideoque feudi pars in defunctum translata, renouatione omnino opus erit, quia tunc vasalli persona fuit mutata *o*). Vniuersitatibus et collegiis vero vel certum tempus praefinitur, vt plurimum decennium, quo praeterlapso, inuestiturae renouationem petere tenentur, vel ab ipsis prouasallus constituitur, qui vasalli vices sustinet, nomine communi inuestitur, vt non, nisi ipso defuncto, renouatio sit necessaria. Et si plures constituti fuerint prouasalli, renouatio inuestiturae repetenda haud est, nisi istis omnibus exstinctis *p*).

§. CCLXXII.

Dux Saxon. L. c. p. 28. *Er habe seines Bruders verwürckte Lande per ius accrescendi, und sey derowegen keiner neuen Belehnung bedœrfftig.*

o) IVS FEVD. SAXONICVM C. XXXII. SCHRADER Part. VI. cap. I. num. 18. KNICHEN *de Vestit. Pact.* Part. I. cap. I. num. 37. BERLICH Part. II. concl. LIII. num. 36. B. PARENS num. 2. HORN §. 13. ORDIN. IVDICII AVLICI Tit. III. *So offt auch ein Lehn in viel vertheilet, und in gesammt gesuchet, und darnach dergestalt die Belehnung erfolget, soll iederzeit der Gewalt von allen verfertiget, und worauf einer von den Belehnten, so in den Lehn-Brieffen vermeldet, verstirbet, soll die Belehnung wieder gesuchet und verneuret werden.* ITTER Cap. XI. §. 1.

p) SCHRADER Part. VI. cap. I. num. 5. ROSENTHAL Cap. VI. concl. XXXII. n. 11. B. PARENS num. 4.

§. CCLXXII.

Mutatio quoque in persona vasalli fieri potest per *diuisionem*. Nam si plures filii post patris mortem primum coniunctim fuerint inuestiti, postea vero feuda inter se diuiserint, mutatio fit vasalli et renouanda est inuestitura, licet iuramentum, quod ipsi in communi inuestitura praestiterint, non sit repetendum, nisi curiae feudalis consuetudo aliud postulet *q*). *Vasallus mutatur per diuisionem.*

§. CCLXXIII.

Deinde vasallus mutatur *alienatione*. Quod si vero feudum in extraneum plane transferatur, noua opus est inuestitura, secus si transferatur in agnatum a primo adquirente descendentem, qui opus saltim habet renouatione, dum in inuestitura prima iamdum fuerit comprehensus (§. 264.) *r*). *Vasallus mutatur alienatione.*

§. CCLXXIIII.

Petenda est autem renouatio intra annum et mensem *s*), quod tempus etiam cir- *Tempus petendae renouationis.*

q) HARTMANN HISTORIS' Part. II. quaest. XLVII. B. PARENS num. 5.

r) ROSENTHAL Cap. VI. concl. XXXII. n. 1. B. PARENS num. 4.

s) II. F. 24. pr. II. F. 52. §. 3. dicitur: *per annum et diem.* I. F. 22. vero dicitur: *sancimus, vt nemo miles vltra annum et mensem vadat, vt inuestituram beneficii*

ca feuda imperii obtinet *t*), siue iure Saxonico intra annum et sex septimanas *u*), quibus vsus tres dies addidit. Currit vero hoc tempus statutum a momento, quo mutationis factae notitiam accepit vasallas *x*), nec ignorantia nocet, nisi sit *y*) supina, quoad cursum tamen continuum est, nisi iustum inter-

neficii sui a filio vel successore domini sui petat, vel post mortem domini sui, vel patris sui, vel alterius, cui succedere debet. CVIACIVS equidem fide codicis MSpti, ad quem prouocat, lectionem vitiosam esse putat, et supponit annum et diem, quem sequuntur DIONYSIVS GOTHOFREDVS et CONRADVS RITTERSHVSIVS. Verum FRID. MAVRITIVS Posit. Feud. XI. pos. I. auctor est, se in optimis iuris feudalis editionibus semper annum et mensem hoc textu legisse.

t) Obiicitur quidem ORDINAT. REGIMENTI de anno 1521. §. *und behalten uns*, vbi: *nach Verscheinung des ersten Iahres, darinnen einem ieden seine Regalien zu empfangen gebühret*, ideoque LIMNAEVS Lib. IV. cap. VII. num. 3. annum saltim requiri autumat. Verum et in his annus et dies obseruatur, ciuilis scilicet, non naturalis, quia iuris communis mutatio non praesumitur, et illustres deterioris conditionis non sunt, quam priuati. Vide VFFENBACH *de Iudicio Aulico* Cap. IX. pag. 122. ITTERVM Cap. XI. §. 10.

u) IVRE SAXONICO FAVDALI Cap. XXII. dicitur: *binnen Iahr und Tag*, quod Cap. XXV. explicatur per *binnen sechs Wochen und ein Iahr.*

x) II. F. 9. c. 1. vel *annali silentio, ex quo sciuerit, computando.*

y) CARPZOV Part. II. Constit. XLV. def. XX. HORN Cap. XVII. §. 14.

interuenerit impedimentum *z*), nec inuito etiam vaſallo coarctari aut prorogari poterit *a*). Quod ſi vero vaſallo praegnantes cauſſas habet, cur ſtatuto tempore renouationem petere nequeat, petit a domino indultum ad certum tempus, *einen Lehns-Indult*, quod non facile denegatur *b*), quod etiam in feudis imperii locum habet, atque indultum menſtruum a principe quindecim, a comite decem florenis redimitur. Maxime tempore vicariatus, ſi tempus inueſtiturae, durante interregno, praeterlabatur. Si intra tempus deſtinatum moriatur vaſallus, nouo ſucceſſori annus denuo erit concedendus *c*).

§. CCLXXV.

Renouationem vaſallus a domino petere debet, quod vocatur *die Lehnmuthen, der Lehn gebührende Folge leyſten*, et accipit de- *Forma renouationis.*

T 4

z) SCHRADER Part. VI. cap. II. num. 51. HORN *cit. loc.*

a) IVRE SAX. FEVD. Cap. XXII. equidem contrarium ſtatuitur, quod tamen contraria conſuetudine eſt abolitum, SCHRADER Part. VI. cap. II. num. 2. B. PARENS num. 2. Adde SCHILTERVM Cap. XLV. §. 3. *Iuris Alemannici.*

b) Vide LVDEWIG *von Lehns-Indulten.* ITTER cap. XI. §. 7. Reperitur *Würtenbergiſcher geſuchter Indult wegen Bœhmiſcher Lehn*, apud LÜNIGIVM *Grund-Veſte* P. II. p. 211.

c) ITTER Cap. XI. §. 7.

desuper breue attestatum, *einen Muth-Zettul d*). Inde a domino terminus renouandae inuestiturae praefigitur, quae eodem modo ac noua inuestitura *e*) (§. 165. sqq.), praestito iuramento, procedit. Fidelitatis vero iuramentum, si antea iidem domino a vasallo iamdum praestitum, non iterum est repetendum (§. 173.). Hoc vero opus etiam est, si vel maxime quis pro se et heredibus suis fuerit inuestitus, idemque defuncto domino, successoribus praestandum, licet vasallus domino et successoribus iamdum iurauerit, dum iuramentum sit personale *f*). Super facta inuestitura vero, breue testatum, *ein Lehn-Schein* (§. 169.), imo et instrumentum publicum, *ein Lehn-Brief*, solet confici (§. 179.), eiusdem tenoris, cuius fuerat prima inuestitura, et si quid mutatum, ex errore potius factum praesumitur, nisi per pacta adiecta quidpiam fuerit immutatum (§. 15.) *g*).

§. CCLXXVI.

d) WEHNER voce *Muth-Zettul, Muyten*, equidem Germanis olim mutare, vnde *Muthschierung*. Hic vero idem ac petere, prout *einem etwas anmuthen*, siue *ansinnen*. Terminus etiam in re metallica et apud opifices obtinet.

e) Admittit tamen renouatio etiam testes extraneos II. F. 32. et quandoque iuramentum antea praestitum repeti non debet. B. PARENS Cap. X. aphor. V.

f) PARENS *cit. loc.* num. 2. 3.

g) B. PARENS aph. VI. Vide etiam HENR. BROKES diss. *de fide recentiorum litterarum inuestit.* et potissimum

§. CCLXXVI.

Quod ſi igitur ſtato tempore renouationem dolo omiſerit vaſallus *h*), praeuia cauſae cognitione et ſententia condemnatoria, feudo priuatur, ipſe eiusdemque liberi *i*), et feudum domino aperitur, poſt vaſalli et eius deſcendentium mortem, adgnatis reſtituendum *k*), quibus delinquendo praeiudicium nullum adferre potuit vaſallus. Si vero vaſallus renouationem inueſtiturae doloſe non omiſerit, emenda ſolum praeſtatur, et priuatio non habet locum *l*).

Poena non petitae renouationis eſt priuatio feudi.

mum IO. IAC. HELFRICH *de eo, quod iuſtum eſt, circa mutationem prioris inueſtiturae feudalis.*

h) II. F. 24. pr. et c. 1. vbi inter cauſſas ingratitudinis refertur. II. F. 40. 55. §. *praeterea.* CARPZOV Part. III. Conſtit. XXVII. §. 12. ROSENTHAL Cap. X. concl. XLI. n 5. B. PARENS Cap. X. aph. VIII. MENCKEN *de poena priuationis feudi in vaſallum dolo vel negligentia inueſtiturae renouationem non petentem legibus ſtatuta.*

i) II. F. 31. CARPZOV Part. III. Conſtit. XXVII. def. 10. 11.

k) II. F. 24. 37. 40. c. fin. 55. HORN Cap. XVII. §. 17.

l) II. F. 55. §. fin. STRVV *ſynt. iur. feud.* cap. X. aph. 9. n. 3. HORN *iurispr. feud.* c. XVII. §. 18. IO. FR. VOCKEL *de omiſſione renouation. inueſtiturae non doloſe facta, praecipue in Saxonia ad amiſſionem feudi non ſufficiente.* I. L. BOEHMER *de inueſtit. ſimult. euent. non deſideratae renouat.* §. 63. *ſqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0331
DFG

Idemque etiam in feudis imperii minoribus locum habet *m*).

§. CCLXXVII.

Cauſſae a parte domini, ob quas vaſallus excuſatur.

Sunt tamen quaedam cauſſae, quibus vaſallus excuſatur *n*), vtpote a *parte domini* I) eius *abſentia longinquior o*), niſi procuratorem reliquerit, quare hodie raro excuſat, dum quilibet dominus ſuam curiam habeat feudalem. II) Excuſant *inimicitiae capitales* cum domino, ab ipſo domino prouenientes *p*), quae tamen non a petitione inueſtiturae, ſed ſolummodo a perſonali comparitione, ſi locus non eſt tutus, excuſant. III) *Infamia* domini magna, et ſi ex catho-

m) GESTA BALDVINI Lib. II. cap. III. de Henrico VII. *Colonia ſecunda vice remeauit, et ibidem omnia ſua feuda requirere volentes ſpectauit, praeſidens iudicio ſententias contra rebelles ſua feuda non requirentes, ſeruato iuris ordine promulgauit.* Diuerſa exempla vide apud ITTERVM Cap. XI. §. 5. et apud PFEFFINGERVM *iure publico* lib. II. tit. I. §. 10. p. 934. 935. Hinc Vrbani IV. epiſtola ad RICHARDVM apud LEIBNITIVM *Cod. iur. Gent. prodr.* n. XIV. §. 4. *ita, quod ſi de vaſallis imperii ei homagia non praeſtiterint conſueta, et non reddiderint ciuitates, caſtra et alia ſupradicta, illi, quae ab imperio tenent in eodem, ſint eo ipſo priuandi.*

n) I. F. 22. *niſi iuſta cauſſa interuenerit, quare non petierit.*

o) I. F. 22. c. I. ROSENTHAL Cap. VI. concluſ. 5. SCHILTER ad cap. L. §. I.

p) I. F. 21.

catholicorum principiis excommunicatus fuerit aut bannitus *q*). IIII) *infantia* eiusdem, ſi tutorem non habuerit *r*) vel *furioſus* fuerit. Licet etiam a domino minore renouatio ſit petenda, ſi curatorem non habuerit *s*). Excuſat etiam V) *mors* domini intra tempus praefinitum *t*), porro, VI) ſi duo de dominio directo inter ſe *contendant*, et neuter poſſideat *u*). VII) Vaſallus excuſatur, ſi heres domini *hereditatem*, ad quam dominium directum ſpectat, *nondum adierit x*). Hinc etiam poſt mortem imperatoris renouatio inueſtiturae de feudis vexillaribus fieri nequit, niſi a nouiter electo (§. 163.) *y*).

§. CCLXXVIII.

q) arg. II. F. 28. pr. SYLVANVS *de recogn. feud.* quaeſt. LXIX. XCIX. CIX. ROSENTHAL Cap. VI. concl. LI.

r) I. F. 21.

s) II. F. 3. pr.

t) ROSENTHAL Cap. VI. concl. XI. n. 2.

u) ROSENTHAL *loc. cit.* concl. LII. ZOLL *de dominio directo inter plures controuerſo.* HANACC. *de vaſallo prouido in cauſa domini dir. dubia.*

x) ROSENTHAL concluſ. XLVIII. n. 8. SCHRADER Part. VI. Cap. II. num. 24. E. FARENS Cap. X. aphor. IX.

y) SYNTAGMA IVRIS PVBLICI Cap. XIII. §. 37.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0333
DFG

§. CCLXXVIII.

Causae a parte vasalli.

Deinde *a parte vasalli* excusat I) iusta siue necessaria *z*) *absentia*, II) *aetas pupillaris a*). Et licet tutor pupilli nomine renouationem petat, iuramentum tamen in pubertatis annos differtur (§. 174.). Minor quidem ad petendam inuestituram est obligatus *b*), sed si neglexerit, et a tutore seu curatore indemnis praestari nequeat, restituitur in integrum *c*). III) Excusat *mors vasalli*, intra tempus praefinitum contingens *d*). IIII) *Ignorantia facti iusta et inuincibilis e*), dum vasallo tempus currere incipiat a tempore scientiae *f*). Praesumitur autem potius vasallus ignorasse, ita, vt domino contrarium adserenti probatio incumbat *g*), quandoque tamen, si praesumtio-

z) I. F. 22. *c. sancimus.* ROSENTHAL Cap. VI. concluſ. L.

a) I. F. 22. II. F. 55. *c. Praeterea.* CARPZOV Part. II. const. XLV. §. 19. WERNHER P. X. obs. 415.

b) II. F. 55. *c. Praeterea.*

c) BERLICH Part. II. concluſ. LIII. num. 35. B. PARENS Cap. X. aphor. XI. num. 2.

d) I. F. 22. ROSENTHAL concluſ. XLV. num. 1. B. PARENS num. 3.

e) II. F. 92.

f) SYLVANVS *de recognitione feudi*, quaest. LXIV. LXVI. ROSENTHAL Cap. VI. concluſ. XLVII. GAIL lib. II. obs. X. XLVIII. CARPZOV Part. II. Const. XLV. §. 20.

g) SCHRADER Part. VI. cap. II. §. 7. PFEIL Conſ. LXV. BERLICH Part. II. concl. LIII. num. 37. seqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0334
DFG

ſumtiones contra vaſallum militent, iuramento, vt ſe purget, opus eſt *h*). V) Alia quoque impedimenta excuſant, vtpote *belli*, *peſtis*, quae obſtant, quo minus vaſallus dominum adire poſſit *i*). Huiusmodi etiam impedimenta non ſolum locum habent, dum ab initio tale reperitur, ſed etiam ſi ipſo temporis curſu tale obuenit *k*). Adlegans tamen vaſallus impedimentum legitimum debet *probare l*).

§. CCLXXVIIII.

Minime tamen excuſat, ſi feuda ruſtica et exigua fuerint, licet in praxi quoad minora huiusmodi feuda rigor non ſoleat obſeruari *m*). Ex aequitate etiam vaſallum moram purgare poſſe, tradunt interpretes, modo

Rigor iuris feudalis obſeruari non ſolet.

h) B. PARENS num. 4.

i) I. F. 22. *niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit.* II. F. 52. *c. vlt. dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit.* SYLVANUS qu. XLIV. LXII. ROSENTHAL Cap. VI. concl. XLI. num. 18. Adde IO. FRIEDLIEB VOCKELII diſſert. *de omiſſione renouationis inueſtiturae feudalis non doloſe facta, hodie, praecipue in Saxonia, ad amiſſionem feudi non ſufficiente, Lipſiae* 1728.

k) MYNSINGER lib. IV. obſ. VI. num. 9. B. PARENS cap. X. aph. XI. num. 2.

l) ROSENTHAL cap. VI. concl. LV.

m) CARPZOV P. II. conſt. 45. def. 21. WERNHER *obſeru.* T. II. p. 222. ed. nou.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0335
DFG

modo id fiat, antequam a domino vocetur in iudicium *n*).

§. CCLXXX.

Quod si dominus petitam renouationem denegauerit.

Quid, si dominus petenti legitimo tempore et modo renouationem denegauerit? Sunt equidem, qui hunc pari ratione dominio directo priuari adserunt, quod tamen minus recte se habet, quia nec lex poenam hanc statuit, nec domino tempus, quo inuestire debeat, praescribit. Potius vasallus aduersus eum experiri poterit actione ex feudo, seu contractu feudali, dum dominus feudum primo adquirenti concedens, hunc pro se et successoribus suis inuestit, qui hoc ipso ius quaesitum habent. Hoc in casu etiam olim, si imperator vasallo imperii inuestituram petenti eam denegauerit, comitis Palatini iudicium locum habuisse credunt *o*).

§. CCLXXXI.

n) MATTH. de AFFLICTIS Cap. I. HARTMANN PISTORIS Lib. II. qu. XVIII. n. 8. B. PARENS num. 6. HORN Cap. XVII. §. 18. Adde responsum in FABRI *Staats-Canzelley* Tom. II. pag. 387. In Austria hancce obtinere consuetudinem patet ex illis, quae habet PERILL. a SENCKENBERG *Sammlung rarer Schriffien* P. II. p. 43.

o) confer tamen PERILL. a SENCKENBERG *de fabula iudicii Palatini in Caesarem.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0336
DFG

§. CCLXXXI.

Pro inueſtiturae renouatione aeque ac pro inueſtitura noua ſportula praeſtanda eſt clientelaris. Quae conſiſtit in 1) *laudemio*, 2) *taxa feudali*, 3) *den Anfalls-Geldern*, 4) et in eo, *quod ſoluitur officialibus aulae.* *Sportula feud.*

§. CCLXXXII.

LAVDEMIVM eſt *certa pecuniae ſumma, domino directo ab iis, quos lex vel obſeruantia eam praeſtare iubet, pro conſequenda inueſtitura ſoluenda.* Eſt igitur laudemium I) certa pecuniae ſumma. II) Soluitur domino directo III) ab iis, qui lege vel obſeruantia curiae ad laudemium ſoluendum ſunt obligati, IIII) pro inueſtitura. *Laudemium. def.*

§. CCLXXXIII.

Origo laudemii exinde eſt, quod antiquiori tempore feuda non fuerint hereditaria (§. 191.), ideoque dominus, mortuo vaſallo, tamdiu ex feudo fructus perciperet *p*), quam praedium alii nondum eſſet collatum vaſallo. Et licet poſtea feuda in libe- *Origo laudemii.*

p) Inde quoque eſt, quod laudemium ſub nomine *releuii* veniat. Vocatur autem releuium (Gallis *Relief*), quoniam feudum, quod in manus domini reciderat, ſoluto laudemio releuatur. Eodem ſenſu quoque dicitur *Luitio* (*Rachat*), quia beneficium per illud redimitur Conf. POCQVET *de* LIVONIERE *Traité des fiefs*, lib. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0337
DFG

liberos iure transirent successorio, ea tamen extranei nonnisi ex sola domini gratia consequebantur, et inde domino fructus primi retinere anni omnino erat liberum. In horum vero compensationem domino certum a vasallo adquirente praestabatur quantum in actu inuestiturae soluendum, quod successu temporis laudemium est dictum. Minime igitur eorum accedimus sententiae, qui originem laudemii ex iure repetunt Iustinianeo.

§. CCLXXXIIII.

Etymolog. Dicitur vero laudemium a *laude* et *laudare*, quod media aetate consensum denotat *q*). Alii vero a leudibus siue subiectis

q) Laus media aetate consensum, adprobationem notat. DITMARVS lib. II. p. 333. *His tamen id collaudantibus*, id est, adprobantibus. Idem lib. II. exeunte de Ottone II. *iterum collaudatur a cunctis in dominum ac regem.* Charta de anno 1174. apud DV FRESNE voce *laus. Hanc vero permutationem comes Wilhelmus dicebat non valere, quia facta erat sine sua laude et voluntate.* Henrici D. de Fürstenberg de an. 1319. apud LVDEWIG Reliqu. Tom. VI. p. I. *singulorum fidelium et Consiliariorum nostrorum consilio accedente et laude.* Charta Heriberti comitis Viromond. an. 1047. *Illam terram laude mea et laude D. Henrici Francorum regis dedit idem Herrenbaldus.* Alia charta: *Comes concessit eis, et laudauit terras et feuda eorum ad suam fidelitatem et seruitium.* In conuentione inter *Iohannem Morestl* comitem et *Philippum Aug.* Galliae R. apud LEIB-

iectis etymologiam ducere malunt *r*). Alias quoque adpellatur *donum inueſtiturae s*) et *releuium*, licet hoc certam pecuniae ſummam noret, quae pro ſucceſſione in feudum ſoluitur *t*). Germanice dicitur *Lehnwahr*, *Lehn-Geld*.

§. CCLXXXV.

Laudemium a fructibus, quos dominus mortuo vaſallo ex feudo percipere poterat, habet originem (§. 283.). Hodie huiusmodi ius non amplius eſt in vſu. Ergo quoque

Non praeſumitur laudemium

LEIBNITIVM *Cod. iur. Gent.* p. 5. *Ego faciam vero pacem cum comite S. Egydii ad laudem et conſilium regis Franc.* Ibi laudare pro concedere. Inde etiam *laudes* ſaepius dicitur pro *laudemio*. I. F. 19. occurrit *laudamentum* pro iudicio. Hinc laudare pro iudicare. I. F. 22. *c. Sancimus*. I. F. 28. II. F. 20. RADEVICVS Lib. II. cap. XI. *accepta de hoc probabili petitione fidelis laudamento*.

r) LOCCENIVS *explic. voc. feud.*

s) II. F. 27.

t) Charta libertatum Henrici III. Angliae regis Cap. III. *Si quis comitum, vel Baronum noſtrorum, ſiue aliorum tenentium de nobis in capite per ſeruitium militare, mortuus fuerit, et cum deceſſerit heres eius plenae aetatis fuerit et Releuium nobis debeat, habeat hereditatem ſuam per antiquum Releuium, ſcilicet heres vel heredes comitis, de comitatu integro, per centum libras, heres vel heredes Baronis de Baronia integra, per centum ſolidos ad plus. Et qui minus habuerit, minus det, ſecundum antiquam conſuetudinem feudorum.* Vide SPELMANNVM voce *Releuium*. Adde SCHILTERVM *de bonis Laudemialibus* §. 52.

que laudemium vsu supereſſe praesumi nequit. Hinc laudemium exigens ius debet probare suum *u*).

§. CCLXXXVI.

Laudemium stricte intelligendum.

Laudemium non praesumitur, sed est probandum (§. praec.). Ergo consuetudo, qua exigendi laudemium ius competit, stricte est accipienda, nec de casu ad casum extendenda *x*). Ideo, quamuis de quibusdam feudis laudemium praestetur, attamen ad alia feuda eiusdem curiae inde nequit inferri. Porro, licet probetur, in certis casibus solutum esse laudemium, ab iis tamen ad reliquos argumentari non licet.

§. CCLXXXVII.

Quinam ad eius praestationem obligentur.

Laudemium loco fructuum, quos domino ex feudo percipere aperto ius est, praestatur (§. 283.). Ergo regulariter laudemium locum non habet, nisi in eo casu, quo mortuo vasallo feudum ad dominum redit. Hinc ab eius praestatione immunes sunt liberi, quippe qui ex lege succedunt (§. 217.), plerumque vero non liberantur agnati seu extranei, quippe quibus fere succedendi ius est concessum (§. 194.).

u) AVG. LEYSER *de probatione laudemii per libros censuales et litteras inuestiturae.*

x) KAESTNER *de laudemio de casu ad casum non extendendo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0340
DFG

194.). Porro quoque laudemium locum non habet, ſi mortuo domino vaſallus renouat inueſtituram *y*). Similiter nec illi, qui de feudo pro indiuiſo fuerunt inueſtiti, et poſtea illud diuidunt, ad laudemium ſunt obligati, dum ratione eiusmodi feudi maneant vaſalli, nec noui recipiantur. Omnia tamen conſuetudine vel pactis mutari queunt. Sicuti etiam in feudis minoribus, licet nullum praeſtetur laudemium, attamen pro confectione litterarum inueſtiturae *vor den Lehn-Brief und den Schreib-Schilling* aliquid ſolet ſolui *z*).

§. CCLXXXVIII.

Laudemium loco fructuum praeſtatur (§. 283.) Inde in feudis imperii eius quantitas plerumque quarta fructuum pars annuorum eſſe ſolet *a*). Hocce quantum in feudis imperii olim non ab extraneis ſolum, ſed quoque ab agnatis, in feuda ſucceſſoribus auita, exigebatur, aſt in nouiſſima *b*) cautum eſt capitulatione, vt agnati ab hac im- *Quantitas laudemii*

y) COLER Dec. XXIII. n. 35. 37. HARTM. PISTORIS Lib. I. qu. 59. n. 50. BRANTZKIVS cap. IV. n. 22.

z) I. FR. CHRIST. *de ſportula clientelari*, vbi docet, qua ratione *Lehn-Geld*, *Lehn-Tax* et *Schreibſchilling* inuicem diſcrepent.

a) ESTOR *de onere laudemii depoſito*, Sect. IV. §. 58.

b) Art. XVII. §. 19. Adde ill. ESTOR diſſert. *de onere laudemii depoſito*, Sect. IIII. §. 58.

munes sint praestatione. Quoad feuda prouincialia laudemium secundum cuiuslibet loci consuetudines variat, his deficientibus, pro modo redituum determinatur feudalium, ita tamen, vt exigenti incumbat probatio (§. 285.). In feudis minoribus haecce probatio per libros censuales, legitime confectos, *durch die Erb-Register*, fieri solet *c*).

§. CCLXXXVIIII.

Anfalls-Gelder. Quoad imperii feuda, iis in casibus, quibus laudemium soluitur, imperialis cancellaria petere solet *die Anfalls-Gelder*. Sunt vero *Anfalls-Gelder certa pecuniae summa cancellariae imperiali ab iis, qui laudemium soluunt, praestanda.* Huius pecuniae quantitas plerumque in triplicatis consistit sportulis, et per capitulationem nouissimam *d*) ab iis soluitur, qui nouiter adquirunt feuda (§. 287.).

§. CCLXXXX.

Taxa. Alia vero est ratio TAXAE FEVDALIS, *der Lehn-Taxe*, quae est *certa pecuniae summa consilio imperii aulico, seu in mediatis feudis curiae*

c) STRECKER disp. *de probatione per libros censuales.*

d) Art. XVII. §. 19. *Vielweniger der Churfürsten, Fürsten und Stände mit denen Laudemien und Anfalls-Geldern von denen Lehnen, damit sie allbereit continuiret gewesen - - nicht beschweren, noch beschweren lassen.* Adde ill. ESTOR disp. *de onere Laudemii depositi*

curiae domini, pro opera inueſtiturae ſoluenda. In feudis imperii hancce ſoluunt taxam, qui a iudicio inueſtiuntur aulico, et inde ab eius praeſtatione immunes ſunt non electores ſolum, ſed omnes quoque principes *e*) (§. 165.). Eam vero praeſtant omnes, qui inueſtiuntur a conſilio aulico, ſiue ſint collaterales, ſeu nouiter adquirentes, ſiue liberi.

§. CCLXXXXI.

Quid Electores et Principes praeſtent.

Electores ſolum minoribus aulae imperatoriae miniſtris certum quid ſoluunt. Principes vero non hisce ſolum, ſed quoque magiſtro curiae exſoluunt 63. marcas argenti cum quadrante, qui hanc ſummam inter imperii ſubofficiales atque aulae imperialis officiales ex praeſcripto diſtribuit, quod hodie ad mille octuaginta vnum florenos ſolet referri *f*). Electi autem vel poſtulati

e) A. B. Cap. XXVIIII. §. 2. MOSER *Reichs-Hoffrath.*

f) Diſtributio talis eſt:

Herrn Obriſten Hofmeiſter	120	*Gülden*
Herrn Reichs-Vice-Canzler	120	- -
Herrn Erb-Cämmern	120	- -
Herrn Erb-Marſchallen	120	- -
vor das Pferd	120	- -
Herrn Erb-Truchſeſſen	120	- -
Herrn Erb-Mund-Schencken	120	- -
Herrn Erb-Schatzmeiſter	120	- -
Den Herren Reichs-Secretarien	48	- -

Reichs-

ſtulati adminiſtratores epiſcopatuum A. C. addicti, vltra taxae ordinariae ſummam, dimidium inſuper eiusdem pro infeudatione ſoluere tenentur *g*). Vna autem taxa ſolum de feudis imperii ſoluitur, licet etiam de feudis pluribus vnico actu fiat inueſtitura *h*).

§. CCLXXXXII.

Sportula. Tandem quoque ſub nomine ſportulae vt et pro actu inueſtiturae, pro litteris feudalibus earumque ingroſſatione, ſigillo et capſula, aliquid ſoluitur, et in plerisque curiis, licet vaſallus vnico actu de diuerſis inueſtiatur feudis, de ſingulis praeſtat ſportulas.

§. CCLXXXXIII.

Quaenam domino ratione laudemii aentur actiones. Ad petendum laudemium, domino datur actio perſonalis ex contractu feudali, vel condictio ex moribus. Habet etiam ratione exactionis laudemii hypothecam tacitam, ita vt poſſeſſor debita a praedeceſſoribus

Reichs-Taxatorn	23	-	-
Reichs-Regiſtratorn	20	-	-
Denen Reichs-Canzelliſten	30	-	-
	1081. *Gülden*		

Vide CASS. THVCELII *Electa iuris publici* Tom. I. pag. 234.

g) INSTR. PAC. Art. V. §. 21.

h) CAPITVL. NOV. Art. XVII. §. 18.

bus laudemia soluere teneatur. Datur quoque domino ratione laudemii priuilegium praelationis *i*).

CAPVT X.

DE IVRE DOMINII DIRIGENTIS IN FEVDO EIQVE RESPONDENTIBVS VASALLI OBLIGATIONIBVS.

§. CCLXXXXIIII.

Iura domini directi, quem supra (§. 9.) definiuimus, partim ex feudi essentialibus, dominio nempe diuiso, fidelitate et concessione salarii (§. 9.) fluunt, partim singularibus curiarum feudalium consuetudinibus innituntur. *Vnde fluant iura domini directi.*

§. CCLXXXXV.

Ex diuiso dominio competit ius concurrendi ad dispositionem de feudi substantia, quatenus illa in deterius vel contra concessionis *Concursus domini ad facultat. dispon. et*

i) FRANTZKIVS Cap. XVI. n. 1128. B. PARENS Aphor. XVII. Laudemium a iudicio aulico pro onere reali esse agnitum, docet concluſ. apud V. C. MOSER P. V. p. 517.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0345
DFG

feudi apertura.

sionis legem fieri debet (§. 11.). Inde domini requiritur consensus, si vasallus feudum alienare, oppignorare, aut alio modo de eo in deterius disponere vult *k*). Et quia concessioni feudali regulariter ea lex inest, vt vasallus feudum solummodo pro se suisque descendentibus successionis feudalis capacibus habeat (§. 195.), et lex dicta seruanda sit, satis patet, vasallo naturaliter vel ciuiliter mortuo, et nemine, cui ius ex facto adquirentis seu simultanea inuestitura competit, existente, feudum ad dominum redire, quippe qui intuitu adquirentis et eius descendentium solum dominio se abdicauit vtili *l*).

§. CCLXXXXVI.

Possessio domini.

Exercitium iuris cuiusdam eius possessionem constituit. Inde dominus, qui exercet dominium directum, eius et iurium inde profluentium habet possessionem, vi cuius illi remedia possessoria competunt, non solum intuitu directi, sed quoque in casu, quo feudum fuerit apertum, intuitu dominii vtilis *m*).

§. CCLXXXXVII.

k) II. F. 8. §. 1.

l) I. F. 14. §. 2. II. F. 24. §. f.

m) Et inde quoque feudo aperto per consolidationem possessio ipso iure transit in dominum LVDOLFF Sympt. I. consult. 8. §. 2. p. 194. STRVV. *synt. iur. feudal.* cap. XVI. aph. XI. §. 1. A SENCKENBERG *lineae iur. feud.* §. 340.

§. CCLXXXXVII.

Porro vi dominii sibi competentis dominus non solum directum, sed quoque vtile feudi dominium a quolibet potest vindicare. Modo, quoad vtile dominium, vasallus eo se abdicauerit, vel illud finito tempore, in quod concessum, seu alio modo, vtpote per feloniam, amiserit. *Vindicandi ius.*

§. CCLXXXXVIII.

Deinde domino ius competit fidelitatem a vasallo exigendi (§. 7.), et sic quoque dominus iure gaudet exigendi, vt vasallus eius honorem et vtilitatem quouis modo promoueat, et damna auertat (§. 9.). Ex obligatione vasalli domini honorem promouendi fluit, quod vasallus reuerentiam domino exhibere teneatur *n*), ideoque nec actione aut exceptione famosa contra eum experiri, nec interdicto, vnde vi, dominum conuenire, nec ab eo iuramentum calumniae exigere potest *o*). Loco tamen eiusmodi actionum famosarum, actione in factum vti poterit. *Reuerentiam exigendi.*

§. CCLXXXXVIIII.

Quia vasallus vtilitatem domini promouere, et damna auertere tenetur (§. praec.), ille *Vasallus dominum accusare et*

V 5

n) II. F. 6. 7. 23. v. *quomodo.* I. F. *Alem.* cap. 6. §. 3. I. F *Fox* cap. IV.
o) II. F. 33.

contra eum testimonium dicere inquit.

ille quoque dominum criminis accusare nequit *p*). Nec testimonium dicere potest contra dominum, siue in causa ciuili, siue criminali *q*), nisi a iudice hoc imponatur, vel ad demonstrandam ipsius innocentiam, vel pro domino hoc fiat. Quo tamen casu testimonium vasalli a domino producti ob legem fidelitatis, quam intuitu domini habet, est suspectum, excepto casu, quo vasallus testimonium dicit de eo, quod in curia domini actum, vel vtriusque litigantis sit vasallus *r*).

§. CCC.

Ad alendum et redimentum tenetur vasalli.

Vasallus obligatur, damna a domino auertere (§. 298.), et inde eum obligatum putarem ad dominum inopem alendum, eumque ex captiuitate redimendum, si hoc ex bonis ipsius domini fieri nequeat *s*).

§. CCCI.

p) II. F. 24. v. *item si delatio.* II. F. 33. c. *similiter.*

q) II. F. 33. c. *similiter* ROSENTHAL. cap. X. concl. 23. n. 25. B. PARENS n. 3. HORN cap. XVIII. §. 4.

r) IAC. FR. LVDOVICI *de testimonio vasalli in causa domini.*

s) arg. II. F. 6. et L. 5. §. 18. D. *de agnoscend. et alend. liberis.* SCHRADER P. XI. cap. VIII. n. 11. B. PARENS Cap. IX. Aph. V. num. 15. Licet contrarium adferat ROSENTHAL cap. VIII. concluſ. XXIII. num. 9. et MASCOV *lib. feudali* p. 183. nota *a*). In *dem Anhaltiſchen Land-Tags-Abſchied* de 1652. apud LVNIG Cont. II. *Fortſ.* 3. pag. 356. obligantur vasalli ad redimendum dominum ex captiuitate.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0348
DFG

§. CCCI.

Dum vasallus feudum loco salarii habet, ad seruitia domino praestanda est obligatus (§. 10.), quae, vt distinguantur ab aliis, *feudalia* solent vocari. Et vel *ordinaria* vel *extraordinaria* sunt. Ordinaria seruitia vel *equestria*, vel *aulica*, vel *iudiciaria* sunt (§. 10.). *Obligatus est ad seruitia.*

§. CCCII.

EQVESTRIA, *die Ritter-Dienste*, vasallus armis et equis instructus praestat *t*). Et quidem illa secundum ius feudale vasallus in persona praestare tenetur *u*), nisi dominus dispenset *x*), vel iustum adsit impedimentum, si nimirum eius aetatis sit vasallus, vt nequeat ipse seruitia obire ob aetatem vel nimis teneram *y*), vel nimis prouectam. Deinde *Seruitia in persona a vasallo praestanda*

t) II. F. 12. 27. IVS SAXON. FEVD. Cap. II.

u) II. F. 23. c, fin. II. F. 26. c. *si quis.* II. F. 36. 55. IVS SAX. Cap. XXXXVI. ALEMANNICVM Cap. LXXXVII. *sol er in eigener Person ziehen.* Vid. KOHL Part I. num. 159. seqq. Licet dissentiat ROSENTHAL Cap. VIII. conclus. XXIII. STRVBEN *von dem Vnterschied zwischen den ehemaligen Ritterlichen Lehen-Dienst, und heutigen Reuter-Dienst*, P. I. *der Nebenstunden.* pag. 429.

x) Hoc fit, vel tacite, vtpote si feminam, clericum, imperfectum inuestiat, vel expresse, singulari pacto, prout patet ex conuentione inter Iohannem, comitem Moresti, et Philippum Augustum, Galliae regem, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent.* p. 5.

y) II. F. 26. *c. si minori etc. si quis decesserit.* KOHL Part. num.

Deinde excusat infirmitas, aliaque inhabilitas, vtpote apud feminas, clericos, imperfectos *z*), vel etiam, si vasalli dignitas aut conditio non permittat, vt ipse seruitium exhibeat *a*). Hisce casibus singulis vasallus per substitutum seruitium praestare potest, seu *hostenditias* soluere *b*).

§. CCCIII.

Indeterminata seruitia. Militaria vasallorum seruitia sunt vel *determinata*, vel *indeterminata*. Si indeterminate seruitia sint praestanda, ea dominus exigit, quoties illorum opus habet *c*), & quidem, quando in periculo est constitutus *d*), adeoque non solum, quando bellum geritur, sed etiam pacis tempore sunt exhibenda *e*).

§. CCCIIII.

Determinata seruitia. Plerumque vero determinata praestantur seruitia, quae ex litteris inuestiturae et catalogo

I. num. 137. seqq. B. PARENS Cap. XI. aphor. VI. num. 2.

z) II. F. 36. IVS FEVD. SAX. Cap. XXXIIII. ALEM. Cap. XXXXVII.

a) KOHL num. 150.

b) II. F. 40. IVRE ALEM. Cap. LXVII. de feminis et clericis, *was sie Lehn von dem Rich hant dat sollent sie das zehende Recht dem Rich zur Hersture geben. Also soll auch der Pfaffe, der nit Fürste ist.*

c) I. F. 5. II. F. 7. 28.

d) II. F. 26. c. *licet vasallus.* II. F. 28. c. *ad hoc.*

e) ANDR. KOHL *de seruitiis*, P. IIII. n. 34. Adde MARCVM

talogo feudorum *dem Lehn-Regiſter, Lehn-Urkunden und Büchern*, vt et *denen Muſter-Rollen f)* cognoſcuntur. Si igitur in his modus ſeruitiorum fuerit expreſſus, vltra illum vaſallus onerari haud poteſt. Praecipue vero determinari ſolet, quot equis vaſallus debeat ſeruire et domino praeſto adeſſe, et inde, *daſs er mit einen, zweyen oder dreyen Pferden die Lehn verdiene.* Imo, ſi feuda exigui ſint valoris, equus diuiditur, *daſs der Vaſall ein halbes Ritter-Pferd, einen Huf ſtelle.* Et duobus vel pluribus coniunctim ſumtis, eius miſſio imponi ſolet, *daſs ſie zuſammen ein Ritter-Pferd ſtellen.* Quo caſu omnes quidem obligantur, eique, qui ſeruitia ſolus praeſtitit, reliqui ſatisfaciunt. Caeterum regulariter in determinandis ſeruitiis ad quantitatem agrorum *derer Lehns-Huffen* reſpicitur, et plerumque decem manſi 10 *Ritter-Huffen* vnum praeſtant equeſtrem equum *g)*. Interdum quoque adiicitur, quibus armis vaſallus comparere, et cum domino in praelium proficiſci debeat, aut quod ſemel ſaltim in anno, aut in patria ac vicina regione, non vero in

CVM RHODIVM *de ſeruitiis feudalibus vaſallorum Pomeraniae orientalis.*

f) De luſtratione vaſallorum cuolue BVDERI *Am. iur. feud.* n. 25. p. 174.

g) SCHILTER *ad ius feud. Alem.* C. VIII. §. 14. HILDEBR. *de equo ſequelae et feudali.*

ro in extera aut remota militare teneatur *b*).

§. CCCV.

Seruitia determinata nec augentur, nec minuuntur

Dum autem seruitia sint determinata, ista cum augmento feudi naturali non augentur, nec, feudo licet diminuto, diminuuntur. Nec augentur ista, si domini et vasalli facto feudum fuerit auctum, et plura bona allodialia feudo accesserint *i*). Parte feudi cum domini consensu alienata, seruitia quoque, licet illorum nulla facta fuerit mentio, pro rata transferuntur *k*). Interdum tamen dominus praeter determinata adhuc alia exigere potest *l*) seruitia, si nempe 1) casus hoc exigat necessitatis, 2) si id fiat ad splendorem et honorem domini *in gewissen Ehren Fällen, als Beylagern, Geburts- und Namens-Tagen, wann wegen grosser Siege und Friedens-Bezeugungen Dank-Feste angestellet werden.*

§. CCCVI.

b) Vide saepe laudatas ill. BVDERI *amoenitates iur. feud.* obs. 24. p. 151.

i) ROSENTHAL Cap. X. concluf. XXXXIIII. num. 55. seqq. B. PARENS Cap. XI. aphor. I. n. 7. HORN Cap. XVIII. §. 6. Licet KOHL Part. IIII. num. 184. dissentiat.

k) II. F. 77. KOHL Part. IIII. numer. 76. TORNOV. pag. 335.

l) KOHL *de seruitiis feudalibus*, Part. IIII. numer. 18. KNICHEN *de vestit. pact.* P. II. cap. 5. n. 6. Adde FLEISCHER *institut. iur. feudal.* p. 650.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0352
DFG

§. CCCVI.

Equus equeſtris, *Ritter-Pferd*, praeſtari debet inſtructus ad ſeruitia militaria, ſimul cum equite armis inſtructo *m*). Inde differt ab equo feudali, *einem Lehn-Pferd*, quippe qui absque milite armato ad alios praeſtatur vſus, v. g. ad venationes, equitationes etc. *n*). Originem habent equi equeſtres ſimul cum ipſis feudis, aſt quod eorum loco certum praeſtetur pecuniae quantum, occaſione expeditionum Romanarum ortum videtur. Dum enim ſinguli vaſalli imperii obligarentur ad praeſtandum certum militum numerum regi, ad petendam coronam proficiſcenti in auxilium, et duces comitesue vaſallos ſuos ex prouinciis ipſis deſtinatis adducerent; hi vel impoſitum ſibi vaſallorum numerum ad imperatoris duxerunt exercitum, vel loco deficientium ſingulis menſibus pro equite 12 florenos, pro pedite vero 4 florenos ſoluerunt. Inde orti *die Rœmer-Monate.* *Origo equi equeſtris.*

§. CCCVII.

m) B. DE LYNCKER Deciſ. MCCCCXXXX. *dem Vaſallo aber obliegt, iedweden Lehn-Herrn, auf Begehren, ein Ritter-Pferd, mit aller zugehœrigen Armatur zu ſtellen, auch iedweden Vaſallen denienigen Knecht, welchen er zum Ritter-Dienſt zu ſtellen gehalten, nicht nur mit Piſtohlen und Seiten-Gewehr, ſondern auch mit tüchtigen Bruſt- und Rükſtücken, auch Casqueten oder Pücken, und Carbinern zu verſehen, und auszurüſten gebühret.*

n) HILDEBRAND *de equo ſequelae, equeſtri et feudali.*

§. CCCVII.

Contra quem seruiat vasallus.

Regulariter praestanda sunt seruitia contra omnes, etiam agnatos, imo patrem et filium *o*). Excipitur tamen semper dominus superior, atque in imperio nostro imperator *p*). Hinc etiam, si princeps imperii imperatori et imperio bellum inferat, magis huic est obligatus, quam domino immediato *q*). Quod si vel domino, vel vasallo pereundum esset, communis est sententia, vasallum suam potius, quam domini vitam conseruare debere *r*).

§. CCCVIII.

o) II. F. 28. *contra omnes debet vasallus dominum adiuuare et contra fratrem et filium et patrem, nisi contra alium dominum antiquiorem hic enim caeteris est praeferendus* II. F. 55. *c. insuper.* Vide tamen PETRI DE TOVLLIEV dissert. *de vasallo dominum suum aduersus proprium patrem adiuuare non obligato.*

p) II. F. 7. 55. *§. fin.* Hinc Ernesti Alemanniae ducis vasalli, dum ipsos contra imp. euocaret, ipsi responderunt: *Nunc vero, cum liberi simus et libertati nostrae summum defensorem, interea regem et imperatorem nostrum habeamus, vbi illum deserimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, vt ait quidam, nisi cum vita, simul amittit,* apud WIPPONEM *vita Conradi* p. 474.

q) HORN Cap. XVIII. *§.* 12. LYNCKER *de religione obsequii.*

r) KOHL Part. IV. num. 21. Contrarium tamen in Sebast. a Reibisch, qui 5. Iunii 1542. mortem occumbendo vitam Mauritii Saxoniae electoris conseruauit. SLEIDANVS Lib. XV. pr. SIM. STENII *vita Mauritii* p. 525.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0354
DFG

§. CCCVIII.

Ad haec seruitia tamen praestanda vasallus aliter non, nisi a domino tempestiue fuerit vocatus, obligatur *s*). Et quando iis opus, interpellatio vnica sufficiebat *t*), siue generalis, per litteras patentes, siue specialis, nisi vasallus sciuerit, dominum in magno periculo esse constitutum, tunc enim vltro ei adiutorium praebere tenetur *u*). Idem est, si seruitia sint conditionata, statо tempore praestanda *x*). Tempestiue autem venire debet vasallus *y*), ad locum ipsi praefixum, et sumtus ad seruitia necessarios praestare ipse tenetur *z*), nisi consue-

Vasallus ad seruitia est euocandus.

s) I. F. 21. II. F. 26. *c. licet.* IVS FEVD. SAX. Cap. IV. ALEM. Cap. VIII.

t) II. F. 26. *c. licet.* 28. *c. ad hoc* 37. c. 1. 54. 55. *c. firmiter.*

u) II. F. 24. c. 2. 26. *c. licet.* 28. *ad hoc.*

x) Vtpote in regno Neapolitano.

y) KOHL Part. VII. num. 32.

z) Carolus M. Lib. III. Capit. c. LXXIIII. statuit: *Constitutum est, vt secundum antiquam consuetudinem praeparatio ad hostem facienda indicetur et obseruetur, id est, victualia de marca ad tres menses, et arma atque vestimenta ad dimidium annum.* Quia plerumque vasalli hac conditione recipiebantur, vt propriis sumtibus seruirent. CHRON. OSNABRVG. apud. MEIBOMIVM Tom. II. pag. 213. *vnde idem Gerhardus, si ecclesia & dioeceseos inimicitias incurreret, pollicitationem accepit a comitibus in Waldecke, vt decem milites mitterent propriis expensis, donec bellum duraret, ecclesiae & dioeceseo in subsidium & tuitionem.* SCHILTER ad Cap. VII. §. 7. 8. Idem hodie circa seruitia imperii obtinet, vt status, & vasalli propriis sumptibus militent.

ſuetudine aliud obtineat, damnum etiam ipſi, ſuisue rebus obueniens ferre tenebatur *a*). Licet aliud iure Saxonico antiquo ſtatutum *b*).

§. CCCVIIII.

Seruitia in bellis imperii.

In bellis imperii euocabantur vaſalli per duos conuaſallos *c*) ad certum tempus et locum, et quidem per bannum, atque ad praeparandum minimum ſex ſeptimanae, et vnus dies concedebantur *d*). Obligati erant vaſalli, vt vel ipſi in perſona comparerent, vel alium pro ſe domino acceptabilem mitterent, vel dimidiam partem annalis

tent. IVRE SAXONICO Cap. IIII. dicitur: *ſechs Wochen ſoll der Mann ſinen Herrn dienen, mit ſinnes ſelbes Koſt.* Adde ROSENTHAL Cap. VIII. concl. XXIIII. CRAGIVS Lib. II. Cap. XI. pag. 212. MAVRITIVS *Poſit. Feud.* dec. XII. §. 9.

a) KOHL num. 27. B. PARENS aph. VIIII. HORN Cap. XVIII. §. 15.

b) IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. IIII. *Wenn der Mann ein Pferd oder ichts anders ſeines Guths in ſeines Herrn Dienſt verlohren, das ihm noch nicht wieder vergolten iſt, dieweilen iſt er nicht ſchuldig ſeinem Herren zu dienen, noch ihm Lehn-Rechts zu pflegen.*

c) II. F. 54. *ſi de vocatione legitima a domino ſuo conuinci per compares ſuos potuerit.* IVS ALEMANN. Cap. VIII.

d) IVS SAXONICVM FEVDALE Cap. IIII. *des Reichs-Dienſt, der dem Mann geboten wird ſechs Wochen vor dem Tag ehe das er varen ſol.* IVS ALEM. Cap. VIII. *Und die ſol er ime gebieten über ſechs Wochen und einen Tag ehe das er faren ſol.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0356
DFG

nalis reditus ex feudo soluerent *e*), id quod Franci vocabant *Heribannum f*). Certo etiam adparatu debebant esse instructi. Tenebatur autem quilibet vasallus per sex septimanas seruitia imperio propriis sumtibus praestare, equorum tamen pabulum, et quae ad victum erant necessaria, ipsis praebebantur *g*). In bellis imperii hodiernis *h* obtinet, vt quilibet status imperii certum militum numerum sistat, eumque sustentet.

§. CCCX.

Non vero vasallus obligatur, 1) si dominus alteri bellum gerenti stipendio ductus *Quaratione vasallus*

 militet

e) II. F. 54. 55. *firmiter etiam statuimus, tam in Italia, quam in Alemannia, vt, quicunque in dicta publica expeditione spacio competenti temere venire superfederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contemserit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non subministrauerit, feudum, quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat.* Iure Germanico antiquo vero, vtpote SAXONICO Cap. IIII. ALEMANNICO Cap. VII. dicitur: *und wellent sie nit bliben si lœsent die Herfart mit dem zehenden Pfunt was es ein Iahr gilde.* Sic enim II F. 107. *antiquatum esse ipsis rerum experimentis, nos ipsi cognouimus fideles, nisi aliis contractibus pactiones insertae desiderent, dominorum sumtibus eisdem seruitia ministrare.*

f) SCHILTER ad Cap. XL. *Iuris Alem.*

g) Vide SYNT. IVRIS PVBLICI Cap. XXIII. §. 6.

h) *Der Herr gibt seinen Leuten, wenn sie bey ihm ankommen und mit ihm ziehen, Futter, Mahl und Hufschlag.* REINHARD P. III. diff. XXIIII. n. 7. Idem de feudis

ad seruitia non sit obligatus.

militet *i*), 2) nec si bellum notorie fuerit iniustum, nisi fiat ad domini defensionem *k*). 3) Nec obligatur, si contra ipsius vasalli personam bellum gerat dominus *l*), 4) nec si dominus bannitus fuerit, vel excommunicatus *m*). 5) Nec etiam vasallus obligatur, si dominus quaedam vasalli bona feudalia detineat, nec restituat *n*). 7) Idem dicendum,

dis Brunsuicensibus test. LEYSER Cap. II. §. 2. num. 12. CARPZOV P. III. const. XXVIII. §. 18. HORN Cap. XVIII. §. 15. Idem in Franconia obtinet, teste WEHNERO in FABRI *Staats-Canzeley*, Cap. IIII. p. 413. HORN Cap. XVIII. §. 7. Licet KOHL Part. IIII. num. 184. dissentiat.

i) SCHRADER Part. IIII. Cap. VI. num. 66. ROSENTHAL. Cap. VIII. concl. VIIII. n. 22. HORN Cap. XVIII. §. XI. HILDEBRAND *diss. de deneg. seruit.* Cap. II. §. 1.

k) Sic enim II. F. 28. *pr. domino guerram faciente alicui, si sciatur quod iuste, aut cum dubitatur vasallus eum adiuuare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eum facit, adiuuet eum ad eius defensionem, ad offendendum vero alium non adiuuet, si vult. Sed si eum adiuuare noluerit, non tamen sic feudum amittet.* B. PARENS Aph. VII. num. 2.7. HORN §. 10.

l) ROSENTHAL Cap. VIII. conclus. XIIII. num. 12. SCHRADER Part. VI. Cap. V. num. 2.

m) II. F. 28. *pr. Landfriede de anno* 1548. *Tit. III. die Poen der Friedbrecher.* HILDEBRAND *de denegatione seruitiorum feudalium.*

n) Docet IVS FEVDALE ALEMANNICVM Cap. VIIII. *Wer sime Herren libet sin Roß oder ut sins Guts, der ist Ime nüt schuldig zu dienende diewile ers Ime nüt wider geben und vergolten hett. Vnd soll sine Tage nüt leisten die er ime gebütet ümbe Lehenrecht.* Adde Cap. CXVIIII. §. 1.

dum, si vasallus in domini seruitio intuitu feudi damnum tulerit *o*). 7) Si plures fuerint domini, olim vasallus antiquiori *p*), vel si hoc ignoretur, qui prius interpellauerat, ipse seruire tenebatur, reliquis per substitutum *q*), vel secundum ius Germanicum *r*), hostenditias, *die Heer-Steuer*, praestare, quod tamen hodie cessat, dum singulis per substitutum seruitia praestare teneatur vasallus. 8) Si vnius eiusdemque feudi plures fuerint domini, omnibus in solidum obligatus est vasallus, dum vero vna saltim sit

X 3 obli-

§. 1. IVS SAXONICVM Cap. IIII. LXVII. IOAN. MARIA NOVARIVS *de Grauam. Vasall.* Tom. I. Grau. I. §. XIII. p. 16. HILLIGER *de Vasallo contra dominum feudi propria auctor. sibi ius dicente.* §. 20.

o) AVCTOR VETVS *de Beneficiis* §. XVII. *vel aliquod perdiderit in eius seruitio, interim non tenetur seruire aliquid.* IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. IIII. *Wer an seinem Dienst ichts verlohren, das ihme noch nicht wieder vergolten ist, dieweilen ist er nicht schuldig seinen Herrn zu dienen, noch ihm Lehn-Rechts zu pflegen.* SCHILTERVS tamen ad Cap. VIIII. §. 4. contrarium adserit, secutus *Cap. sicut X. de iureiurando.* Hoc etiam praxi obtinere tradit CRAGIVS Lib. II. pag. 213. dum vasallus ad iuuandum dominum sit obligatus. HILLIGER §. 16.

p) II. F. 28. *c. contra omnes.* II. F. 99. fin.

q) KNICHEN Part. II. c. V. n. 42. HARTMANN PISTORIVS Part. II. quaest. XXXXVII. cap. XXXV. KOHL Part. II. num. 8. seqq.

r) IVS SAXONICVM FEVDALE cap. XXXXVI. ALEMANNICVM cap. LXXXVII. SCHRADER *de feudis V.* cap. V. num. 19. SCHILTER ad cap. X. num.

45.

obligatio ad seruitia, ideoque, si vni ex pluribus dominis seruitium debitum fuerit praestitum, ad vlteriora non tenetur, nisi seruitia diuidi possint, tunc singulis pro rata tenetur *s*). 9) Si vero plures de dominio directo contendant, illi seruitia sunt praestanda, qui est in possessione, alias neutri. Neque 10) obligatur, si dominus alteri cessit seruitia, dum domino saltim sit obligatus *t*). Imo, licet olim vasalli etiam extra territorium seruitia praestare tenerentur, prout in expeditione Romana videmus *u*), 11) hodie tamen saltim ad defensionem obligatos *x*) se credunt, et hinc demum

45. KOHL Part. II. num. 89. 91. HORN Cap. XVIII. §. 18. HILDEBRAND *de deneg. seruit.* Cap. II. §. 3.

s) II. F. 55. §. *praeterea verb. vt vasallus pro vno feudo* II. F. 77. *verb. plures domini vnam fidelitatem.* B. PARENS Aph. VII. num. IIII. HORN §. 13. KOHL Part. I. num. 16. ROSENTHAL Cap. VIII. concl. XII. FRANTZKIVS.

t) KOHL Part. II. num. 101. seqq.

u) IVS ALEMANNICVM Cap. VII. *Alle die oberhalb Osterland von dem Rich belehnet sint oder des Riches Dienstmann sint, die sullen dienen zu Winden und zu Polant und zu Behem.* Quare etiam extra territorii fines vasallus ad seruiendum compelli posse, docent BORRINIVS Part. I. cap. VIIII. ROSENTHAL cap. VIII. concl. XXV. SCHILTER Cap. VII. §. 5.

x) Vide B. PARRENTIS *Obseruat. Feudal.* cap. XI. §. 8. Quare vasalli electorales Saxonici anno 1620. deprecabantur, ne extra territorium ducerentur, LONDORP Tom. II. p. 205.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0360
DFG

mum extra territorium se duci posse putant, si ad eius faciat defensionem. Neque tamen vasallus ad custodiendas vias publicas, *die Straſſen zu bereiten*, est obligatus, cum domino territorii ob vectigalium perceptionem hoc incumbat *y*).

§. CCCXI.

Hae tamen exceptiones (§. 310.) exposita non habent locum in feudis ligiis *z*). Sunt autem FEVDA LIGIA, *quorum intuitu vasallus domino obligatus est ad fidelitatem et seruitia contra omnes praestanda, nemine excepto a*). NON LIGIA dicuntur, *vbi vasallus in iis solum casibus ad seruitia tenetur, in quibus ex dispositione legum ad seruiendum*

Feuda ligia & non ligia.

y) B. PARENS Cap. XI. Aph. V. num. 13.

z) II. F. 28. §. *contra omnes.* II. F. 55. II. F. 99. *Si quis inuestitus de feudo* Ligio, *pro quo contra omnes fidelitatem domino debet.* VICEDOMINVS a ECKSTARDT *de feudis ligiis.*

a) Confirmant hanc descriptionem leges Henrici I. in quibus cap. XXXXIII. dicitur: *quantumcunque dominos aliquis habet, vel quantumcunque de aliis teneat, ei magis obnoxius est, & eius residens esse debet, cuius ligius est. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implacitatus est, ille, cuius residens & ligius est, erga quoslibet alios iure potest eum plegiare, nec debet ei denegari.* Adde KLOCKIVM *Relat. Cameral.* XXVI. n. 47. huc pertinet formula codicis *Legum Normannic.* apud de LVDEWIG *Reliqu. MSt.* lib. II. cap. 13. p. 177. *tenebor domino meo aduersus omnes, qui mori possunt & viuere.* Aliam formulam de A. 1217. adfer

est obligatus. Sunt vero ideo dicta ligia, quia vasallus fit quasi *ledig Mann b*), immunis ab omni alia obligatione. Non vero se vasalli solum quoad personam ad ligeitatem, sed quoque interdum castra sua ita obligarunt, vt haec soli domi-

adfert BOVCHETVS *dans les preuves de l'histoire de Courtenay* p. 32. *domino meo* LIGIO *Francorum Regi iuro contra omnes homines & foeminas & omnem creaturam, quae viuere possunt & mori; daemone & spectris exceptis.* Adde IO. IAC. GERCKENROD. diss. *de feudis ligiis & non ligiis.*

b) Alii quidem a *ligiis* populis, a *liga, ligare*, vel a *leihen*, ducunt. IMMHOF ex Pontano, Ligios dictos putat, *quod ligatis reges pollicibus, illos fidei imperiisque sic suis vinciant, atque obnoxios statuant* Gen. XX. *Fam.* p. 329. Verum, supra dictus significatus patet ex formulis inuestiturarum apud ROSENTHAL cap. II. concl. IIII. num. 7. in quibus occurrit, *das es mein ledig Mann vor allen andern Herren seyn soll.* In FRIDERICI A SANDE *Comm. ad consu. Gelriae* Part. I. cap. I. §. 25. occurrit: *ero homo suus absolutus, quod vulgo Ledigmann, nuncupatur.* Vide SCHILTERVM *ad ius feud. Alemann.* p. 14. 16. Sic etiam apud KNICHEN *de Vest. Pact.* Part. II. c. V. n. 156. Elgerus de Hecker miles profitetur, *quod nobili viro Theodorico dicto Luyff de Cleue promiserit, se eius hominem ligium, quod vulgo dicitur ein Ledigmann, futurum, eique assistere se velle & seruire contra quoslibet.* In DITHMARI codice diplomatico num. CXXXVII. dicitur: *vniuersas praesentes literas visuris & audituris, Nos Theodoricus, dominus de Moerse, notum facimus, quod nos bona fide, nostro castro, nostro corpore & toto nostro posse promittimus iuuare virum nobilem Dominum Theodoricum Comitem Cliuensem, prout ligius homo, quod* LEDYGMAN *vulga-*

domino sint aperta, ex quibus se contra omnes possent defendere *c)*. Errant igitur, qui vasallum & ligium hominem vnum eundemque habent *d)*. Dantur tamen vasalli ligii secundum quid tales, qui pacto ligio vnum vel alterum, contra quem ser-

 uire

vulgariter dicitur, domino suo tenetur, & speciali & arctiori fide est adstrictus, & fortius ligatus, super quo, vt dux noster magis securus &c.

c) Prout diploma testatur de anno 1358. apud FELTMANNVM *de feudis* cap. II. §. 5. *Ich Hermann von Merfelde, Ritter, thue kund allen Lüden, und bekenne in diesen offenen Brieff, das ich meinen Herren dem Graven von dem Berg mein Haus zu Merfelde uffgetragen hab, und das wider von ihm empfangen hab, also das Ich und meine Erben dasselbe Haus und allen seinen Begriff von Ihm und seinen Erben allwege empfangen und haben soll zu einen offen ledigen Haus, also das er und seine Erben sich darauf allewege behelffen sollen und mœgen zu allen ihren Nutzen und zu ihrer Noth.* Sic Iohannes & Henricus, comites Solmenses, se anno 1325. erga Matthiam, electorem Moguntinum, obligant, *vt castrum Hohensolms sit domus aperta & domus ligia, vulgariter dicta* ein offen ledig Hauss, *& Matthiae, & successoribus liberrime semper pateat, cum potestate in hostem quemuis inde pugnandi, demtis Sifrido comite de Wittichenstein & Hartrado de Merenberg*, apud SERRARIVM *Rer. Moguntin.* Tom. I. lib. V. pag. 646. GESTA BALDVINI in lib. III. cap. IIII. *Castrum Schadeck feudum* ligium *& aperibile facta emtione legitima procurauit.*

d) HOTTOMANVS equidem *de verbis feudalibus voce ligius*, & VOSSIVS *de vitiis sermonis* lib. III. cap. XX. autumant, ligium eundem esse cum vasallo. Verum, contrarium nos docet ALBERTVS ARGENTORATENSIS,

uire nolunt, exceperunt *e*). Insuper quoque non omnes fieri possunt vasalli ligii, nec omnibus licet vasallos habere ligios.

§. CCCXII.

Non possunt absque mutuo consensu mutari seruitia.

Hodie mutato militiae statu, vix dominus a vasallo exiget, vt in persona seruiat, inde vasalli aut per substitutum seruiunt euocati, aut pro seruitiis certam pecuniae quantitatem soluunt. Interim tamen dominus pro seruitiis, inuitis vasallis, pecuniam exigere nequit, nisi summa necessitas id po-

sis, ad an. 1336. pag. 127. *Quamuis autem iidem Principes Aquilonis ipsum Francum ipsis grauem & exosum haberent. Cum tamen omnes quasi eius essent Vasalli, nisi ab imperatore mouerentur, cuius essent homines ligii inuadendi eum cum honore occasionem aliquam non habebant.* Principes igitur Galliae Belgicae, de quibus hic sermo est, regis Galliae quidem vasalli erant, imp. vero ligii. Sic etiam Clemens V. Papa in *capit.* pastorali *de sententia & re iudicata* de Roberto, Siciliae rege, dicit, quod terras aliquas ab imp. teneat in feudum. Addit tamen, quod ipse rex noster & ecclesiae Romanae, ratione regni praedicti notorie subditus, homoque ligius & vasallus.

e) Hinc Wilhelmus Geldriae & Iuliacensis dux se Ludouici Aurelianensis ducis vasallum ligium agnoscit, ita tamen, vt Wenceslaus imp., Carolus Francorum R., Reginaldus Frater aliique excipiantur, prout diploma extat apud PONTANVM *Histor. Gelr.* lib. VIII. p. 346. Sic comes Mompelgardensis se episcopi Argentinens. vasallum ligium profitetur contra omnes homines, excepto solo duce Lotharingiae. SCHILTER *ad rubr.* sicuti per plura

postulet *f*). Nec vasallus pro seruitiis inuito domino pecuniam offerre poterit *g*). Ex contractu enim feudali nec dominus ad pecuniam pro seruitiis accipiendam, nec vasallus ad praestandam obligatur *h*). Vtriusque tamen et domini et vasalli consensu loco seruitiorum certa pecuniae praestari potest quantitas, quae vocabatur olim *Adaeratio, Heerſteuer, Reiſe-Geld, Fahrt-Loſung*, in Regno Neapolitano *ſeruitium Burſale*, quod hodie saepius fieri solet, *wenn die Ritter-Pferde mit Geld bezahlet werden*, quae distinguenda est ab Adoha *i*), & hostenditiis, cum hae a vasallo, ad domini exercitum non veniente, illa vero ad subleuandum dominum in necessitate praestetur. Quantitas

plura exempla demonstrauit DV FRESNE. ROSENTHAL cap. II. concl. 3.

f) ROSENTHAL Cap. VIII. concl. XXVII.

g) Vide textus II. F. 40. 54. 55. contrarium docet de LVDEWIG A. B. p. 1041.

h) Minime tamen vasallis suadendum, vt domino, pecuniam pro seruitiis exigenti, obstinate resistant, dum varia sint remedia, quibus dominus vasallos in persona seruire obligatos eo adducere poterit, vt pecuniam soluere, quam seruitia praestare mallent.

i) II. F. 40. *Similiter in petendis hoſtenditiis; Hoſtenditiae dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum rege in hoſtem pergentibus vaſalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia de modio duodecim denarios, in Teuthonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum ſolummodo eius anni, quo in hoſtem faciunt.*

titas adaerationis ex conuentione inter dominum & vasallum pendet, ast quantitas hostenditiarum olim erat diuersa. Per legem Conradi II. imp. de modio duodecim denarii, apud Italos, per legem Friderici I. dimidia pars frugum fuit determinata *k*). Iure Germanico *l*) vero decima pars pretio redituum definitur. Hodie in feudis aestumandis taxandisque equi ratio habenda est equestris, & plerumque vnus equus pro onere annuo L. thalerorum haberi solet, inde in aestumatione pretii feudalis pretio 1000 floreni seu thaleri sunt deducendi *m*).

CCCXIII.

Iudicialia seruitia.

Porro quoque vasallus obligatur ad seruitia IVDICIALIA (§. 301). Quae in eo consistunt, vt vasallus, quoties a domino fuit euocatus, ad iudicium feudale, seu curiam domini venire, ibique adsidere, et sententias simul cum aliis curiae paribus inuenire tenetur. Huiusce

k) II. F. 55.

l) IVRE ALEMANNICO FEVDALI Cap. VII. LXVII. AVCTOR VETVS *de beneficiis* Cap. XIII. *ibunt illuc & alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuum a domino suo habuerat.* Adde IACOBVM de AYELLO, & HENRICVM COCCEIVM *de iure Adolphae*, ANTONIVM BORRINIVM *de Caualcata*, & IOAN. LVEDECKE *de adaeratione seruitiorum equestrium.*

m) STRVV *Syntagm. iur. feud.* Cap. XI. aph. V. n. 12.

fusce vero generis seruitia, mutata iudiciorum feudalium forma, hodie sunt rariora *n*).

§. CCCXIIII.

Tandem quoque praestanda sunt seruitia AVLICA, quae etiam *honoraria* vocantur, quando vasallus ad ornanda sollemnia domini euocatur. Qualia sunt: *Wenn die Vasallen bey Solemnitæten zur Aufwartung beschrieben werden.* Sic vasalli euocantur, vt publicos introitus, exsequias, nuptias domini eiusque familiae ornarent. Haecce seruitia, quia ex obligatione domini honorem quouis modo promouendi fluunt (§. 298.), sunt substantialia, et sic quoque ab iis praestanda, qui alias a seruitiis sunt immunes *o*). *Aulica.*

CCCXV.

n) I. F. IO. IVS FRVD. SAX. Cap. IIII. I. F. A. Cap. VIIII. ibique SCHILTERVS SALVAGNIVS p. 1. cap. 12. p. 110.

o) Olim quidem etiam apparatus decernebatur. Sic de nuptiis Io. Ernesti Saxoniae D. anno 1508. Rotenburgi celebratis MVLLER *Annal. Saxonicis* ad h. a. *dieser Herzog hat seine Land-Iunckern mit uf das Beylager zu reisen dergestalt beschrieben, daß sich ein ieder in einen sammeten Mützen, und mit drey langen Schœssen kleiden, und sich also einstellig machen solte.* Augustus Saxoniae elector, dum ad comitia Augustana pergeret, vasallis suis praescripsit. *Ihr wollet euch darnach achten, und Eure Sachen dermassen anstellen, daß ihr mit* 10 *Pferden, darunter drey Reißiger Knechte, und ein Spies-Junge in gewœnlicher schwarzer Kleidung, und auf den Hüten mit gelben Federn Vns zu Dienst und Gefallen einkommen mœget; So werdet Ihr Euch auch*

mit

§. CCCXV.

Extraordinaria seruitia.

Extraordinaria seruitia (§. 301) sunt omnia, quae nec ad equestria, nec aulica, nec iudiciaria referri queunt. Talia sunt, quae ex feudis conditionatis sunt praestanda. Sunt autem FEVDA CONDITIONATA. *ratione quorum singularia quaedam et ad certum locum restricta seruitia sunt praestanda.* Huc spectant I.) *die Ses-Lehn* p), quae sunt feuda ea conditione concessa, vt vasalli loco domini in curia vel castro eiusdem debeant praesidere q); II.) CASTRENSIA, *Burg-Lehn,*

mit Ehren-Kleidern gefast machen, daß Ihr zum Eintritt mit einer schwarzen sammeten Puffgacken, und euer Spieß-Junge mit einer wolgezierten Sturmhauben und Knebel-Spieß oder langen Bersohr staffiret sey. Vide quoque ILL. BVDERI *Sammlung* p. 519. et *in amoenitatibus iur. feud.* n. 23. STRVBEN *de vestitu vasallorum in parerg. Gœtting.* T. I. lib. III. n. 9.

p) Docent hoc litterae inuestituraе apud SCHILTERVM *comm. ad ius feud. Alemann.* p. 451. *Wir Bertholt bekennen, das wir genommen han Johansen den Vogt zu Wasselnheim, den man sprieht von Helfenstein zu einen Seßmanne, also daß er sitzen soll zu Z. in unser Stat, Wenn wir oder unser Nachkommen oder das Capitel von S. es an in vorderet, um zwantzig und hundert Pfund 5. Pfennige die wir darumb gelobt hant und schuldig sind zu gebende.* LVNIG *Corp. iur. feud.* Tom. III. p. 706. Et in alio apud SCHILTERVM p. 457. dubitatur, *ob der Garten hœre zu den Seslehn, oder zu den Reitlehn. Reiten* autem expeditionem militarem notabat.

q) ZASIVS Tom. IIII. opp. n. 13. p. 345. Sic nobiles de

Lehn, dum feudum ita constituitur, vt vasallus ad castrum certum tuendum domino succurrat, qualia in antiquitate reperiuntur plura *r*), idemque etiam ad feminas poterat

de Masmunster feudum habent, vt hostilitatis tempore claues ad oppidum Ensheim tanquam ad cameram Archiducalem in exterioribus prouinciis *in den Vorder-Oesterreichischen Landen* retineant, portas claudant & aperiant.

r) Occurrit etiam in IVRE ALEMANNICO FEVDALI cap. CXXXVI. CXXXVIIII. SAXONICO cap. LXXII. Exemplum exhibet MARQV. FREHERVS *Origg. Palat.* lib. I. cap. X. SCHILTERVS *comment. ad ius feudale Alemannicum* cap. XXXVI. pag. 440. *Nos Adolphus, comes de Nassowe, tenore praesentium notum facimus vniuersis, quod illustris Dominus noster Ludewicus, comes palat. Rheni, dux Bauariae, datis nobis 200. Marcis denariorum Colonienſium nos ad castrum suum in Cuba in suum recepit castellanum, sub forma & conditionibus infra scriptis, quod sibi ad idem castrum locemus probum & honestum militem.* Sic etiam CYRIACVS SPANGENBERG *Hennenberg. Genealogie* lib. V. pag. 175. *Abt Heinrich von Fulda verschrieb Graff Bertholden zu Henneberg 150. Pfund Pfennige Fuldischer Wæhrung zu einem Burg Gut, daſſelbige über das Stifft Fulda auf dem Hauſe Weckenſtuhl, wie Burg Recht iſt, bedienen ſolle.* Iringus, episcopus Würtzburgensis anno 1265. feudum castrense Cratoni & Conrado Hohenloicis in certa summa constituit, apud LVDEWIG *reliqu. MSt.* Tom. II. p. 232. De Adolpho imp. testatur diploma an. 1297. *quod Conradum de Trymberg nobis & imperio pro centum marcis albi argenti apud Friedeberg conquisiuimus in castrenſem* apud SENCKENBERG *ſelect.* Tom. II. pag. 601. Alia exempla vide apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. ad an.* 1315. TRITHEMIVM *Chron. Spanheim. de anno* 1278. Adde ROSENTHAL *tract.*

rat deuolui quatenus pacto vel consuetudine receptum *s*); III. Feudum GVARDIAE, quod alicui eo fine, vt custodiam loci vel personae *t*) cuiusdam suscipiat, est concessum.

§. CCCXVI.

Qualia sunt praestatio hospitii et victus.

Sunt quoque seruitia, quae specialem aliquam determinationem ex pacto habent, veluti si vasallus, ad hospitium aut victum domino praestandum obligatur, quod *albergaria, Corredum u*) dicitur. Huc quoque spectant *die Nürnbergischen Küchel-Lehn*, quae Norimbergensibus quibusdam ab imperatore con-

tract. Feud. cap. II. concl. LXXVIII. n. 1. Sic Henricus, Fuldensis abbas, testatur, se Philippum, dominum de Müntzenberg. in suum & ecclesiae suae castreusem hereditarium ad castrum Bingenheim recepisse, apud HERTIVM *de feudis oblatis* P. III. pag. 573. apud LVDEWIG *reliqu. MStorum* Tom. II. p. 246.

s) Exemplum apud SCHILTERVM *comment. ad ius Alemann.* pag. 462. *Wer aber das ich nit Sune hette, so soll min Eldeste Tochter dasselbige Burglehen zu Kube besitzen und haben.* Vide ADR. BEYERVM & IO. WILH. WALDSCHMIDTIVM *de feudis castrensibus.*

t) I. F. 4. mentio fit huius feudi, et nostram sententiam tueri videtur textus I. F. 4. §. 3. Legi merentur, quae habet ILL. ESTOR. diss. *num elector. saec. imp. sit in tutela elector clerici adgnati* pag. 11. a quo tamen in quibusdam dissentimus, adde LOCHNER in otiis obs. 1.

u) SPIZ *de corredo.*

conferuntur, de quibus annuatim certae praestationes ad caesaris culinam fieri debent *x*).

§. CCCXVII.

Sunt quoque singularia seruitia intuitu officii in feudum dati, de quibus supra (§. 91. *Intuitu officio extraordin.*

x) Mentio illorum fit in ORDIN. IVDICII AVLICI de anno 1654. Tit. III. §. 9. *Wann in der Nürnberger Einwohner geringen Küchel-Lehn viele in einem unzertheilten Lehn-Brife begriffen, vbi* VFEENBACH notat: *was aber solche Nürnbergische Küchel-Lehn eigentlich vor Lehn seyn, solches ist ungewiß: Einige wollen, daß bey Fürstlichen Hœfen ie zu Zeiten die Caduc- und heimgefallene Lehn, denen Prinzessinnen zur Unterhaltung der Küchen verehret, welche man auch Tafel-Güter nennet, gemeinet seyn. Andere sagen, Küchel-Lehn sey Kunckel-Lehn, siue feuda feminea, quod erroneum. Der Author hælt seines Orts davor, daß es geringe Lehn seynd, die nur in die Küchen, als Hüner, Eyer &c. eintragen, wiewohl dergleichen Küchel-Lehn, wie man sich von erfahrnen Practicis berichten lassen, in Nürnberg keine mehr seynd.* Talia feuda sunt, quae in recensione feudorum imperii apud LVDEWIG reperiuntur *in Erlæuterung der güldenen Bulle*, II. *Theil*, pag. 1127. in qua feuda reperiuntur, de quibus *vier Kæse, ein Fastnachts-Hahn, ein Sümmern Korn, sechs Maaß Honig*, annuatim praestanda. Adde ITTERVM *de feudis imperii* Cap. III. §. 26. Eiusmodi feuda etiam in Silesia reperiuntur. Sic enim Bolco II. dux ciuitatem Suidnicensem an. 1531. in die S. Iohannis inuestiuit *mit dem Golden Walde*, his verbis: *contulimus cum omni Iure et Dominio hereditario omnibus temporibus possidendam, ipsi vero consules praedicti et eorum successores nobis et nostris successoribus pro nostra* CO-

(§. 91. 98. 99.) spectat quoque huc feudum militare SCVTI *ein Schild-Lehn*, siue FEVDVM LORICAE *y*), *quando quis in numerum praetorianorum principis adsignatis in feudum certis reditibus fuerat allectus*. Idem de FEVDO STAGII dicendum, cuius ea est natura, *vt vasallus de eodem inuestitus comparere teneatur in castro aut oppido, ad quod dominus diuertere solebat ac secum ibidem in persona residere z)*. Hoc feudum alias quoque vocari solet *Steyler-Lehn a)*, *castrense feudum*. Hac

QVINA *in signum feudi perpetuis temporibus tria talenta piperis super Festo Beati Michaelis dare annis singulis tenebuntur.* STRYCK *de feud. Suidnic. et Iauren.* Sect. II. c. II. §. 5.

y) IVS FEVD. ALEM. Cap. CI. *Schild-Lehen hant ein Ende, so ein Herre den Schild wider nimet. Und git ouch der Mann den Schild wieder, das mag er sich nit erwehren, er muss den Schild entphahen, und damit het das Schild-Lehn ein Ende.* IVS SAXONICVM latinum Cap. XXXXII. §. 1. *Quidam dicunt, quod plures sint infeudationes, quae in certo termino finiuntur, sicut feudum scuti, quod cum scuto cessabit.*

z) Sic enim apud SCHANNAT n. CCCCXLVIII. *debebit etiam idem Iohannes in dicto castro nostro apud nos facere residentiam personalem, quod si non fecerit, possumus et debebimus nos sine contradictione intromittere de bonis castrensis feodi memoratis.*

a) Sic in diplomate Henrici, abbatis Fuldensis, numer. DLXXVIIII. *quod feudum in oppido nostro Lengsfelde, dictum Steylern Lehen, Bertoldo dicto Ciseth, Gertrudi Vxori suae, et Bertholdo eorum filio, quamdiu apud nos residentiam fecerint personalem, et non alias, ad suae vitae tempora contulimus et conferimus per praesentes,*

ita

Huc quoque pertinet *das* SCHÜTZEN-LEHN, quod est *feudum quo vasallus arca et pharetra cum certo sagittarum numero instructus, aut intra oppidi muros custodiam agere aut aduersus hostem foras progredi tenebatur b).*

§. CCCXVIII.

Interdum vasalli rebus seu bonis suis seruire tenentur. Huc pertinent feuda, quae vocantur RITE-LEHEN, quorum natura est, *vt vasallus ad praestationem equi instructi obligetur c).* Sic quoque vasalli interdum obligantur, vt domino vel castrum concessum, vel aliud quoddam, quoties necessitas postulauerit, vel ad transitum vel etiam ad defensionem aperiant. Huiusmodi feudum APERTVRAE *ein OEFFNVNGS-LEHN*, dicitur et potissimum locum habet intuitu castrorum, quae domini territoriali potestati non sunt subiecta. Nam in his, quae in territorio sunt, dominus territorii iure aperturam habet. *Interdum bona seruiunt.*

ita quod post obitum eorundem feudum ad nos libere reuertatur.

b) SCHANNAT *Client. Fuld. probat.* DLXXV. DLXXVI.

c) Tale occurrit apud SCHANNAT p. 21. Probat. DLXVIII. DLXVIIII. ibi: *von diesen Lehn soll eynem Herrn zu Fulda in synen Kammer Wagen so offt das die Notturfft erfordert, und begehrt wird, ein Pferd mit aller Bereitschafft zugeschick werden, --- und soll ein bunt Pferd seyn, bliebe auch das Pferd ausen oder vertürbe, dafür ware ein Herr zu geben nicht schuldig.* Adde LVDEWIG *Hallische Anzeigen*, T. I. pag. 820.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0373 DFG

§. CCCXVIIII.

Ludicræ seruitia.

Non desunt quoque feuda ex quibus seruitia *ludicra* debentur *d*), quae, si honesta et licita sunt, omnino praestari debent, si turpia et inhonesta fuerint promissa *e*), ista pro non adiectis habentur et potius consueta sunt praestanda.

§. CCCXX.

d) Qualia sunt, quando vasallus in festo Natiuitatis domini certam ligni quantitatem ad focum domini portare, vel eadem die coram domino saltare, buccas cum sonitu inflare, et ventris crepitum edere tenebatur, LAVRENTIVS BOVCHET *Tresor du Droit François* Tom. I. p. 1197. Nonnulli vasalli domini d'Argenton offerre debebant alaudam curru vectam, vinctamque, CHOPPINVS *ad LL. Andegauenses* Lib. I. tit. I. cap. XXXI. n. 3. B. HESBERGII domino directo suo comiti de Castel praestare tenebantur 42 *Schilling*, 63. *Pf. alle Iahr eine Azung mit zwælff Pferden, darzu ein gut Mahl, denen* 11. *Pferden sollen geben werden* 11 *Metzen Habern, den* 12*ten* 2 *Metzen Habern. Einem Habigt sol man geben ein Hun, drey Winden, einen Brey ohne Rauch, und darzu eine schœne Frau*, apud LVNIGIVM *Spicil. Secul.* p. 1810. Sic domini de Dymerode ratione syluae, *dem Schüssel-Holtz* imp. in Thuringiam venienti praestare debebant *einen Heer-Wagen mit Schüsseln.* Plura exempla collegit IMMANVEL WEBER *de inuestituris & seruitiis feudorum ludicris.*

e) Quo spectat ius laxandae coxae sponsarum vasallorum, de quo CHOPPINVS *dict. loc.* CAMILLVS BORELLVS Cons. I. num. 158. WEBER *de seruitiis ludicris*, p. 52. KOHL Part. IIII. num. 139. 140. B. PARENS cap. XI. aph. V. num. 18. HILDEBRAND *de deneg. seruit.* Cap. II. p. 315.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0374
DFG

§. CCCXX.

Loco seruitiorum saepe praestatur census annuus. Inde oritur FEVDVM CENSVALE siue PENSIONARIVM, quod est *feudum vasallo tali ratione concessum vt loco seruitiorum quotannis certa pensio praestetur*, Germ. *Zins-Lehn* f). Huc feuda Brandenb. hodie erunt referenda, de quibus loco seruitiorum certa pensio quotannis praestanda. Feudum censuale est feudum, ideoque dominium diuisum et fidelitatis praestationem requirit (§. 7.). Hinc differt 1) a censiticis praediis, quippe quorum possessores plenum habent dominium, 2) ab emphyteuticis praediis et bonis laudemialibus *denen Erb-Lehn-Zinsen und Ehrschætzigen Lehn-Zinsen*, quia huiusmodi praediorum possessores fidelitatem non praestant. Deinde ex feudo censuali census loco seruitiorum soluitur g). Hinc differt

Feudum censuale.

f) IVS FEVD. ALEM. c. CX. *Es mag kein Mann mit Rechte sine Genossen Zins-Lehn gelihen. Er lihet es wol sime ander Genossen. Das ist aber nit Recht Lehen.* SCHILTER *ad Struuium* pag. 130.

g) Et quidem si vasallus censum denegauerit, dominus probare debet, aut quod ipse vasallus censum de hoc feudo dederit, aut quod anteceſſor eius censum soluerit. IVS FEVD. ALEM. Cap. XXI. SCHILTERVS. Maxime vero census hic locum habet in feudis rusticis, qui certos grossos rusticos, *Bauer-Groschen, Spitz-Groschen*, qui 18. nummis constat, soluere tenentur, SCHILTER *exerc.* ff. XIX. §. 23. LEYSER *de feudis Brunsuic.* §. 47.

differt *von denen Praesent-Geldern*, quippe quae loco tributorum ex feudis soluuntur, atque seruitiorum praestationi nihilominus subsunt. Cum denique census feudalis praestetur quotannis, patet, quod differat ab *Adoha, adaeratione seruitiorum equestrium, wenn die Ritter-Dienste mit Geld bezahlet werden* (§. 312.), quod saltim ad certum casum et tempus est directum, et census iste siue pensio singulis annis non praestatur.

§. CCCXXI.

Feudum francum.

Quia vero seruitiorum praestatio ad naturalia feudi pertinet (§. 13.), illa possunt pacto abesse (§. 12.). Inde remissis seruitiis oritur feudum improprium, quod dicitur FRANCVM, de quo nulla praestanda sunt seruitia, *ein Frey-Lehn, das mit keinen Ritter-Diensten beschweret.* Hoc nomen licet apud Longobardos ignotum, et sit Germanicum, atque liberum *h*) notat, in eodem tamen res ipsa occurrit *i*). Dicitur alias *feudum honoratum, ein Ehren-Lehn.* Vocabantur eiusmodi feuda olim *bona salica k*), dum domania regum Francorum dicta fuerint

h) Vide CORPVS HISTORIAE GERM. Per. III. c. XXX.

i) II. F. 104. *cum feudum sic dictum est, vt nullum pro eo seruitium fiat.*

k) IOACH. VADIANVS *de collegiis monasteriorum*, lib. II. apud GOLDASTVM *rer. Alem.* Tom. III. p. 57.

rint *terra salica l*), ex qua talia bona concedebantur. Exinde etiam dicta fuerunt *Saalfreye Güther*, ista enim absque seruitiis concedebantur. Ab his distinguenda sunt *Sattelfreye Güter*, quae feudali aeque ac allodiali iure possidentur & sunt praedia ab operis rusticis libera. Omnibus autem aliis reipublicae oneribus, nisi ab ipsis nobilibus possideantur, sunt obnoxia *m*). Ab his tamen differunt *Sattel-Lehn*, qualia in Belgio sunt, de quibus heres praestat domino iure laudemii equum instructum *n*).

l) HADRIAN IVNIVS *Batauia* Cap. VIIII. pag. 103. *Salicas terras vocari solere propria Principum libera praedia atque immunia beatus Rhenanus annotat: quod Franci postquam late imperium auxerant, nobilitati et veteranis militibus agros assignarint immunes penitus et ab omni seruitio liberos.* In Adelberti Moguntini archiepiscopi diplomate de anno 1130. in IOANNIS *spicilegio* p. 113. dicitur: *decimationem quandam de terra salica in Souernehem.* Inde *Saalbücher* dicuntur, quibus bona aulae sunt descripta. Adde CONRINGIVM *orig. iur. German.* cap. VII. p. 32. CORPVS HISTORIAE GERM. Per. III. §. 13.

m) Vide *Excell.* I. G. STRVBEN *obseru. de praediis, quae dicuntur Sattelfreye Güter*, adiunctam eleganti eius tractat. *de iure Villicorum*, p. 278. cui tamen non omnino adsentit cel. de GOEBEL *de singul. quibusdam praediis rusticorum, quae sunt in terris Brunsuico-Luneburgicis et vicinia vulgo Sattelfreyen Güthern.*

n) FRIDER. A SANDE *consuetud. feud.* pag. 59. 172. SCHILTER *comm. ad ius feud.* Cap. II. p. 515. Tale etiam in ducatu Iuliacensi memoratur apud Domin. de LVDOLF *Obs. forens.* Obs. CCII. p. 561.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0377
DFG

§. CCCXXII.

Feudum francum non est, vbi feruitia non sunt expressa.

Feudum francum dominus, cui praestanda sunt seruitia, concedit. Nec tamen statim feudum francum erit, si in litteris inuestiturae nulla seruitiorum facta fuerit mentio, cum seruitia ad naturam spectent feudorum, ideoque exemtio ab iisdem sigillatim erit probanda (§. 12.). Deinde nec feuda franca statim erunt, quorum ratione vasalli a quibusdam seruitiis sunt immunes, certa tamen adhuc sunt praestanda *o*), cum ista plenam requirant immunitatem. Nec feudum manet francum, quod antea in qualitate Franci concessum ad dominum redit, et deinde absque mentione remissionis seruitiorum alii in feudum iterum concessum est *p*); quia in noua feudi concesione omnia naturalia praesumuntur adesse vsque dum contrarium probetur (§. 12.). Haec autem feuda, si seruitia saltim excipias, in reliquis omnibus propriam retinent feudorum naturam.

§. CCCXXIII.

Denegatio seruitior.

Quaecunque autem sint seruitia, illa, modo honesta sunt (§. 319.), domino exigenti

o) Reperiuntur enim feuda, quae praestare tenentur *ein Artiglerie-Pferd, ein Pferd vor den Rüst-Wagen, ein Kleppar vor den Koch.*

p) ROSENTHAL cap. VIIII. concl. VIII. num. 8. sqq. B. PARENS Cap. XI. aph. IIII.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0378 DFG

genti sunt praestanda. Nisi forsan iusta denegationis existat causa (§. 310.). Iniusta seruitiorum denegatio, si dolo facta est, priuatione feudi punitur *q*), quod potissimum quoad seruitia militaria locum habet, quorum denegationem *Herischlitz* vocabant Franci *r*).

§. CCCXXIIII.

Feuda in territorio domini.

Maiora insuper iura competunt domino, si feuda in territorio eius sunt sita. Nam hoc casu illa non directo solum, sed quoque terr toriali subsunt dominio. Inde duplex domini, circa sita in territorio feuda est persona, territorialis nempe domini et directi. Vtraque licet in vno coniuncta sit persona, diuersos tamen quaelibet producit effectus, & saepe dominus territorialis, qua talis, aliquid facit quod tamquam dominus directus non probat *s*).

q) I. F. 21. II. F. 24. §. 1. Vberius hanc materiam exposuit HENR. HILDEBR. diss. *de denegatione seruitiorum feudalium.*

r) B. RHENANVS Lib. II. *Rerum German.* pap. 94. *deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem*, vide DV FRESNE.

s) DE LVDEWIG *Consil. Hallens.* Tom. I. Lib. III. num. 8. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0379
DFG

§. CCCXXV.

Vasallus subditus si in territorio domicilium habet vel Landsass. obtinet.

Quamuis vero feudum in domini directi territorio sit situm, vasallus tamen, qui in territorio domicilium non habet constitutum, domino directo in realibus solum causis, minime in personalibus subest, nisi forsan in territorio PLENVS obtineat LANDSASSIATVS *qui est ius territoriale, vi cuius quilibet vasallus, qui feudum in territorio possidet, in causis realibus aeque ac personalibus pro subdito habetur, licet domicilium in territorio domini non habeat constitutum.* MINVS PLENVS LANDSASSIATVS dicitur, *vbi vasallus solum intuitu praedii in domini territorio siti pro subdito habetur.* In illis igitur terris, vbi plenus viget Landsassiatus, vasallus in realibus aeque ac personalibus causis, domini legibus et iurisdictioni subest *t*); vbi vero minus plenus solum locum habet, domini iurisdictio in causis solum realibus, minime vero in personalibus est fundata, nisi forsan ratione domicilii vasallus domino in personalibus reperiatur subiectus. Landsassiatus plenus in Saxonia et Thuringia obtinet *u*).

§. CCCXXVI.

t) Hanc materiam praeter WILHELMVM LEYSERVM abunde exposuit SCHILTERVS de *Landsassiis et Schriftsassiis*. Adde CAROLI FABARII dissertationem *de iure Landsassiatus in Thuringia* sub praesid. STRVVIANO.

u) A. FR. GLAFEY *Erœrterung der Frage: Ob ein ieder*

§. CCCXXVI.

Si vero feudum extra domini directi territorium est situm vasallus in se non est subditus. Et licet vasallus et subditus in eo conueniant, quod vterque fidelitatem praestet, in eo tamen differunt, quod I) subditus *gratis*, vasallus vero *pro dominio* vtili sit fidelis (§. 9.). II) Subditus praeter fidelitatem ad omnimodam *obedientiam*, et obsequium domino adstringatur; ast vasallus obsequium solum intuitu praedii feudalis et officii sui siue militaris siue aulici praestat. III) Subditus *in omnibus causis* personalibus et realibus; ast vasallus in his solum domino subest, quae ex *nexu oriuntur feudali*, non vero in reliquis. Hinc ob debitum, ob delictum, ex contractibus suis coram domino feudali conueniri nequit. IIII) Subditus qui contra dominum machinatur crimen *laesae maiestatis* committit, et graui adficitur poena, plerumque capitali, non vero vasallus, qui solum *feloniam* committit, et feudo priuatur: Inde regula est: *sola possessio praedii feudalis non facit subditum* x). Et haec quoque regula valet intuitu simul- *Vasallus non subditus.*

der Chur- und Fürstl. Sächs. Lehen-Mann zugleich ein Landsass und Unterthan sey? wie auch, was es vor Beschaffenheit mit der Sächs. Erbhuldigung habe. Leipzig 1719. 4*to.*

x) HILDEBRAND dissert. *de Vasallagio subiectionem non inferente* a SPOHR. *de vasallo non subdito.*

simultanee inuestitorum. Quippe, qui non quidem iure communi, ast in locis, vbi plenus viget lansassiatus, pro subditis habentur (§. 325.) *y*). Et quamuis vasallus iurauerit, *treu, gehorsam, gewærtig zu seyn*; tamen haec formula in feudis extra territorium sitis solummodo obsequium feudale, fidelitatem nempe, seruitia et officia vasallatica notat. Secus si feuda sint in territorio (§. 325.) *z*).

§. CCCXXVII.

Landsass. et non Landsassica feuda.

Prout igitur feuda in domini dir. territorio sunt sita vel non (§. 325. 326.) illa sunt vel *landsassica vel non landsassica, landsæsige, und nicht landsæsige Lehen.* Sunt autem FEVDA LANDSASSICA *quae superioritati territoriali domini directi sunt subiecta.* NON-LANDSASSICA sunt *quae territoriali domini directi potestati non subsunt a*). Cum hac distinctione coincidit illa, in feuda *extra curtem*

y) LVNIG *corp. iur. feud.* T. III. p. 946. WERNHER P. IV. obseru. 163. HORN cap. XII. §. 30.

z) Prout in formulis inuestit. vasallorum Brandenburg. in Austria. HOEFFLICH *de dominio ius alieno territ.* p. 14. HEIDER *Lindauische Anfuhrung* p. 540.

a) In eminentiori significatu *landsassii Landsassen* dicuntur *possessores feudorum nobilium.* NOBILE autem FEVDVM dicitur *cui inhaeret votum in comitiis prouincialibus.* Possessio feudi nobilis possessorem haud efficit nobilem.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0382
DFG

tem b) et *in curte*, licet iure Longobardico FEVDA *in* CVRTE sunt *res, quae tanquam singulares ex toto sub nexu fidelitatis sunt concessae in dominium vtile.* EXTRA CVRTEM sunt, *quando res separata partem totius haud constituens in feudum conceditur c*).

§. CCCXXVIII.

Feuda in domini directi territorio sita subsunt territoriali potestati (§. 325.) et ab hac non sunt exemta, licet eorum possessor sit status imperii, vel nobilis immediatus, quod tamen quoad reales solum causas locum habet, nec ad personales, quae non sunt feudales, est extendendum, nisi forsan in territorio plenus obtineat lansassiatus (§. 325.) *d*), vel nobilis immediatus in territorio

Non sunt exemta a subiectione feuda in territ. licet ab immed. possessa.

b) AVG. CHRIST. REHFELD *de feudis in curte et extra curtem.* IO. WILH. GOEBEL *de feudis extra curtem.*

c) Nostram sententiam confirmare videtur textus II. F. 51. ibi enim emtor curtis integrae vindicat partes ex curte tanquam toto in beneficium concessas alienatas.

d) Illustrat haec *Rechts und Wahrheits Gründl.* Assertio *der in dem hœchstlœbl. Chur- und Fürstlichen Hause Sachsen uud desselben Landen, von undencklichen Zeiten bestendig und unverruckt gewœhnl. hergebrachten und exercirten Landsasserey, und dass die Herrn Grafen zu Waldeck, welche von dem Fürstl. Hause Sachsen Altenburg die Herrschafft Tonna zu Lehn tragen, in Kraft der Lehns-Pflicht geleisteten* iuramenti subiectionis *von derselben Landes-Regierung auch in nicht Lehnrührigen persœnl. Sprüchen in Rechten passiue zu stehen schuldig*

ritorio domini directi domicilium habeat constitutum *e*).

§. CCCXXVIIII.

Feuda regalia an cum summo imperio esse possint.

Nexus feudalis subiectionem non infert (§. 326.). Hinc concipi possunt vasalli, qui non sunt subditi. Et cum dentur feuda, quibus omnia regalia in complexu sunt concessa (89.), consequitur, quod etiam talia feuda deesse nequeant, quae cum summo sunt imperio. De quo etiam dubitare nos non sinit regnum Neapolitanum, quod licet feudum sit papale, attamen omnia iura maiestatica in eodem exercentur, dum rex praeter aliqualem nexum feudalem, papam non adgnoscat superiorem. Minime tamen feuda Italiae principum cum summo imperio sunt, quippe qui imperatorem dominum adgnoscunt superiorem.

§. CCCXXX.

dig 1665. cui addatur C. P. RICHTER *Bedencken über die Fragen* 1) *welchergestalt vor Landes-Fürstl. Obrigkeit zu Altenburg Herr Graff zu Waldeck belanget werden kœnnen.* 2) *Vtrum comites et qui immediate imperio subsunt et tamen bona feudali iure a sereniſſimo Electore vel duce Saxoniae agnoscunt, respectu illorum in prouincialibus curiis forum sortiantur, vt tam in actionibus realibus quam personalibus coram iudicio aulico et curiali conueniri possint.* 1666.

e) *I. Pac. Osnabr.* Art. V. §. 28.

§. CCCXXX.

Ad iura domini directi pertinet quoque IVRISDICTIO FEVDALIS, quae est *potestas causas feudales controuersas cognoscendi et decidendi cum effectu, vt et non controuersis autoritatem et valorem coniliandi.* CAVSA FEVDALIS dicitur *quae concernit nexum feudalem iam constitutum f).* NEXVS FEVDALIS se exserit in *iuribus, quae domino intuitu vasalli et vasallo intuitu domini vt et vtrique praedii feudalis intuitu competunt.* *Iurisdictio feudalis.*

§. CCCXXXI.

Iurisdictio feudalis pertinet ad causas feudales (§ antec.). Causa feudalis oritur ex nexu feudali iam constituto (§. antec.). Nexus vero feudalis se exserit ratione iurium domino directo et vasallo erga se inuicem, vt et intuitu praedii feudalis competentium. Ergo iurisdictio feudalis in iis solum causis locum habet, quae concernunt iura domino et vasallo erga se inuicem vel intuitu praedii feudalis competentia. Vbi igitur 1) de *In quibus causis illa locum habeat.*

f) Iurisdictionem feudalem praeponere nexum beneficiarium, iam constitutum vel exinde patet, quod ante constitutionem huius nexus nec dominium directum, nec vasallus existit. Spectat huc textus II. F. 20. iuncto textu II. F. 82. *illust.* ESTOR *de iurisdict. curiarum clientelarium Germ. et de causis feudalibus ibi tractandis.*

1) de iure domini in feudo, de seruitiis, reuerentia domino debita, de fidelitate praestanda & neglecta, 2) de iuribus vasalli & obligatione domini, 3) de iuribus conuasallorum inter se, ad quae ex contractu feudali cum domino inito tenentur, 4) de omissione eorum, quae vasallo incumbunt, 5) de inuestitura facta vel non facta, 6) de interpretatione contractus feudalis, vel eius dissolutione agitur, in iudicio lis peragenda est feudali, 7) locum etiam habet iudicium feudale, vbi de successione in feudum, vt et de eius possessione *g*) inter vasallos agitur. Imo & separatio feudi ab allodio ad iudicium pertinet feudale. Minime vero causa pro feudali haberi potest, si vasallus dominium feudale vel absolute vel secundum quid neget, aut vasallo cum alio, rem, vt allodialem sibi asserente, lis sit (§. 330.).

§. CCCXXXII.

Eius fundamentum. Minime tamen iurisdictio feudalis cuilibet domino directo competit. Iurisdictio enim

g) ROSENTHAL equidem Cap. XII. concluſ. II. n. 4. et cap. XII. n. 54. seqq. quem sequitur HILDEBRAND §. 5. si de modo feudi possessorio agatur, coram foro feudali controuersiam esse terminandam, negat, cum non concernat proprietatem, attamen est caussa feudalis, ideoque etiam hanc caussam ad forum feudale merito referunt B. PARENS Cap. XVI. Aphorism. IV. LVDOVICI §. 31.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0386
DFG

enim ad iura pertinet imperii. Hinc illis solum competit, qui eam vel ex concessione imperantis, vel ex praescriptione immemoriali habent adquisitam. Ergo quoque feudalis iurisdictio solummodo ex concessione imperantis, vel per praescriptionem adquiritur immemorialem Si igitur feudum in domini directi territorio est situm, domino iurisdictio feudalis iure imperii competit (§. 325.), qui illam vel per ordinarium, vel per singularem iudicem ad causas feudales constitutum exercere, imo et causas, quae pro feudalibus haberi debent, determinare potest. In feudis vero extra territorium sitis domino nulla, imo ne feudalis quidem, competit iurisdictio, nisi vel ex concessione domini territorialis, vel per praescriptionem illam habeat adquisitam *b*).

§. CCCXXXIII.

Domino, qui iurisdictione feudali gaudet, competit quoque ius confirmandi TVTOREM seu CVRATOREM FEVDALEM, *ein Lehns-Vormund*, qui est *persona habilis, a domino directo ad id constituta, vt loco pupilli seu minoris seruitia praestet equestria, simulque officia* *Tutela feudalis.*

b) Haecce principia vberius illustrauimus in dissertat. *de genuino fundamento iurisdictionis feudalis eiusque limitibus.* Aliam tamen sententiam habet *illust.* ESTOR dissert. *supra adlegata.*

cia adimpleat vasallitica i). Tutor seu curator feudalis, *der Lehns-Vormund*, praestat 1) seruitia *equestria*, 2) *officia obseruat vasallitica*. Non igitur tutori feudali educatio pupilli aut administratio bonorum pupillarium incumbit, quippe quae ad tutorem spectant ordinarium, licet fieri possit, vt tutor feudalis simul sit ordinarius, si nempe a domino directo constituitur, qui simul vi iurisdictionis tutorem ordinarium constituendi habet potestatem.

§. CCCXXXIIII.

Tutela feudalis fructuaria.

Antiquiori tempore tutela feudalis erat vsufructuaria. Nam cum feuda loco salarii propter seruitia concessa sint (§. 10.), haec vero pupillus praestare non possit, ei quoque iniuria haud fit, si a fructuum feudalium perceptione tamdiu excludatur, quam ad seruitia inhabilis est praestanda. Hinc antiquiori tempore vel ipse dominus reditus ex feudo vasalli percipiebat impuberis

i) *illust.* ESTOR in dissert. *num. Elector saec. sit in tutela Electoris clerici agnati* Cap. I. §. 1. tutelam feudalem describit, quod sit potestas proximi impuberis agnati, quae coniuncta erat cum vsufructu et administratione bonorum pupilli minorisue et onere hunc alendi atque officio defendendi et partes clientis obeundi. Illustrant quoque nostram definitionem chartae medii aeui tutelares, quarum exempla vide apud perill. a SENCKENBERG *Sammlung rarer Schrifften*, P. III. p. 329. et apud ESTOR. loc. c.

ris *k*), vel tutorem de feudo inueſtiebat, qui durantibus pupillaribus *l*) vaſalli annis, et officia vaſallitica praeſtaret, et pro illis fructus perciperet feudales *m*). Ius domini

k) AVTOR *vetus de beneficiis §. 67. puerorum beneficiales reditus habet dominus, quousque illi ad duodecim annos perueniant.* Eadem habet IVS FEVDALE SAXON: cap. 26. *Der Herr iſt immer des Kindes Vormund an dem Gute, daz ein Kint von ihm hat. Diewile erz angevelle und verliehen hat, und ſoll das Geld des Gutes nehmen, bis das Kint zu ſinen Jaren kommen.* Similia habet ius feudale ALEMANNICVM cap. 55. *Annvehle iſt nit Lehn-Rechts, doch ſtirbt ein Mann, und let Kind hinter ihme, die unter iren Jaren ſint, der Herr leihet einen andern die* ANVELL, *ob es nit Vormundes hat, der des Herrn Mann ſey.* GLOSSA IVR. WEICHBILD ad A. 26. n. 15. *der dritte recht Vormund iſt ein Lehnherr, der iſt ſeines unmündigen Lehn-Mannes rechte Vormund.*

l) Ius feudale Alem. c. 55. §. 2. 3. *So das Kint kommt zu ſeinen Jaren, ſo ſint die Anvelle ledig. So auch der ſtirbet, der das Anvell geliehen hat, ſo hatt Jenes an den Anuelle nit me und iſt ledig.*

m) Illuſtr. DE LVDEWIG differ. iur. Rom. et Germ. *in fructuum attributione et tutela fructuaria differ.* I. n. d. d. opp. T. II. p. 1209. Illuſtrari haec omnia queunt ex moribus, qui adhuc apud Scotos et Anglos obtinent, de quibus THOM. CRAGIVS Lib. II. c. XX. pag. 287. *Quoties vaſallus in feudo militari decedit, ita, vt in eo feudo ſucceſſio ad eius heredem pertineat immediate, isque heres minor et infra aetatem ſit, cuſtodia tam ipſius pupilli, quam ipſius feudi, ad dominum ſuperiorem pertinet, donec heres ad legitimam aetatem peruenerit. Et haec cuſtodia apud nos (Scotos) Warda dicitur, apud Gallos Guardia, nam tum feudum domino aperitur ad tempus lege conſtitutum.* Et paulo

directi durante vasalli impubertate reditus percipiendi feudales, dicitur *Angefælle n)*.

§. CCCXXXV.

Tutela legitima feudalis apud Germanos in vsu fuit.

Tutela feudalis erat vsufructuaria (§. antec.). Quemadmodum vero agnatis ex facto primi adquirentis ius in feudo competit (§. 195.), ita quoque aequitas postulare videtur, vt illis prae ceteris tutela demandaretur vsufructuario feudalis, maxime, cum agnatorum interesset, ne tutela ad extraneum perueniret,

paulo post, Cragius eam non ad leges Malcolmi refert vel Edgari, verum ad feudorum naturam, scribens: *nam cum haec vera et natiua sit omnium feudorum conditio, vt vasallus domino militares operas praebeat, eique in rebus omnibus gerendis consilio et auxilio adsit, nec huic debito officio minor, siue sit mas, siue femina, poterit respondere, dominus interea fructus feudi sui percipit, vt vicarium pro sui vasalli adhuc inidoneo herede substituat, donec ipse heres ad seruiendum domino sufficiat.* SCHILTER ad *ius feud. Alemann.* cap. IIII. COCCEIVS *de tutelis illustr.* §. IIII. agit de tutela feudali. De Britannia minore scribit IMHOF *Genealog. Gall.* p. 21. *quoties aliquem ducatus vasallum mori contigit, relicto herede minorenni, omnium eius bonorum feudalium dominium non tantum directum, sed etiam vtile ad principem veteri lege pertinebat, vsque dum haeres vicesimum aetatis annum attigerit. Id quod dux Iohannes temperauit.* Adde STRVVII *iurisprud. heroic.* P. V. cap. VI. et illustr. ESTOR *kleine Schrifften*, P. XI.

n) De quo vide illustr. BVDER *Amœn. iur. feud.* p. 139. Cel. BOEHMER *de natura et indole expectatiuae feud.* diss. 1. huc quoque spectat elegans charta apud BECKMANN. *hist. Anh.* P. IIII. cap. 4. §. 3. pag. 327.

ueniret, et quoque allodialis tutela existente agnato habili extraneo deferri haud posset *o*). Hinc tutela feudalis praecipue apud Germanos in vsu erat legitima domini vel agnatorum. Quippe quibus nec testamentarius nec datiuus tutor praeferri poterat. Ast, posteaquam Romanorum iura in nostra recepta sunt fora, non solum tutela desiit vsufructuaria, sed quoque agnati praeter tutelam legitimam, quae iam onere magis, quam fructu erat, testamentariam ac datiuam introduci sunt passi. Inde tria enata sunt tutelae feudalis genera, *testamentaria* nempe, *legitima et datiua*, quibus alii addunt *tutelam pactitiam*.

§. CCCXXXVI.

Testamentarius tutor a patre in vltima voluntate constituitur. *Legitima tutela* proximo defertur agnato, *dem Nächsten Schwerd-Magen p*), et quidem si plures adsunt agnati, gradu proximior reliquis praefertur, inter gradu aequales iure communi omnes coniunctim, iure Saxonico senior tutelam accipit *q*). Matri et auiae ordinaria quidem

Testamentaria et legitima tutela quomodo constituatur?

Z 3

o) *Iurispr. heroic.* P. VI. Cap. VI. §. 2. 3. 19.

p) SPEC. SAXON. Lib. I. art. XXIII. WEICHBILD Artic. XXXXVIIII. IVS ALEMANNICVM Cap. CCCXIII. CCCXIIII. IVS FEVD. MECKLENBVRG. Tit. III. Art. 6.

q) De quo vide scripta, quae prodierunt occasione tutelae

dem tutela, quoad educationem pupilli et pupillarium administrationem bonorum potest deferri *r*); Vtraeque tamen, quia ad seruitia feudalia et officia vasallitica implenda sunt inhabiles, tutrices esse nequeunt feudales *s*) (§. 333.).

§. CCCXXXVII.

Tutela datiua et pactitia.

Datiua tutela deficiente legitima et testamentaria locum habet *t*). *Tutela pactitia*, de

lae principis Ienensis, et exstant apud LONDORP. *Act. publ.* Tom. XVI. p. 78.

r) Ob affectionem in liberos naturalem. Et quidem renuntiatis secundis nuptiis et SCto Velleiano. Vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *cit. loc.* SCHRADER *de feudis*, Part. X. sect. XVIIII. num. 26. ROSENTHAL Cap. XII. concl. X. num. 21. RINGLER *de tutelis illustr.* Cap. I. §. 7. TORNOVIVS *de feudis Megapol.* Sect. II. §. XXXX. qui tamen tradit, hanc renuntiationem saepe omitti. MYLER *de principib. et statibus Imperii*, Lib. I. cap. XXVIIII. num. 10. VFFENBACH *de iudicio Aul.* cap. XI. fol. 137. STRYK *de tutela materna principum imperii*, vbi diuersa inter principes aeque ac priuatos adducit exempla. B. PARENTIS *Obseru. ad* Cap. V. §. 5. *conf. feud. I.* EYBEN *Electa* p. 347. Licet non desint, qui dicunt, matrem inhabilem esse ad tutelam feudalem, HEIGIVS Part. II. quaest. XII. num. 14. CARPZOV Part. II. const. XI. def. XI. num. 14. 17. Adde B. PARENTIS conf. feud. I.

s) Inde matri adiungitur tutrici *ein Lehns-Vormund.*

t) SCHRADER *tract. feud.* P. X. Sect. XVIIII. num. 89. HORN Cap. VI. §. 18. 19.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0392
DFG

de qua varii operose scripserunt *u*), inter priuatos non adeo magni momenti est, dum non ex pacto, sed potius ex confirmatione domini directi tutela deferatur feudalis. Caeterum eadem, quae de tutoribus sunt dicta, etiam ad curatores sunt extendenda. Vtrique vero, et tutores, et curatores, circa hanc tutelam legibus et obligationi ciuili subiiciuntur, nisi quod hypotheca tacita in bonis ipsorum feudalibus locum non habeat.

§. CCCXXXVIII.

Tutor feudalis officia loco pupilli praestat vasallitica (§. 333.). Hinc tutor non solum curam gerit, vt pupillus ad seruitia feudalia fiat habilis, sed quoque nomine pupilli domino seruitia exhibet, tam equestria, quam aulica, fidemque praestat vasallitiam. Deinde curam gerit, ne praedium feudale, vel integrum, vel pro parte alienetur, *Officia tutoris feudalis.*

u) Tutelam pactitiam defendunt HOEPNER *de tutela pactitia naturali.* Ill. A. F. GLAFEY ep. *de quarta specie tutelae* seu *pactitia.* Ill. A. LEYSER *de tutela pactitia.* Spec. Meditat. CCCXXVII. quorum argumenta nouo habitu produxit ill. IO. GEO. DARIES diss. *de tutela pactitia tam in iure Romano, quam Germanico fundata, eiusque in foris nostris vsu.* Negant nouam hancce tutelae speciem C. H. HILLIGER *de figmento tutelae pactitiae et conuentionalis.* C. G. KNORR in sing. progr. *de tutela pactitia.* Darieſiana argumenta sub examen vocauit OPIVS XANTHORIVS Medit. *de fictitio tutelae pactitiae fundamento.*

tur, ne illud deterius reddatur, aut ratione feudi aliquid in pupilli fiat praeiudicium. Tandem quoque ad petendam inueſtituram tutor obligatur x), ita tamen, vt iuramentum fidelitatis vsque ad annos pubertatis differatur y), licet omiſſa inueſtiturae petitio pupillo, tutorem non habenti, haud noceat z).

§. CCCXXXVIIII.

Confirmandus tutor feudalis.

Confirmandus eſt tutor feudalis a domino directo (§. 333.), parumque intereſt, ſiue pupillus quoad perſonam domini directi ſubſit iurisdictioni, ſiue non. Tutor enim

x) Negant quidem, tutorem ad petendam obligari inueſtituram, quia haecce petitio actus ſit perſonaliſſimus, qui a ſolo expediri poſſit pupillo et textu II. F. 26. §. 5. dicatur: *S. quis deceſſerit filio impubere relicto fidelitatem, nec ipſe, nec alius, pro eo facere cogitur.* Cum quo conuenit textus II. F. 22. Quae argumenta vberius adferuntur a CARPZOV. P. II. deciſ. 178. n. 10. a VULTEIO *de feudis*, L. I. c. 7. n. 64. et potiſſimum in *ſupplica Würtenbergica ad imper.* apud LUNIG *corp. iur. feud.* P. III. p. 203. Aſt primo falſum eſt, quod inueſtiturae petitio et iuram. fidel. praeſtatio ſint perſonaliſſima, quia vtraque per procuratorem fieri poteſt. Deinde textus II. F. 22. et II. F. 6. loquuntur de pupillo tutorem non habente. Videatur RHETIVS *Comm. ad L. F.* p. 459.

y) II. F. 26 c. 1. adde IVS FEVD. MEGAP. Tit. III. num. 5. *Ober-Lausnitziſ. Lehns-Ordnung*, p. 86. B. PARENS Cap. X. Aph. VIIII. n. 2.

z) II. F. 26. §. 5.

enim feudalis nec personae, nec bonis, sed solum seruitiorum officiorumque feudalium explendorum causa datur (§. 333.). Eadem locum habent, licet pupillus sit immediatus. Secus qui sentiunt, confundunt tutelam allodialem cum feudali. Subuasallis dominus ordinarius proximus tutorem constituit *a*).

§. CCCXXXX.

Quibus modis tutela feudalis finiatur.

Finitur tutela feudalis iisdem modis, quibus iure communi. Potissimum vero finitur pubertate. De hac iure Longobardico nihil aliud est statutum, quam quod vasallus anno decimo quarto ad inuestituram fiat habilis *b*), *Lehnsmündig*. Ius Germanicum

a) Argumenta pro et contra ventilata vide apud FLEISCHER *instit. iur. feudalis*, C. VIII. §. 35. 36.

b) Sunt equidem, qui velint, decimum octauum aetatis annum II. F. 53. determinari maiorem aetatem, cum tamen textus ille hanc saltem requirat ad necessitatem praestandi iuramenti. Verum, II. F. 45. *c. praeterea si quis.* ad inuestituram annum decimum quartum definit. Scilicet, etiam iure Longobardico discrimen erat inter tutelam ciuilem et feudalem. Illa anno aetatis XVIII. erat definita, prout in LL. Longobardorum lib. II. tit. XXVIIII videmus; haec vero secundum textum nostrum anno XIIII. Ideoque Domino de LVDEWIG plane non adsentior, qui *de aetate legitima puberum*, Cap. IIII. textum Legis Longobardicae etiam ad feudalem tutelam trahit, cum istae leges antiquae Longobardicae plane ad statum ciuilem directae, ne verbum quidem, de feudis habeant.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0395
DFG

cum antiquum distinguit inter *Gerichtsmündigkeit*, siue pubertatem ciuilem, *Eydesmündigkeit*, ad testimonium ferendum, et *Lehnsmündigkeit*, siue habilitatem ad inuestituram feudalem. Ista anno aetatis XXI. altera anno XIIII. feudalis vero anno XIII. et VI. septimanis impetratur *c*). Quantum ad vsum hodiernum attinet, priuatorum maiorem aetatem mores curiae feudalis cuiuslibet definiunt, et in terris nostris Saxonicis plerumque annus XVI. aetatis ad maiorennitatem feudalem *zur Lehnsmündigkeit* et praestandum iuramentum feudale requiritur. Imo vasallus, licet maiorennitatem feudalem fuerit consequutus, bonorum

c) Sic enim ciuilem et feudalem curam distinguit ius Sax. feudale Cap. XXII. *Kindere Jarztal ist drizen Jahr und sechs Wochen von ihrer Geburt, doch bedürfen sie ez darnach, ob sie iemand beteidingen wil umbe ihr Lehen, diewile sie zu ihren Tagen nicht kommen sin, daz ist zu einen Jare und zu zwentigen, so mutzen sie wol Vormynden nemen einen ihres Herren Man.* Idem IVRE FEVDALI ALEMANNICO Cap. LII. dicitur, atque expletis *XIII. Jahr und VI. Wochen* dicitur *Lehnbar*. De maiori aetate vero ad iuramentum dicitur Cap. LI. *Wer ein Kind anspricht umbe Lehnrecht, das sol sin Vormund verantworten. Und get es dem Kinde zu Eide das es schweren sol. Ist es denne unter vierzehen Yaren, so sol es nüt schweren (als hievor gesprochen ist). Als es über virzehn Jahre kumbt, so mag es wol Eide schweren. Wyll aber sin Vormund, er schweret dennoch wol fur es untz es kumbt zu achtzehen Jaren, und das ist recht in allen Landrechten und Lehnrechten.*

rum administrationem non accipit, sed ratione administrandi fundi feudalis et fructuum exinde perceptorum sub tutela manet allodiali. Nam fructus feudales iure allodii censentur, et tutoris allodialis administrationi subsunt *d*).

§. CCCXXXXI.

Vsus hodiernus inter illustres.

Illustres sicuti in plerisque, sic quoque ratione tutelae feudalis, iura retinuere patriae *e*). Inde inter Germaniae proceres, nisi pactis vel consuetudine familiae aliter sit receptum, tutela adhuc obtinet vsufructuaria, eaque legitima (§. 334. sq.) *f*), pactis familiae interdum confirmata *g*). Ast tamen

d) Inde I. P. Sax. lib. I. Art. 23. *Obwohl ein Kind zu seinen Jahren zu Lehn-Recht kommen ist, sein rechter Vormund soll ihm doch an seinen Guth vorstehen zu seinem Gewerb.*

e) Vide HELLFELD diss. *de restricta illustr. alien. fac.* §. 47.

f) DE LVDEWIG *de fructuum attributione et tutela fructuaria* diff. I. Inde quoque rationes non reddit tutor illustris. COCCEIVS *iur. publ.* cap. 29. §. 13. STRVVII *iurisprud. heroic.* P. VI. Cap. IIII. §. 10. KLOCK *Consil.* Vol. I. Cons. VI. n. 90. COCCEII diss. *de tutelis illustrium.*

g) Et huiusmodi tutor pactitius illustris nec a patre, nec a domino potest excludi directo. Exemplum talis tutelae latet in dispositione Friderici I. Electoris Brandenburgici de anno 1437. *Wir haben auch zwischen den obgenannten unsern Sœhnen, Friderichen und Friderichen beredet und bedungen, wenn daß ihr einer stürbe oder*

men quoad educationem pupilli et bonorum pupillarium coadministrationem, testamentaria quoque tutela locum habet *h*). Imo tutela datiua *i*) non penitus illustribus est incognita *k*).

§. CCCXXXXII.

oder abginge und Söhne hinter ihm verliese, einen oder mehr, so soll der andere unser Sohn, der im Leben bleibet, Derselben Söhne oder Sohns Herrschafft, Würdigkeit, Land und Leute getreuer Vormund seyn, als lang bis Sie zu ihren oder seinen Tagen achtzehen Jahr alt kommen. Idem constitutum in dispositione Achillea anno 1473. a Friderico III. imperatore confirmato. Idem confirmatur in dispositione Friderici marchionis de anno 1507. atque in pacto Gerauiensi de anno 1603 decernitur: *das es mit der Bevormundung bey der dispositione Achillea sein Bewenden haben solle.* Tutela legitima igitur, quae alias in terris Brandenburgicis locum non habet, in sereniſſima gente Brandenburgica ex pacto gentilitio fuit introducta. Idemque etiam in contradictorio obtinuisse IO. LEONH. PÜHEL *de tutelis illustrium*, Cap. XIIII. vberius demonstrauit.

h) Ratione electoratuum potissimum est disceptatum, an tutela obtineat testamentaria ob textum A. B. tit. VII. §. 4. Vide LVDEWIG ad A. B. T. I. p. 721. Exempla tutelae illustrium testamentariae et datiuae vide *in deductionib. Isenacensib. et Vinariensibus* apud LONDORP. Tom XVI. p. 109. seq. Legantur etiam, quae de tutela testamentaria in domo Wurtebergica sunt agitata et transacta apud FABRVM *Staats-Canzley* Tom. LXXI. cap. XII. p. 703.

i) Vide FLEISCHMANN *de tutela datiua pupillorum illustrium*, Arg. 1712.

k) Sic Maximilianus II. imper. per *Recessum Spirensem* A. 1570. §. 40. se Io. Friderici II. ducis Saxoniae captiui filiis tutorem velle constituere, promisit. Carolus VI. imp.

§. CCCXXXXII.

Quo anno maiorennis illustres?

Quod ad maiorem principum aetatem attinet, olim inter tutelam feudalem et ciuilem nulla erat differentia, sed vtraque finiebatur, si pupillus ab imperatore vel ex mero arbitrio, vel statuum prouincialium commendatione ad suscipienda regiminis gubernacula habilis declararetur *l*). Aetas igitur, qua tutela finiretur, determinata erat nulla, plerumque tamen anno aetatis XIIII. regiminis capaces habebantur principes. Posteaquam vero ius Romanum receptum, deficiente certa maioris aetatis regula, ex iuris Iustinianei dispositione annus XXV. illustribus maior statuta est aetas *m*), nisi aliter consuetudine, pacto, aut priuilegio in familiis quibusdam illustrium sit receptum, prout

imp. Aug. per *conclusum iudicii aulici* d. XVII. Iunii 1723. defuncti ducis Ploenensis Ioachimi Ernesti filiabus ex officio ducem Brunsuico-Guelferbytanum constituit tutorem. *Corpus Hist. German.* Per. V. Sect. XIII. §. 55.

l) DE LVDEWIG *de aetate legitima puberum et maiorum*, Cap. V. §. 1. et 2. Addatur ill. KEMMERICH diss. *de maiori principum aetate.*

m) Licet ex etronea opinione, quod principes iure viuant priuato hoc factum, consuetudine tamen hoc ius firmatum est. Vide tamen, quae eleganter monuit illustr. KEMMERICH *de maiori principum aetate*, §. 17. seqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0399
DFG

prout principes electores secundum A. B., *principes Bauariae, Palatini, Brunsuicenses, Anhaltini et Hasso-Darmstadtini etc.* ab anno aetatis XVIII. ex speciali priuilegio fiunt maiorennes, vel si veniam aetatis ab imperatore impetrauerint *n*). Si impuberes atque minorennes adhuc fuerint principes, tutores vel curatores eorum inuestituram petunt atque accipiunt, vasallagium etiam per procuratorem praestant *o*), quod tamen, finita tutela vel cura, non est repetendum, prout fit apud priuatos, neque iterata inuestitura petenda *p*). Non desunt tamen exempla dilatae vsque ad maiorem aetatem

n) Quae in petenda venia aetatis sint obseruanda, aliaque huc pertinentia docet KORNIG *Sel. iuris publ.* T. VII. cap. I. Adde HOFFMANN *de iure imperator. principibus German. veniam aetatis concedendi.*

o) Art. XI. *capit. nou.* Inde CHIFLETIVS *Comment. Lothar.* cap. XI. tradit, quod Francisco I. Lotharingiae duce defuncto, cum legati Lotharingici ad Carolum V. imper. missi essent, rogaturi, vt Carolus dux, Francisci filius, adhuc pupillus, a praestatione homagii ad tempus excusaretur, in consilio decretum fuerit, *quod tutores eiusdem illustrissimi Caroli ducis secundum morem imperii debeant pro pupillo praestare iuramentum et accipere inuestituram de feudis ab imperio dependentibus, vbi autem pupillus ad aetatem legitimam peruenerit, ipsemet renouare tenebitur.* Adde MYLERI *Ethologiam* cap. III. 5. ITTERVM cap. X. §. 18.

p) CAPITVLATIO CAROLI VII. Articulus XI.

aetatem inueſtiturae *q*) impetrato indulto *r*).

§. CCCXXXIII.

Tandem quoque alia ſunt iura, quae ex ſingulari curiae conſuetudine domino competere poſſunt, e. g. ius exigendi mortuarium *s*), Hergewettam *t*) et ſimilia. Haec vero ad noſtrum non pertinent inſtitutum. *Singularia domini iura.*

CAPVT

q) Prout inueſtitura Chriſtiani Brandenburgici marchionis a tutore quidem petita, vsque ad maiorem principis aetatem fuit delata. STRYK *app. examen iur. feud.* p. 438. Caeterum, quae obtineant circa inueſtituram a tutore illuſtri petendam et accipiendam docet *die neueſte Wahl-Capitulation*, Art. XI.

r) Formulas concedendi indultum vide apud LVNIG *Corp. iur. feud.* P. I. p. 111.

s) Ill. DE CRAMER *Obſeruat. iur. vniuerſ.* obſ. 233.

t) Illuſtr. BVDER *Obſeruat. iur. publ. et feudal.* obſerv. V. p. 91.



CAPVT XI.

DE

IVRE VASALLI IN FEVDO

SIVE

DOMINIO VTILI ET SVBFEVDO.

§. CCCXXXXIIII.

Vasallus fructus percipit pleno iure.

Vasalli ius in feudo consistit in dominio vtili. Huius definitionem iam supra (§. 8.) dedimus. Vi huius dominii vtilis vasallus iure gaudet omnem ex feudo percipiendi vtilitatem (§. 8), et ad vasallum pertinent *omnes reditus* et *fructus*, qui *priuati* sunt iuris, siue *naturales*, siue *ciuiles* *a*), Regalium vero fructus absque speciali concessione non percipit vasallus. Et quia fructus feudi salarii loco vasallus percipit (§. 7.), quilibet vero salarium, suum pleno iure habet et de eo libere disponit; satis patet, quod etiam fructus, pleno iure sint vasalli ideoque iure aestumentur allodii *b*) (§. 16.).

§. CCCXXXXV.

a) II. F. 28. c. *his consequenter.* ROSENTHAL cap. XII. concl. II. B. PARENS cap. XII. aph. 3. 6.

b) SCHVLTES ad MODEST. PISTOR. *quaest. ill.* P. III. qu. 120. n. 19. VVLTEIVS *de feudis* lib. I. cap. X. num. 75.

§. CCCXXXXV.

Fructus feudi ad vasallum pertinent iure allodii (*§.* 344.), qui proinde de iis pro lubitu et arbitrio disponit, eosque vel ipse percipere, vel aliis adsignare potest. Permittitur itaque vasallo feudum locare *c*), et eius fructus oppignorare, vt et vsumfructum in feudo constituere. Creditores quoque allodiales vasalli solutionem ex fructibus, in eosque immissionem recte vrgent *d*). *De iis libere disponit.*

§. CCCXXXXVI.

Sunt autem fructus feudi vel percepti, i. e. a fundo separati, vel nondum percepti. Illi pro re allodiali habentur. Hi vero aut in fundo iam existentes, aut futuri sunt. Existentes saepe in sensu iuris pro perceptis habentur. Sic iure Longobardico post Kalendas Martii fructus anni habentur pro perceptis *e*). Iure vero Germanico inter fructus naturales et industriales distinguunt. Naturales tunc demum, si a fundo sunt *Quatenus de futuris fructibus disponat.*

c) SCHVBERT *de iure locandi vasallorum.*

d) SCHWEDER *de fructibus feudi*, *§.* 7. HINTZII diss. *de iure creditorum vasalli in percipienda ex fructibus feudi solutione.* NOSTRO sub praesidio habita.

e) II. F. 28. c. *si his consequenter.* COLER *de proceſſ. execut.* Part. II. Cap. III. num. 308. RICHTER Dec. LVI. n. 8. CARPZOV Part. II. cap. XXXII. defin. VIIII. ROSENTHAL Cap. VIIII. concl. XXXXII. n. 30. TORNOV Quaest. XVIIII. p. 308. seqq.

sunt separati, habentur percepti *f*). Industriales vero pro perceptis habentur, simulac omnis cura culturaque peracta est. E. gr. in agris, *wenn solche die Ege bestrichen g*); in hortis, *wenn der Garten besaeet und behacket h*); in vineis post diem Vrbani seu XXV. Maii *i*). Huiusmodi fructus ciuiliter pro perceptis habiti itidem pleno iure sunt vasalli. Quod vero ad fructus nondum perceptos siue existentes, siue futuros attinet, de iis vasalli dispositio eatenus solum valet, quatenus eo tempore, quo fructus pro perceptis habentur, disponens, eiusque heredes allodiales feudi dominio vtili adhuc gaudent. Fructus enim, qui viuo

f) P. III. *Const. Sax.* 32. ad quam CARPZOV defin. XXIII. et XXIIII. In Saxonia vero ducali ad diem Vrbani respicitur. Vt, si vasallus post hunc diem fuerit extinctus, fructus ad eius allodiales pertineant heredes, LAND-RECHT Lib. II. art. 58. COLER *Proc. executi.* P. II. cap. III. n. 310. BERLICH P. III. concl. XXXXV. n. 17.

g) LANDRECHT Lib. II. art. LVIII. CONSTITVT. ELECTOR. Part. II. Constitut. XXXII. RICHTER Dec. LVI. B. PARENS Dec. LXXXVII. HEINECCIVS I. G. L. II. §. 71. LVDEWIG diss. *iur. R. et G. in fructuum attributione.*

h) Ivs PROV. SAX. lib. II. artic. 58. CARPZOV P. III. II Const. 32. def. 12.

i) RICHTER Decis. XVI. CARPZOV P. III. Const. XXXII. def. 8. Multa vtilia, quae huc faciunt, habet STRVV. *Centur. decis.*: *Quaenam res feudales, quaenam allodiales?*

viuo vasallo sunt percepti, liberae eius dispositioni instar allodii subsunt (§. 344.), et heredes vasalli, qui simul eius successores in feudo existunt, omnes eius obligationes, et sic quoque eas, quae fructuum causa susceptae sunt, agnoscere tenentur (§. 251.). *k*).

§. CCCXXXXVII.

Nonsolum vero de fructibus, sed quoque de ipsa feudi substantia vasallus potest disponere, ita tamen, ne illa fiat deterior, nec conces-sionis lex violetur (§. 8.). Hinc vasallo ius competit faciem fundi feudalis mutandi, eumque ad vsum aptandi, modo non deterior fiat fundus. Domini vero directi consensu accedente, valet vasalli de substantia feudi dispositio in deterius (§. 295.).

Vasallus de ipsa substantia disponit.

§. CCCXXXXVIII.

Quia de substantia feudi potest disponere vasallus (§. ant.), ille quoque feudum potest alienare, et quidem interdum cum, interdum sine domini consensu. Est enim alienatio feudi vel PROPRIA vel IMPROPRIA. PROPRIA alienatio dicitur, *quando feudum in eum, qui in adquirentis inuestitura haud continetur, transfertur.* IMPROPRIA vero est, *quando in eum, qui ex persona adquirentis*

Alienat feudum.

k) NOSTRA disput. *de iure creditorum vasalli in percip. ex fructibus feudi solutione*, §. 3. 4. *seqq.*

rentis ius succedendi quaesitum habet, feudum transfertur. In alienatione improprie tali domini consensus necessario haud requiritur, quia eius consensus iam in inuestitura adquirentis adest (§. 195.) *l*).

§. CCCXXXVIIII.

Proprie feudum alienari nequit.

Propria vero feudi alienatio sine domini consensu fieri non potest, quia feudum, primo adquirenti eiusque descendentibus solum concessum, ad alios inuito domino deferri (§. 295.), et vasallus inuito domino obtrudere nequit vasallum, quod tamen fieret, si alienare absque domini liceret consensu.

§. CCCL.

Olim quatenus alienat. fuerit licita.

Olim quidem vasallus, inscio etiam domino, dimidiam partem feudi in casu necessitatis poterat alienare *m*). Per constitutionem Lotharii II. *n*) vero et Friderici I. *o*) impe-

l) II. F. 38. I. F. 13.

m) I. F. 13. II. F. 9. *necessitate namque suadente, poterat olim vasallus domino inscio vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Si vero vel totum vel partem volebat per feudum aliquem inuestire, hoc licebat ei sine fraude facere.* II. F. 44.

n) I. F. 13. II. F. 8. *c. e contrario.*

o) II. F. 55. Agit hac de re GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis imperialibus* p. 942. de Lothario scribens: *Hic legem feudorum primus instituit, sanciens, vt nullus feudum, vel partem feudi audeat vendere seu impi-*

imperatorum illud nec totum, nec ex parte, dum hoc vergat contra naturam feudi, et domino adferatur praeiudicium *p*), sine speciali domini *q*) et agnatorum *r*) vel simultanee inuestitorum consensu alienari nequit, si vel maxime ob vrgentem necessitatem id fiat, licet hoc casu dominus raro soleat denegare consensum *s*).

impignorare, vel quocunque modo alienare, sine permissione maioris domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Huic sane constitutioni, quia futuris tantum et non praeteritis formam dabat negotiis, Fridericus imperator adäidit: Nos autem ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non solum in posterum, sed et omnes huiusmodi prius factas alienationes cassamus, et in irritum ducimus, nullius temporis praescriptione impediente, quod et mihi et meis contulisti.

p) Vide THOMASII diss. *de caussis prohibitae alienationis.*

q) Idem postea per Rudolphum Habsburgicum, dum 1290. apud Erfurdiam pro tribunali sederet, *sententialiter extitit definitum, quod neque vasallus, vel alter aliquis fidelis praeter scientiam domini, ipsa bona, quae tenet a domino, non possit alienare, vel distrahere quoquo modo, et si contrarium fecerit, ipsa bona ad manus domini deuoluuntur, et de ipsis dominus poterit ordinare pro lubitu voluntatis*, apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn.* Lib. XII. p. 169.

r) II. F. 8. c. 1. II. F. 39. *alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium quandoque sit reuersurum.* MYNSINGER Cent. IV. obs. LXXXV. n. 1. STRYCK *de Cautel. Test.* Cap. VI. membr. II. §. 3. 6.

s) II. F. 9. 52. 55. ROSENTHAL cap. IX. concl. III. num. 9. MYNSINGER VI. obs. XXX. num. 5. B. PARENS Cap. XIII. Aph. 1.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0407 DFG

§. CCCLI.

Valet interdum alienatio.

Valet tamen feudi alienatio absque consensu domini, I) si feudum sit mere hereditarium (§. 249.); II) si per pacta adiecta vasallo hoc concessum, vt alienandi habeat facultatem *t*); III) si priuilegia et mores prouinciae hoc concedant. Prout electores vi aureae bullae feuda sine imperii consensu adquirere possunt *u*). Eodem priuilegio gaudent Austriae Archiduces. Sic quoque in Silesia et Lusatia ex priuilegio Ferdinandi I. et Maximiliani II. idem obtinet *x*); IIII) si dominus ex causa antecedenti, veluti ex consensu in oppignorationem, obligatus sit *y*).

§. CCCLII.

t) Prout Austriae Archid. ex Friderici I. imper. priuilegio de A. 1156. alienandi facultas fuit concessa.

u) A. B. Art. X §. 2. et ad hunc locum DE LVDEWIG T. I. p. 907. WINTER *de praerogatiua S. R. I. electorum circa adquirendas sine specifico imperatoris consensu terras imperii.*

x) HORN Cap. XVIIII. §. 1. Maxime in Lusatia vsitatus *der Vortrit.* Vide potissimum WOLFGANGVM ADOLPHVM DE LEIBNITZ *de alienatione feudorum Lusatiae Superioris*, et GEBHARD CHRISTIAN BASTINELLER *de Priuilegio Ferdinandino.* Inter feuda imperii alienabilia referri solet Dynastia Mindelheimensis. Adde GEORGII ADOLPHI SCHVBERTI Dissertatio *de valida feudi absque domini consensu a vasallo facta alienatione*, vbi varios casus recenset, quibus alienatio licita. Huc quoque pertinet FR. HVB. ANTONII diss. *de feudorum alienatione licita.*

y) III.

§. CCCLII.

Requiritur igitur ad feudi alienationem domini, et quidem immediati *z*), consensus (§. 349.) siue tacitus, siue expressus *a*), sola vero scientia, et quod dominus contractui interfuerit, nec contradixerit, non sufficit *b*), secus si tanquam dominus contractum subscripserit *c*). *Consensu domini opus est ad feudi alienationem.*

§. CCCLIII.

In alienatione proprie sic dicta consensus domini necessario requiritur, minime vero in alienatione impropria (§. 348.). Vtroque tamen casu, si feudum est antiquum, etiam adgnati, qui ius quaesitum habent ad successionem (§. 221.), imo in nouis aeque ac antiquis etiam simultanee inuestiti, nisi antecedenter iam ad consensum *Adgnatorum et simult. inuestit. consensus.*

y) Ill. A LEYSER Spec. 232. medit. 5. HORN *obseru. feud.* III.

z) B. PARENS Cap. XIII. aph. II.

a) II. F. §2. 55. IVS FEVD. ALEMANN. Cap. XXVI. SCHRADER Part. VII. Cap. IIII. num. 2. MYNSINGER IIII. obs. LXXXVII. num. 3. SCHVREF Lib. I. cons. XXXXI. num. 3. FACHINAEVS Lib. VII. cap. VIII. MATTH. STEIN *de alienatione feudi imperii.* THEOD. BOLTZ *de consensu domini in alienatione feudi.*

b) MYNSINGER *cit. loc.*

c) WILDVOGEL *de reuoc. feud.* §. 14.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0409 DFG

sensum se obligauerint *), consentire debent *d)* (§. 241.). Interdum ad alienationem, liberorum consensus requiritur *e)* (§. 254). Minime tamen consensu in alienationem opus est expectatiuarii (§. 139.).

§. CCCLIIII.

Quaeuis alienationis species intelligitur.

Non tamen solum emtionis, sed cuiusvis alienationis species hic intelligitur *f)*. Quocunque enim contractu, siue inter viuos, vtpote venditione, donatione, in solutum datione, siue vltima voluntate, per testamentum, legatum, feudum in extra-

*) MENCKEN diss. *de feudo ex pacto cum simultanee inuestitis alienabili.*

d) II. F. 39. Addi potest LEBR. GVIL. HEYDENREICH diss. *de alienatione feudorum, quae fit absque domini directi, adgnatorum et in Saxonia, simultanee inuestitorum consensu.*

e) SAECHSISCH LAND-RECHT Lib. I. art. LII. *Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Guth noch seine Leute vergeben.* Quare in litteris donationum monasteriis factarum, saepissime *cum heredum nostrorum consensu et beneplacito*, LVDEWIG *de simult. inuest.* diss. I. cap. II. §. 8. 9. ANT. MONACHVS *de recta feudorum interpret.* Cap. II. n. 33. SCHILTER ad cap. LXVI.

f) II. F. 9. 42. et quod dicitur de venditione, idem est in omnibus alienationibus. II. F. 55. *nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo distrahere seu alienare, vel pro anima iudicare sine permissione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0410
DFG

extraneum transferatur, domini consensu opus est. Interim consensus domini in alienationem est strictae interpretationis (§. 12.). Inde si dominus in alienationem certam consenserit, hoc non statim ad alios casus, v. g. oppignorationem, mortis causa traditionem. erit extendendum *g*) (§. 12.).

§. CCCLV.

Quodsi vero vasallus feudum sine domini consensu 1) scienter alienauerit *h*), idemque 2) tradiderit *i*), et 3) pure atque plene resignauerit *k*), ob domini contemtum feudo priuatur *l*). Feudum scienter emens pretium perdit, idemque fisco adplicatur *m*). Notarius, qui instrumentum alienationis sciens confecit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum amittit *n*.). Parte feudi sine domini

Poena alienantis sine consensu.

g) PVFENDORFF Part. I. obs. 7.

h) II. F. 9. 42. 44. 52. 55.

i) B. PARENS Cap. XIII. Aphor. VIIII. num. 4. ROSENTHAL cap. VIIII. concl. XII. num. 3.

k) Excusatur tamen vasallus, si feudum saltim sub conditione, petendi consensus, tradiderit idemque resignauerit. HEIGIVS Lib. II. qu. XVIII. B. PARENS num. 6.

l) II. F. 24. c. vlt.

m) II. F. 52. verb. *pretio et beneficio se carituruin agnoscat.* CARPZOV *P. II. Const.* 49. *def. XI. n.* 2.

n) II. F. 55. B. PARENS num. 13. Adde *ordin. Maximiliani* I. *de notariis.*

consensu alienata, illa saltim parte priuatur vasallus *o*). Si plures etiam fuerint domini, vnius consensu neglecto, feudum saltim pro rata amittitur *p*). Quod si dominus gratiam facere velit, feudo quidem vasallus non priuatur, ast irrita est alienatio *q*).

§. CCCLVI.

Iura domini circa feudum sine ipsius consensu alienatum.

Competit igitur domino, in feudo sine ipsius consensu alienato, rei vindicatio, siue nouum, siue antiquum fuerit feudum, nec opus est sententia condemnatoria *r*). Nouum feudum retinet dominus, et pro lubitu de eodem disponit, dum adquirentis culpa omnibus, qui caussam ab ipso habent, praeiudicet *s*). Secus de feudis antiquis, quae

o) II. F. 38. *si totum, perdat totum, si partem, partem perdat, et ad dominum reuertatur.*

p) II. F. 6. 38.

q) Exemplum singulare apud HENR. BVTKENS *Trophées de Brabant* Tom. I. pag. 141. dum forum salis et piscium Antwerpiense ann. 1309. Mechlinensibus fuisset alienatum, Henricus VII. imper. hanc alienationem decernit irritam, eo *quod vasallus, qui feudum domino inconsulto, et sine consensu eiusdem, alienat, feudum perdit, et dominus a quocunque possessore vindicare potest.*

r) II. F. 55. IVS FEVDALE ALEMANNICVM C. XXIII. c. VIII. exemplum in comitatu Velonensi, quem dux Brabantiae sine consensu domini dirigentis, episcopi Traiectensis, vendidit, qui ideo feudum vindicauit. HEDA *Chron. Traiect.* pag. 77.

s) B. PARENS Aph. X. num. 2.

quae domino equidem aperiuntur propter alienationem sine eius consensu factam, haec tamen culpa adgnatis obesse nequit *t*), ideoque dominus feudum tantisper retinet, quousque vasallus alienans et eius heredes vixerint, illud vero, his extinctis, restituere tenetur *u*). Per constitutiones vero electorales Saxonicas est ordinatum, vt feudum sine domini consensu alienatum adgnati et simultanee inuestiti statim possint reuocare *x*).

§. CCCLVII.

Qua ratione vasallus alienans a feudi priuatione liberetur?

Liberatur vasallus a feudi priuatione, *primo* per clausulam adiectam, *saluo domini consensu*, *bis auf Lehnherrlichen Consens* *y*). *Deinde*, si feudum nondum tradiderit nec resignauerit, vel statim post factam traditionem (§. 355), contrahentes a contractu rursus recesserint, vel vasallus feudum alienatum reuocauerit, quod, dum contractus sit inualidus, ipsi licet *z*). *Tertio*,

t) II. F. 26. *c. si vasallus.*

u) HARTM. PISTORIS Part. II. qu. XV. et qu. XVII. n. 33.

x) Part. II. Const. XXXXVIII. XXXXVIIII. et ibi CARPZOV.

y) ROSENTHAL Cap. VIIII. concluſ. LXXXXVIII. et C. HRIGIVS Part. II. quaeſt. XVIII. num. 36. B. PARENS Cap. XIII. aph. XII. num. 1.

z) B. PARENS cap. XIII. aphor. 12. num. 2. IVRE ALEMANNICO Cap. LXI.

tio, si in iusta fuit ignorantia, et rem feudalem esse talem nesciueri (§. 355.), tunc praestando intereſſe feudum ab emtore vindicare potest, imo ab ipso domino, si ad istum deuenerit *a*), dubitans tamen non excusatur, dum sollicitius inquirere potuisset *b*). *Quarto*, si dominus siue tacite, siue expresse condonet, quod ipsi, inuitis etiam adgnatis, licet *c*). Non tamen vasallum nuda denuntiatio liberat, dum consensus domini requiratur. Quod si etiam dominus viuens feudum non vindicauerit, heredes ipsius illud possunt vindicare *d*).

§. CCCLVIII.

Quomodo emtori prospiciatur.

Emtor absque domini consensu feudum emens pretium perdit (§. 355.). Quod tamen, si bona fide, qualitatem feudalem ignorans, emit, a venditore condicitur *e*). Minime vero haec condictio competit emtori malae fidei *f*). De eo dubium adhuc sub-

a) II. F. 26. *si vasallus feudum.* II. F. 42. SCHRADER P. VIIII. c. 1. n. 45.

b) B. PARENS n. 2.

c) B. PARENS num. 3.

d) B. PARENS Aph. XII. num. 4. 5.

e) II. F. 55. pr. ibi *emptori bonae fidei ex empto actione de pretio contra venditorem competente*, II. F. 26. c. *si vasallus feudum.*

f) Cum scienter emens rem, quam adquirere nequit, nec ad euictionem agere, nec pretium repetere possit L. XXVII. c. *de uiction.* L. VII. c. *communia*, *vtriusque iudi-*

subest, an in feudo sine domini consensu adquisito praescriptio locum habeat. Si generalitatem textuum sequamur, nullius temporis praescriptio locum habeat *g*). Verum possessorem bonae fidei praescriptione XXX. annorum se tueri posse *h*), leges et rationes suadent, dum per praescriptionem longissimi temporis ex re feudali fieri possit allodialis; imo quoque qualitas feudi (§. 188.), e. gr. mere haereditarii potest praescribi *i*) (§. 247.)

§. CCCLVIIII.

Quae de prohibita feudi alienatione diximus, obtinent quoque circa feuda imperii, quae sine consensu imperatoris, agnatorum, simultanee inuestitorum et confratrum alienari nequeunt. Olim quoque statuum prouincialium consensus requirebatur, *De alienat. feud. imp.*

iudicii. Adde Textum II. F. 55. in quo emtori bonae fidei repetitio pretii solum permittitur CONST. EL. SAX. Part. II. constit. XXXXVIIII. FRANZKIVS *de euictim.* n. 122.

g) II. F. 40. *nulla obstante praescriptione.* II. F. 55. *nullius temporis praescriptione impediente.*

h) II. F. 26. c. *si quis.* II. F. 33.

i) Adsentientes habemus SCHRADER Part. V. cap. IIII. n. 9. FRANTZKIVM lib. III. resolut. XII. B. PARENTEM Aph. X. n. 4. IAC. HENR. ZOLLII diss. *de feudi per vasallum alienati praescriptione contra dominum directum.*

tur, qui tamen hodie, nisi pacta adsint, non est necessarius *k*).

§. CCCLX.

Refutatio feudi.

Alienationi feudi accedit eius REFVTATIO, *die Lehns-Auflassung, Aufkündigung, quae est resignatio feudi in manus domini l*). Fit

k) MATTH. STEINII diss. *de alienatione immediati feudi imperii.* GODOFR. de STOCKHAVSEN *de iure statibus imperii circa alienationem territorii competente.*

l) II. F. 9. IVS ALEMANN. Cap. V. LXIX. Hanc etiam refutationem in feudis imperii locum habere, pluribus illustrat exemplis ITTERVS Cap. XII. §. 9. In Rudolphi Habsburgici diplomate Reinhardo de Hagenouia et eius filio concesso: *Iudicium in Moutin dictum Vrigerichte, quod nobilis Vir L. Comes de Zeginhagen a nobis et imperio tenebat, in feudum de liberalitate regia concedimus titulo feudali, maxime, cum idem comes memoratum feodum in manus regias libere resignauit.* Sic in Conradi II. imp. diplomate de a. 1142. apud LVDEWIG *reliqu. MSt.* Tom. IV. p. 242. *ea propter omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris quam praesentibus, notum esse volumus, qualiter Marchio Theobaldus beneficium, quod Hugo de Chranichperg fidelis noster, ab eo iure homagii possidebat, nobis libere resignauit, suaque petitione praedictum beneficium eidem Hugoni de Chranichperg regia authoritate in proprium tradidimus.* In AVB. MIRAEI *codice donat. Piarum* cap. XV. Henricus II. Lotharingiae et Brabantiae dux a. 1243. testatur, *quod Gosuinus Miles, dictus Bock totum feodum, quod de nobis tenebat in territorio de Heimiesem in manus nostras quasi veri domini, et superioris ipsius feodi reportauit, atque iusto modo werpuit.* Ill. BVDER de *resignatione feudi.*

Fit autem refutatio feudi vel pure, vel conditionate. Pure, si ipsi domino feudum refutatur, quod ipsi etiam inuito fieri potest *m*), minime vero agnatis seu simultanee inuestitis per hancce refutationem ius auferri potest quaesitum. Conditionata refutatio est, quae fit sub conditione, si dominus certae cuidam personae feudum concedat refutatum. Persona vero, in cuius fauorem refutatur est vel agnatus, vel extraneus. In illius fauorem refutatio, etiam sine domini consensu, fieri potest, modo proximiores agnati, feudo in remotionem translato, consentiant. Refutatio feudi in extraneum est alienatio feudi propria (§. 348.), ideoque sine domini, agnatorum et simultanee inuestitorum consensu fieri nequit (§. 353.).

§. CCCLXI.

Vasallus habet dominium vtile (§. 9.). Ergo feudum potest vindicare, et quidem non solum a tertio feudi possessore, sed quoque ab ipso domino, sine facto vasalli feudum possidente *n*). Potest quoque iura ad feudum spectantia persequi, actiones, ratione dominii vtilis contra ipsum institutas suscipere, et exceptionibus se tueri *o*). Porro

Vasalli iura ex Dom. vtil. prosl.

m) II. F. 38.

n) CHRISTINAEVS Vol. VI. dec. I. n. 48.

o) II. F. 26. *c. si vasallus.*

Porro vasallo competit ius feudum possidendi *p*), et inde in possessione turbatus, aut ex ea deiectus remedia possessoria in suos conuertit vsus.

§. CCCLXII.

Continuatio. Vi proprietatis, quae vasallo competit, ad eum, sub nexu tamen feudali, spectant incrementa, siue per alluuionem, siue coalitionem, siue natam insulam, et alueum factum illa feudo accedant. Nec interest, siue incrementa latentia sint, siue discreta, siue solita, siue insolita *q*). Adquirit etiam aedificium in solo feudali vel a se ipso, vel ab alio exstructum *r*). Imo seruitutem potest feudo adquirere, non vero imponere *s*). Quod si tamen id fecerit, obligantur vasallus, eiusdemque heredes, dominus vero et agnati, si successio ad eos deuoluitur, ad ferendam hancce feudo impositam non obligantur seruitutem *t*).

§. CCCLXIII.

p) II. F. 8. c. vlt. *quamuis possessio per beneficium ad eum pertineat.*

q) I. F. 4. c. 5. 6. B. PARENS Cap. XII. aph. 6.

r) II. F. 28. *c. si vasallus.* Licet hoc textu adhuc dubium moueatur.

s) II. F. 8. c. *Rei autem.* II. F. 28. c. *si vasallus.* B. PARENS Cap. XIII. Aph. VIII. HORN cap. X. §. 5. lege tamen SIEGEL *de vera seruitute a solo vasallo feudo imposita.* Adde GODEFR. TH. LVDEWIG diss. *de seruitutibus feudalibus feudo adquirendis imponendis et remittendis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0418
DFG

§. CCCLXIII.

Minime vero vasallo ius de feudis testamenta condendi competit *u*). Cum vasallus sine consensu domini feudum in alios transferre nequeat (§. 349.). Parum quoque interest, cuius naturae sit feudum, cum regulariter nec de feudo oblato, nec de franco, censuali, empto possit disponere vasallus, quia huiusmodi feuda regulariter naturam feudi retinent, tamdiu donec probetur, vnum vel alterum casum esse exceptum.

Testamenta regulariter non valent.

§. CCCLXIIII.

Interim tamen varii sunt casus, in quibus vasallus testandi facultate gaudet. Nam I.) valet vasalli testamentum de feudis mere hereditariis (§. 249.). Quod si vero feudum ratione modi succedendi saltim sit hereditarium, inter eos, qui alias ipsi successuri essent, tam filios, quam agnatos etiam citra domini consensum disponere, non vero in extraneum feudum transferre *x*), vel simul-

Variae tamen sunt exceptiones:

I.) *in feudis hereditariis.*

t) II. F. 28. *Rei autem.* TORNOVIVS pag. 347. CHRISTINAEVS Vol. VI. decis. 52. n. 4. DARPAEVS *praeiud. feud.* XVI.

u) I. F. 8. *nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente.*

x) HARTM. PISTORIS Lib. II. qu. II. n. 6. ITTER Cap. XVI. §. V. n. 57. GAILIVS II. obseru. CLVI. B. PAREVS Cap. VIIII. Aph. XII. HORN Cap. XIIII. §. 3.

simultanee inuestitis praeiudicium inferre y) potest (§. 248.). Quod si vero alienandi potestas fuerit concessa, non statim sub ea testandi, vel de feudo, per vltimam voluntatem disponendi facultas competit (§. 248.), nisi vasallo potestas fuerit relicta de feudo pro lubitu disponendi, *mit dem Lehn-Guth zu thun und zu lassen, wie er wolle* z).

§. CCCLXV.

Dispositio vasalli testamentaria,

Deinde testamentaria vasalli dispositio valet de feudo oppignorato, quia de hoc, tanquam de re allodiali, creditor potest disponere; secus vero se res habet in feudo pignoratitio *a*); II) de fructibus feudi, quatenus sunt percepti aut pro perceptis haberi possunt, vasallus disponere poterit *b*) etiam de fructibus vltimi anni, in quantum ad heredes allodiales spectant *c*) (§. 346.).

§. CCCLXVI.

y) RHETIVS I. F. 8. p. 318. STRYCK *de caut. Test.* Cap. VI. n. 11. et 12. HORN c. XIIII. §. 4.

z) PVFENDORFF *Obseruat. iur. vniuers.*, Tom. I. obs. VII. pag. 9. CARPZOV P. II. constit. 44. d. vltim. HORN. *de successione testamentaria.* B. PARENS num. 4.

a) II. F. 28. SCHRADER Part. VII. cap. II. n. 214. HORN Cap. XIIII. §. 7. SCHWEDER *de feudo meliorationibus.*

b) II. F. 28. *si his consequenter.*

c) II. F. 28. *si his consequenter.*

§. CCCLXVI.

Habet etiam dispositio vasalli testamentaria circa feudum locum, si III) consuetudine vel statuto *d*) fuerit introductum, vt vasallus sine domini et agnatorum consensu de feudo possit disponere; IIII) si per pacta inuestiturae adquirentis adiecta hoc ita fuerit cautum *e*). Imo valet etiam dispositio vasalli circa allodialia feudo iuncta.

qua ratione locum habeat.

§. CCCLXVII.

Potest quoque vasallus in testamento V) de feudo nouo cum consensu domini directi disponere, nisi simultanee adsint inuestiti (§. 221.). Omnes enim in feudo successores primi adquirentis facta praestare, et sic quoque vltimam eius voluntatem, domini directi consensu declaratam, adimplere obligantur (§. 251.). Alia vero ratio est feudorum antiquorum, in his enim et agnati et liberi in ius primi succedunt adquirentis (§. cit.), quod vasallus testamento iis adimere, aut interuertere nequit. Valet tamen de feudis antiquis testamentum, I) si

Quatenus testari possit de feudo nouo et antiquo?

d) Exempla huiusmodi statutorum exhibet STRYCK *de cautel. testament.* cap. VI. m. 2. §. 2. *de iure testandi vasallor. Lignicens.* v. LVNIG *Corp.* I. F. T. II. p. 334. *Suidnic. et Iauerens.* IDEM T. II. p. 299. *Austriacorum* ibid. p. 428.

e) Arg. II. F. 45. SCHRADER Part. VII. Cap. I. nr. 25. CARPZOV Lib. VI. Resp. XV.

filius vel agnati sint successores in allodio, prout filii sunt ex iure Longobardico et Saxonico *f*) (§. 254.). Valet quoque testamentum, I) si agnati et simultanee inuestiti consenserint. Et quidem si extraneo defertur successio, et domini et agnatorum omnium requiritur consensus; si vero is vocatur, cui ex pacto primi adquirentis ius iam competit succedendi, non opus est consensu domini, sed sufficit, agnatos eosque proximiores consentire *g*) (§. 348. 353.). Idemque in feudis obtinet regalibus *h*). Id tamen notandum, quod, licet agnati praesentes fuerint testamentifactioni, et non contradixerint, pro tacito tamen consensu eorum non esse silentium.

§. CCCLXVIII.

Eadem dicenda sunt de codicillis, legatis et eiusmodi.

Quae autem de vasalli testamento dicta fuerunt, etiam circa codicillos, legata, donationes mortis caussa, fideicommissa vel vniuersalia vel particularia locum habent. Quatenus enim de feudo testari licet, vel non, eatenus etiam reliquae dispositiones valent per vltimam voluntatem factae *i*). Ideoque nec sub dispositione generali, nec sub

f) De hoc vide supra §. 266.

g) SCHRADER P. VII. cap. 2. n. 22. STRVV *synt.* cap. VIIII. th. 12. n. 3.

h) ITTER Cap. VII. §. 10. 11. Vide BVDDEI dissert. de *testam. summorum imper.*

i) HORN Cap. XIIII. §. 18.

sub fideicommisso generali feuda comprehenduntur *k*) (§. 252.), nisi feudum sit mere hereditarium *l*), liberae vasalli dispositioni subiectum (§. 249.). Legato vero feudo, siue alieno, siue proprio, de quo per vltimam voluntatem vasallo disponere haud licuit, si res ipsa ab herede praestari nequeat, aestimatio eiusdem ab herede allodiali erit praestanda *m*).

§. CCCLXVIIII.

Quatenus transigere liceat?

Competit quoque vasallo transigendi de feudo facultas; ea tamen ratione: transigit enim aut de fructibus feudi, aut de ipso feudo. De fructibus, quia allodiali competunt iure (§. 344.), libere transigit. De ipso vero feudo vasallus transigit aut retinendo, aut transferendo. De retinendo feudo pro arbitrio transactionem init vasallus, minime vero de eo transferendo. Illud enim per transactionem aut ad proximum agnatum, aut ad extraneum defertur.

k) II. F. 26. c. *in Generali.* ROSENTHAL Cap. VII. Concl. XI. num. 2. STRYCK *Cautel. Testam.* Cap. VI. num. 1. §. 6.

l) MENOCHIVS Consil. LXVIIII. numer. 29. HORN *cit. loc.*

m) BRVNNEMANN ad L. 34. D. *de Legatis.* CRELL. dissertat. *vtrum feudo legato eius aestumatio debeatur.* Contrariam sententiam tuetur illustr. A LEYSER Spec. 380. med. 3.

Priori casu transactio absque domini directi fieri potest consensu, minime vero posteriori *n*) (§ 348. 349.).

§. CCCLXX.

Definitio subfeudi.

SVBFEVDVM *est feudum, a vasallo de praedio, quod in feudum tenet, concessum.* Vocatur quoque *retrofeudum, postfeudum, After-Lehn o*), et qui tale accepit, *subvasallus, vasallus vasalli, subinfeudatus, subinuestitus, Affter-Lehnmann.* Subfeudum 1) est feudum, 2) conceditur a vasallo de re feudali. Sunt vero subfeuda antiquissimi instituti, iure Germanico *p*) non solum, sed etiam ex constitutione Conradi Salici *q*), Lotharii et Friderici I. *r*) iure Longobardico nota.

§. CCCLXXI.

Subfeudi natura.

Subfeudum est feudum (§. 370). Ergo subfeudum habet omnia feudi essentialia, et in eo omnia adesse praesumuntur naturalia. Feudi essentialia sunt dominium diuisum et fidelitas (§. 7.). Ergo in subfeudo est dominium

n) II F. 26. II. F. 43. GOTHOFR. BARTHII diss. *de potestate vasallorum litigandi nec non transigendi de feudo.*

o) BYBEN *electa iur. feud.* Cap. III. §. 11.

p) IVS FEVDALE SAXON. Cap. XIIII. ALEMANN. c. XXX. *ein Gut mag maniges Herren sin, als es ein Mann dem andern liht.*

q) II. F. 34.

r) II. F. 55. c. *illud quoque.*

minium diuisum, et fidelitas a subuasallo praestari debet. Ob dominium diuisum in subfeudo vasallus vasalli sui fit dominus directus, subuasallus vero ipsius dominus vtilis *s*). Fidelitas a subuasallo praestanda est duplex, subdomino *t*) nempe, et domino superiori *u*).

§. CCCLXXII.

Subfeudum transfert dominium vtile in subuasallum (§. 371.). Ergo per subinfeudationem fit alienatio. Feudorum alienationes alias quidem penitus sunt interdictae, nihilominus tamen subinfeudationes valore non destituuntur *x*). Idque forsan *Causae licitae subinfeud.*

s) IVRE FEVD. SAXON. Cap. LXXX. *Wer an obersten Herrn Lehnung oder Anweisung mit seinem Gute samet, weiset er ihm denn an seines Vnter-Herrn Vngenossen.*

t) II. F. 55. *illud quoque.* Obiicitur quidem II. F. 34. c. *similiter vero ad hoc, vt feudum, si contigerit domino, similiter seruire vt et prior possit.* Verum sensus est, quod vasallus ad seruitia aeque habilis esse debeat, ac vasallus, *ius feudale Alem.* c. 34.

u) II. F. 55. c. 4. *illud quoque praecipimus.*

x) II. F. 3. II. F. 26. c. *beneficium.* HARTMANN PISTORIS Part. II. qu. XXXXIIII. n. 2. ANDR. KOHL *de subfeudis* Cap. XIIII. num. 32. seqq. Sic etiam in iure antiquo feudali apud LÜNIGIVM *Corpore iuris feud. Germ.* Tom. I. pag. 239. definitur: *Eyn Lehen mag durch den LehenMann eynem andern (doch ohne Betrug) zu Lehen geben werden. Doch das eynem, der Lehens-Gnos sei, geben werden.* Idem dicitur pag. 246. et pag. 251. *Dergleichen mag auch ein Lehen-Mann,*

duabus ex causis. Primo enim vasallus ad exercitum domini interdum plures sistere tenebatur equites, hi dum non gratis, sed ex more saeculi pro feudo seruiant concesso, satis patet, dominum, qui plures sibi sisti voluit equites, tacite in id consensisse, vt vasallus aliis in subfeudum dare liberum haberet arbitrium. Deinde vasallus iure omnem ex feudo percipit vtilitatem, et inde quoque ex subinfeudatione vtilitatem percipere potest, modo ea in praeiudicium non vergat domini.

§. CCCLXXIII.

Quomodo, et in quo subfeudum constituatur.

Constituitur subfeudum in re feudali, nec refert, an totum feudum rursus alteri in subfeudum det vasallus, an saltim partem eiusdem *y*), modo, si totum feudum concedatur, illud in fraudem non fiat domini *z*). Imo etiam feudum ecclesiasticum praeuiis requisitis (§. 79.) in subfeudum recte poterit

Mann, on Verwilligung seines Herrn, das Lehen nit vereussern, mags aber zu AfterLehn geben: doch dass die zweyte Person dem Lehen zu dienen füglich. Sic etiam subuasallos in Austria reperiri docet nos LÜNIG T. II. p. 357. et *Ferdinandi I. priuilegium* de A. 1528. c. l. pag. 325.

y) II. F. 9. *Si vero vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem inuestire; hoc licebat ei sine fraude facere.*

z) Plerumque tamen subesse fraudem, putat THOMASIVS *de causis prohibitae alien.* §. 9.

erit concedi, dum nullum inde ecclesiae adseratur praeiudicium *a*). Subsistit tale subfeudum non in persona tertii solum, sed etiam in infinitum *b*). Imo quoque integra territoria in subfeudum vel data, vel oblata habemus *c*).

§. CCCLXXIIII.

Constitutio vero subfeudi vel gratis fieri potest, vel pretio interueniente *d*), sincere tamen fieri debet, non callide *e*), ne ficta sub- *Requisita subfeudi constituendi.*

a) KOHL Cap. V. n. 10. B. PARENS n. 1.

b) ER. MAVRITIVS *posit. feud.* dec. XIII. num. 6. ITTER Cap. II. §. 7. SCHILTER ad cap. XLIX. HORN Resp. XV. 10. GEORG DEGNER *de subinfeudatione.*

c) KOHL *de subfeudis*, Cap. I. num. 7. Cap. II. n. 9. ROSENTHAL Cap. 9. conclus. XXXXIIII. num. 10. equidem contradicunt, et partem saltim, non vero totum feudum regale in subfeudum concedi posse, contendunt. Ast contrarium docet ERICVS MAVRITIVS *posit. feudal.* Dec. XIII. 7. ITTER Cap. XXII. §. 4. §. n. 4. Exemplum adducens comitatus Falckensteinensis, quem imperialis feudi iure recipit dux Lotharingiae, et Falckensteiniis sub feudi lege iterum concedit. Sic etiam Senense territorium beneficiali lege ab imperio tenet dux Mediolanensis et M. Hetruriae duci in subfeudum concedit. Plura exempla adducit Dnus LVDEWIG de *primo foro subfeudorum imperii*, PVCHOLTZ diss. II. et potissimum MICH. HENR. GRIBNER de *territorio subordinato.*

d) II. F. 1. c. *notandum.* 16. II. F. 3. c. 1. B. BARENS Aph. XI. n. 7. §.

e) II. F. 52. 55. *c. callidis.* II. F. 9. *verb. quod et ita sum sincere hodie et sine fraude licet ei facere.*

subsit alienatio, nec vergere debet in domini praeiudicium *f*). Inde quidem aptiori subfeudum dare poterit vasallus, non aeque potentiori, quem dominus in officio continere nequeat, et a quo difficilis sit seruitiorum exactio *g*). Sic quoque eadem lege concedi subfeudum debet, ac ipse vasallus habuerit, quia in domini praeiudicium qualitatem feudi mutare nequit *h*). Quod si tamen fecerit, valet equidem a parte concedentis, non aeque a parte domini, sed resoluto iure subinfeudantis, resoluitur etiam ius subfeudi *i*). Minui tamen potest ius subuasalli.

§. CCCLXXV.

Cessat subfeudum. Cessat subfeudum 1) ob *feloniam* in subinfeudantem aeque ac dominum superiorem commissam (§. 371.), 2) *ex pacto*, si ad certum tempus vel certis sub conditionibus fuerit concessum, 3) *resoluto iure subinfeudantis*, quod fieri potest morte, vel naturali vel ciuili. Interim tamen varii hic di-

stin-

f) II. F. 34. *c. similiter.*

g) ROSENTHAL Cap. IX. concl. XXXXIIII. B. PARENS Cap. XII. aph. XI.

h) II. F. 34. §. 2. *profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat: vt si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi debet de solis masculis), non debet alii dare, vt habeat ipse et sui heredes masculi et feminae.*

i) B. PARENS aph. XI. num. 5.

stinguendi sunt casus. Nam mortuo vasallo subinfeudante feudum aut ad dominum iure aperturae redit, aut non. Hoc casu successor aut defuncti heres est in allodio, aut non. Ille indistincte ex facto subinfeudationis tenetur, hic vero non (§. 251.) *k*), nisi feudum sit mere hereditarium (§. 249.), vel in subinfeudationem successor consenserit *l*), vel res sint subinfeudari solitae. Si vero feudum iure aperturae ad dominum deuoluitur, illud est vel maius, vel minus. Si de maiori feudo subinfeudatio est facta, dominus subuasallo feudum relinquere tenetur *m*), idque ob

k) I. F. 4. *c. rursus.* II. F. 12. 83. HARTM. PISTORIS Lib. II. qu. XLIV. n. 10. seqq. B. PARENS Aph. XII. num. 4. HORN Cap. XIX. §. 13. Idem circa feuda imperii obtinere, docet ITTERVS Cap. XXVIII. §. 8.

l) HARTM. PISTORIS Lib. II. qu. XLIV. num. 6. KOHL Cap. vlt. num. 61. ROSENTHAL Cap. IX. concl. XLVIII. num. 8. B. PARENS Aph. III. HORN Cap. XIX. §. 12. MART. FRECCIA, ANDR. KOHL, ERNESTVS WILH. VOGEL, WILHELM LEYSER, GEORGIVS RADOVIVS, IOAN. HENRICVS SINOLT, SCHÜTZ, de *subfeudis.* IAC. FRID. LVDOVICI dissert. de *domino vasalli vasallo.* Dnus de LVDEWIG de *primo foro subfeudorum imperialium.* LVDOVICI *Lehn-Proceß* Cap. I. §. 98.

m) II. F. 9. *si autem dissentiente domino vendebat, siue per feudum inuestiebat* (*quod et ipsum sincere hodie et sine fraude licet facere*), *si tamen sine herede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia forte ratione, intercedente culpa, amittebat,*

ob tacitum consensum (§. 372.), si vero de minori, tunc dominus ex subinfeudatione a vasallo facta regulariter non obligatur.

§. CCCLXXVI.

Vindicatio subfeudi.

Resoluto subvasalli iure? subfeudum is, ad quem illud rediit, potest vindicare. Et huic vindicationi non obstat, quod subvasallus per XXX. et plures annos subfeudum possederit. Nam praescriptio, non nisi actione iam nata, incipit. Ius vero domini et agnatorum non nisi mortuo subinfeudante eiusque descendentibus oritur *n*).

§. CCCLXXVII.

Dominus ad quaenam vasallo sit obligatus?

Dominus etiam vasallo, quatenus conditioni conuenit vasalliticae, vicem reddere, hoc est, fidem vasallo praestare, eum inuestire, et contra quoscunque in quieta feudi possessione defendere tenetur, minime quoque laedere debet vasallum, nec eum cucurbitare, potius debitam reddere iustitiam *o*) adstringitur. Insuper quoque dominus

tebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur, eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, et ab eo feudum recognoscere volebat. Idem dicitur IVRE FEVD. SAXONICO Cap. XXV. Adde THOMASII *Selecta Feudalia* pag. 339.

n) Conf. ROSENTHAL cap. VIIII. concl. 83. n. 9. B. FARENS concl. X. n. 10.

minus imperfecte est obligatus ad protectionem vasalli, eiusdemque familiae; cauere debet, ne vasallo eiusdemque familiae et rebus vis inferatur, vel periculum vitae struatur, ipsius mala auertere, secreta non pandere, commoda promouere, existimationem ipsius saluam conseruare, nec tamen ipsum captiuum redimere, nisi haec omnia per pacta sint determinata *p*).

§. CCCLXXVIII.

Alia quaedam iura vasallorum

Ad iura quoque vasallorum pertinet, quod regulariter ad contributiones non teneantur, dum seruitia sint loco contributionum *q*), et nobilium rustici dominorum

o) vide PHIL. KNIPSCHILD de *obligatione domini erga vasallum.* EYBEN *electis* cap. XI. §. 10. CRAGIVS II. F. 1. HORN Cap. XVIII. §. 21.

p) In pacto, quod vasalli Thuringiae cum Henrico illustri 1242. inierunt, apud LVNIG Cent. II. p. 178. dicitur: *Conuentum, si vero praelio quisquam captiuatetur ex nobis, ipsum a captiuitate liberabit.* Communis est traditio, Fridericum Sax. Electorem Conrado Kauffung, qui in bello ipsius cum Wilhelmo fratre captiuus factus, lytrum denegasse, FABRICIVS *Origg. Sax.* Lib. VII. pag. 717. ALBINVS *Chron. Misn.* tit. XXI. cum tamen contrarium pateat ex litteris Friderici electoris apud WECKIVM *Chron. Dresd.* p. 166. Vide RECHENBERG *de raptu Ernesti atque Alberti* §. 4. 5.

q) HEIGIVS P. II. Quaest. XVIII. ROSENTHAL Cap. V. concl. 87. KLOCK de *contr.* Sect. II. cap. XIV. CARPZOV lib. VI. Resp. 70. ZIEGLER de *iuribus maiest.* lib. II. cap. II. §. 57. HORN cap. XVIII. §. 20.

rum loco onera sustineant, imo et feuda de bonis fiscalibus plerumque sint concessa. Attamen in quibusdam prouinciis etiam nobiles ad collectas obligantur, idque, si consuetudine vel praescriptione illud fuerit introductum, vel in casu summae et extremae necessitatis *r*). Simili modo vasalli immunes esse solent a gabella, iure detractus et vectigalium *s*).

§. CCCLXXVIIII.

An dominium directum possit alienari?

Ad vasalli iura quoque pertinet, quod dominus dominium directum sine vasallorum consensu non possit alienare, quod leges *t*) et

§. 20. add. *Actenmæssiger Bericht von den Vrsprung, Fortgang und ietzigen statu derer zwischen denen Land-Ständen im Mecklenburgischen obwaltenden Streitigkeiten*, illustr. STRVBEN *von dem Steuer-Wesen und des Adels Steuer-Freyheit* P. II. *der Neben-Stunden* p. 405. sqq.

r) LÜEDECKE de *adaerat. seruitior.* c. IV. §. 8.

s) TORNOVIVS de *feudis Megap.* pag. 353.

t) II. F. 34. c. *ex eadem lege descendit, quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest. Quod Mediolani non obtinet. Ibi enim sine curia etiam beneficium totum recte alienatur, dum tamen aut aequali domino, aut maiori vendatur. Inferiori vero sine vasalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori, retenta parte alia feudi.* Desumptum est hoc capitulum ex lege Conradi II. quae integra extat inter leges Longobardorum, Lib. III. Tit. VIII. §. 4. in qua: *insuper et omnibus modis prohibemus, vt nullus senior, de beneficio suorum militum cambium, aut precarium, aut libellum sine eorum consensu facere praesumat.* II. F. 55.

nec

et exempla *u)* docent. Ratio est, ne inuito vasallo alius obtrudatur dominus, cui seruitia et fidem exhibeat, cum illi se nunquam obligauit. Quae principia quoad feuda oblata adhuc hodie merito obtinent. Quoad data vero feuda plerumque vsu receptum et salus publica postulat, vt vasalli consensus non requiratur, sed ille cum prouincia nouo domino cedi possit *x)*. Minime

nec dominus feudum sine voluntate vasalli ad alium transferat. Idem statutum IVRE SAXONICO Cap. XLVIII. ALBMANNICO Cap. LXXXIX.

u) Exemplum in Alberto degenere, Thuringiae Landgrauio, *in Historia Thuringiae Landgrauiorum* Cap. LXXIII. dum plura Apitio filio suo dedisse dicitur, tandem additur: *et plura alia dedisset ei in damnum filiorum suorum legitimorum, si domini terrarum non obstitissent.* Sic, cum Philippus Pulcher, Galliae rex, Eduardo II. Angliae regi anno 1308. feudum Britanniae minoris concessisset, contradicebat Arturus Min. Britanniae D. se non posse inuitum domino minus digno cedi. Respondit etiam Atzo, cessionem illam non valere, SCHILTER ad cap. LXXXVIIII. §. 4. Sic dum Georgius II. Saxoniae elector an. 1660. nobilitatem Schrifftsassicam in praefecturis Weissenfelsensi et Friburgensi ignorantem et inuitam Augusto fratri cessisset, isti non solum inuestiturae receptionem denegabant, sed etiam reliqui status in comitiis prouincialibus an. 1661. desuper conquerebantur, vt Augustus huic renuntiare necessum haberet, SCHILTER. Plura exempla vide apud HERTIVM de *super. territor.* §. 65. not. vlt. GVNDLING de *iure oppig. territor.* p. 30.

x) ROSENTHAL cap. IX. concl. 62. num. 28. HORN Cap. XVII. n. 14.

me vero dominus sine vasallorum consensu alienans dominium directum, illo priuatur, sed talis alienatio pro nulla habetur *y*).

§. CCCLXXX.

An emphyteusis locum habeat.

Porro quoque vasallo ius competit partem feudi certo modo in emphyteusin concedendi. Nam cum vasallo ius competat, omnem ex re feudali vtilitatem vel ipse, vel per alium percipiendi (§. 344.), illi quoque non potest denegari facultas, per emphyteusis concessionem vtilitatem percipiendi. Quia vero vasalli ius vtilitatem ex feudo percipiendi, tamdiu solum durat, quam ipse eiusue heredes allodiales feudum tenent (§. 346.), satis patet, emphyteusin a vasallo concessam durare solummodo tamdiu, ac concedenti, eiusque heredibus dominium competit vtile. Deuoluto vero ad dominum directum seu agnatum feudo, huic ius reuocandi competit, nisi in concessionem emphyteuseos consenserit *z*).

§. CCCLXXXI.

An dos.

An vero in dotem dari queat feudum, disputare solent. Nobis tres a se inuicem distin-

y) B. PARENS cap. aph. X. n. 14.

z) Nec obstat textus II. F. 9. c. 1. G. C. KELABECK de *emphyteusi rerum feudalium*. CVRTIVS de *feudis* p. IIII. n. 91. WERNHER T. II. p. 272. et 373. edit. nouiss.

distinguendi videntur casus. Vasallus enim in dotem dat feudum vel filiae, vel personae extraneae, vel ipsa vxor marito feudum in dotem concedit. Pater filiae feudum in dotem dare potest, si illud sit promiscue femineum(§.200.),vel,quoad feudum successiue femineum, non adsint masculi feminam in successione praecedentes (§.200.), vel, si adsint, in constitutionem dotis consentiant. Minime vero vasallus extraneae personae, cui ius succedendi in feudo haud competit, dotem in feudo constituere potest (§.349.). Femina tamen, quae feudum iam habet adquisitum, illud marito in dotem dare potest *a*), quum femina maneat domina dotis *b*), ideoque nulla fiat alienatio proprietatis, ipsi quoque domino haec dotis constitutio potius prosit, quam noceat, dum maritus vsumfructum saltim habet in feudo dotali, quousque vxor vixerit. Ista vero defuncta, feudum ad ipsius heredes feudales deuoluitur, nisi maritus simultanee fuerit inuestitus *c*). Cauendum tamen, ne feudum aestu-

a) II. F. 13. 17.

b) L. 30. C. de *iure dotium.*

c) IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. VI. ALEMANNICVM Cap. CIII. *Es mag ein Mann Gut entphahen mit einer Frauen: alß daß er sie verstande an dem Gute, wo sie es bedœrffe, und folge damit an einen andern*

aestumato in dotem detur, nec de lucranda dote pactum adiiciatur, cum hoc species sit alienationis, quae sine domini directi consensu fieri nequit *d*) (§. 349.).

§. CCCLXXXII.

Variae species oppignor. feudalis.

Porro quoque vasallus certo modo feudum potest oppignorare. Est autem PIGNVS, quatenus in feudo iam constitutum est, *ius in re feudali alicui in securitatem crediti constitutum.* Iam vero feudum, in quo pignus constituitur, creditori aut in possessionem traditur, aut non. Hoc casu HYPOTHECA, illo vero PIGNVS FEVDALE, proprie sic dictum, oritur. Pignus feudale rursus duplici modo constituitur. Nam aut sola feudi possessio in crediti securitatem conceditur, aut ipsum dominium vtile sub nexu fidelitatis in creditorem transfertur. Hoc PIGNORATITIVM *ein Pfandlehn, Lehn-Satzung, geliehene Satzung*; illud vero feudum OPPIGNORATVM *verpfændet Lehn* vocatur.

dern Herren, obe ir Herr stirbe. Der Mann soll die Gewer han vor der Frauen, und mag sie wol das Gut mit Recht niessen lan, so die Fraue tod ist, so hat des Mannes Lehen ein Ende, er habe denn das Gut entpfangen mit der Frauen, mit eins LehnsHand, et ibi SCHILTERVS. Adde PAVLI CHRIST. SCHRÖDERI dissert. de *feudo ab vxore marito in dotem dato.*

d) SCHRADER Part. VIII. cap. I. n. 36.

catur. Possessor feudi pignoratitii iura et obligationes vasalli habet, minime vero possessor feudi oppignorati*).

§. CCCLXXXIII.

Quomodocunque vero pignus constituatur, illud creditori tribuit facultatem solutione non praestita rem in nexu pignoratitio constitutam alienandi *a*). Iam vero vasallus sine domini directi consensu feudum non potest alienare *b*) (§. 349.). Ergo quoque vasallus rem feudalem sine domini consensu non potest oppignorare. Inde iudex, cuius iurisdictioni feudum subest, illud inuito domino oppignorare nequit *c*), nec vasallus omnia oppignorans bona, feudum oppignorasse intelligitur, nisi dominus in oppignorationem feudi expresse consenserit *d*).

Ad oppignor. domini requiritur consensus.

*) RAVE de *feudo pignoratitio.*

a) Vide titulum Digestorum de *distractione pignorum et hypothecarum.*

b) An praelatus sine capituli consensu possit consentire in oppignorationem, dubium est. Negat BOEHMER de *hypotheca feudali expressa* Cap. 1. §. 9. n. 3. Ast contraria sententia verior videtur, quia praelatus instar prodomini iura domini directi habet.

c) BRVNNEMANN Consil. LXXV. n. 25. STRYCK de *caut. contr.* P. II. cap. IIII. §. 4. HORN cap. XVIIII. §. 4.

d) II. F. 26. *in generali alienatione vasalli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit.*

§. CCCLXXXIIII.

Consensus domini non est extendendus.

Consensus domini in alienationem semper stricte est interpretandus, nec ad non expressa extendendus (§. 354.). Inde nuda contractus, cui pignus est insertum, confirmatio, domini consensum non inducit *e*), sed verba requiruntur: *Wir consentiren auch als Lehn-Herr in die darinnen geschehene Verpfændung*. Valet tamen confirmatio, si consensus domini in contractu simul facta fuerit mentio, vel, si in cancellaria feudali confirmatio contractus, in quo hypotheca est expressa, fuerit facta *f*). Interim vero hypotheca feudalis cum domini consensu constituta in tertium potest transferri, sine nouo domini consensu, cum sit res allodialis *g*), nisi leges obstent prouinciales.

§. CCCLXXXV.

Consensus quomodo intelligendus?

Consensus domini stricte semper est interpretandus (§. 354.). Inde, si ad venditionem datus, ad oppignorationem non pertinet *h*). Simili modo nec ad vsuras trahendus consensus ratione sortis praestitus, nisi vsurae

e) BERLICH P. II. concl. 29. n. 74. §. 12. CAREZOV P. II. const. XXIII. def. 23.

f) WERNHER *obseruat.* P. II. obs. 467.

g) HORN Cap. XVIIII. §. 4. BOEHMER de *hypotheca feudali expressa* Cap. II. §. 13.

h) HORN cap. XVIIII. §. 6.

rae citra specialem conuentionem ex negotii natura debeantur *i*), licet secus in terris electoralibus Saxonicis *k*).

§. CCCLXXXVI.

Consentit dominus in hypothecam vel *indefinite*, vel *definite* ad certum tempus. Consensus domini indefinite datus durat vsque ad reluitionem. Si vero definite ad certum tempus, expirat tempore illo elapso, maxime quoties clausula cassatoria fuerit adiecta, nisi ante temporis lapsum prorogatio sit facta. Nihil vero hypothecae iuri decedit, si creditor ante finitum tempus actionem instituerit, durante vero processu, tempus fuerit lapsum *l*). *Consensus quousque duret?*

§. CCCLXXXVII.

Minime vero pignus feudale constituitur, si vasallus domini consensum non petierit *m*). Si tamen sub conditione impetrandi consensus vasallus hypothecam constituit, et

i) HARTM. PISTOR. lib. II. qu. XXXXVIIII. B. PARENS c. XIII. aph. 7. n. 7.

k) Prout in electoratu Saxon. HORN cap. XVIIII. §. 7.

l) CARPZOV Part. II. constit. XXIII. def. 24.

m) B. PARENS num. 4. *in obseruat. feud.* ad c. XIII. illud praeiudiciis confirmat. HORN cap. XVIIII. §. 5. In *Ordin. Polit. Magdeb.* Cap. VIII. §. 18. sufficit solum creditorem impetrasse.

creditor consensum impetrauit, hypotheca subsistit *n*).

§. CCCLXXXVIII.

Quomodo constituatur hypotheca?

Ad hypothecam in feudo constituendam requiritur consensus et domini et vasalli (§. 383. et 387.). Agnatorum et simultanee inuestitorum consensus non quidem de essentia est, ast vt adhibeatur, consilii exposcit ratio. Hinc subsistit hypotheca solius domini consensu munita, saluo agnatorum et simultanèe inuestitorum iure, ita tamen, vt possessio in creditorem possit transferri, etiam actione hypothecaria ad feudi distractionem creditor agere, et feudum distrahi poterit, ita tamen, vt agnatis et simultanee inuestitis actio reuocatoria salua maneat *o*). Minime vero valet hypotheca feudalis absque domini consensu solis agnatis et simultanee inuestitis consentientibus, licet feudum ad ipsos fuerit deuolutum. Imo ne ex fructibus quidem obligantur, nisi expressis verbis solutionem promiserint, cum domini consensus deficiens actum faciat nullum *p*).

§. CCCLXXXVIII.

n) BERLICH P. II. concl. 29. n. 74. §. 12. CARPZOV P. II. constit. XXIII. def. 23.

o) LEYSER spec. 229. med. 4.

p) Haecce vberius exponuntur in IOAN. GODOFR. BAVERI dissert. de *hypotheca feudali absque consensu agnatorum et simultanee inuestitorum subsistente*. Adde CASP. ACHATII BECK de *consensu feudali* et HENR.

§. CCCLXXXVIIII.

Oppignorans non priuatur.

Alienans absque domini consensu feudo priuatur, quae tamen poena non nisi perfecta obtinet alienatione (§. 355.). Oppignoratio feudi, licet ad alienationem sit via, perfecta tamen alienatio haud est, ideoque vasallus absque domini consensu oppignorans feudo priuari nequit *q*), nisi speciali lege aliter sit cautum *r*).

§. CCCLXXXX.

Qui sint effectus hypothecae sine domini consensu.

Hypotheca a vasallo in re feudali sine domini consensu constituta nulla est (§. 383.). Ast cum fructus iure allodiali ad vasallum pertineant (§. 344.); huiusmodi hypotheca saltim quoad fructus *s*) subsistit, ita, vt in fructus creditor possit immitti, eosque percipere, donec de debito ei satisfactum. Quae tamen immissio cessat feudo

HENR. HILDEBRAND diss. de *consensu hypothecae tam magistratui, quam feudi domino nociu.* CARPZOV Part. II. Const. XXXXVI. def. 9. Licet indistincte illud adfirmet RAVCHBAR Part. I. quaest. XXXXV. B. PARENS Cap. XIII. aph. XV. Vide *Dec. Elect.* LXVII. quae vasallum obligat, sed saltim ex fructibus feudi. HORN Cap. XVIIII. §. 3.

q) PARENS c. XIII. aph. 9. n. 5. HORN cap. XXIII. §. XI.

r) Prout est statutum *in den Brandenburg-Culmbach. Lehns-Gewohnheiten* Tit. 4. §. 2.

s) IVS FEVDALE SAXON. Cap. LXVIIII. ALEMANN. cap. XXVI. et ibi SCHILTER Cap. CLV. HORN cap. XIIII. §. 3.

ad agnatum vel ad dominum deuoluto *t*) (§. 345.).

§. CCCLXXXXI.

Possessores feudi regalis partem feudi possunt oppignorare.

Alia tamen est ratio circa dominum territorialem et possessorem feudi regalis, qui hodie *u*) non aeque totum feudum, res tamen singulares, vtpote praefecturas, villas, pagos, sine consensu imperatoris, oppignorat, dum ex sublimi territorii iure laxior statuum imperii quam priuatorum sit potestas *x*).

§. CCCLXXXXII.

An tacita hypotheca in feudo locum habeat?

Hypotheca feudi absque domini consensu est nulla (§. 383.). Hypotheca tacita ex sola

t) HEIGIVS lib. I. quaest. XX. HARTM. PISTORIS l. II. qu. XXXXVIII. CARPZOV P. II. const. XXXXVI. def. XI. RICHTER dec. LXXVIII. num. 33. B. PARENS num. 7.

u) Prout diuersa exempla adducit SCHILTERVS *ad cap. XXVI. iuris feud. Alemann.* §. II.

x) Id quod singulari responso ostendit ICtus egregius, GEORGIVS FRANTZKIVS, idemque a collegio ICtorum Ienensium fuit confirmatum apud B. PARENTEM *Synt. iur. feud.* cap. XIIII. §. 29. num. 5. Adde B. de LYNCKER de *libertate statuum imperii* S. III. M. II. §. 5. p. 77. GVNDLING de *iure oppignorati territorii* §. 98. IOACHIM. POTGIESER de *indole et natura pignoris* Sect. I. cap. III. §. 18. IO. ANDREAM FROMANNVM diss. inaugurali de *oppignoratione feudorum regalium particulari, sine consensu domini, iure et moribus permissa*, et potissimum IO.

sola lege absque domini consensu constituitur y). Ergo nulla est tacita in feudo hypotheca z). Et licet lex a domino territoriali, qui simul dominium habet directum, sit promulgata, minime tamen tacita hypotheca ad feuda erit extendenda, nisi expresse hoc voluerit dominus, dum domini territorialis consensus non semper sit domini directi (§. 324.). In praxi tamen I) dominus tacitam habere hypothecam creditur ratione praestationum feudalium et adohae, si ex allodio praestari nequeant. II) Eandem quoque vxori ratione dotalitii vel dotis in feudum versae competere, imo III) bona feudalia tutoris, a domino feudi constituti, pupillo tacite oppignorata credunt. IIII) Idem, ad administratores redituum domini *derer Herrschafftl. Gelder* ac V) administratores bonorum ecclesiae et

IO. IAC. MOSER *vermischte Schrifften* Tom. II. num. I. §. 19. Videatur etiam KLOCK Tom. III. cons. CLV. num. 114. seqq. ITTER Cap. XXIII. §. 5. STRYCK dissert. de *oblig. feud. consens. munita* Cap. II. §. 9. BOEHMER de *hypotheca feud.* Cap. I. §. 3. SCHVBERT de *valida vasalli alienatione*, SCHILTER Exerc. XXXXV. §. 48. HORN cap. XVIIII. §. 10.

y) BOEHMER *ius Digest.* lib. XX. tit. 2. §. 1.

z) BOEHMER de *hypotheca tacita feudali.* CARPZOV P. II. constit. XXV. d. III. MYNSINGER VI. obseru. XXXXV.

piorum operum extendi solet *a*). Filias etiam, si ex allodio dotari nequeunt, dotem ex feudo petere posse statuunt.

§. CCCLXXXXIII.

De dotalitio eiusque origine.

Constituit quoque vasallus in feudo dotalitium, *Wittumb*, *Leib-Geding b*), *Leib-Zucht c*). Olim dotalitium erat ipsa dos Germanica *), a marito vxori ad sustentandam in casu viduitatis vitam constituta. Posteaquam vero Romanorum iura in Germaniae penetrarunt fora, ICti naturam dotis ignorantes Germanicae eam in donationem propter nuptias commutarunt. Quae cum dotem praeponeret muliebrem, munuscula, marito ab vxore adlata, dotem dixerunt, iisque dotis adplicuerunt doctrinam, Germanicam vero dotem ex donationis propter nuptias aestumarunt natura. Ast, cum ex dote Germanica vxori solum annuos praestari reditus viderent; hosce reditus pro vsuris

a) Part. II. Const. XXV. TORGAVISCH AVSSCHREIBEN Tit. XXXXV. num. 63. CARPZOV de *oner. vasalli feudal.* dec. III. pos. VI. RICHTER de *iur. et Priuileg. Credit.* cap. IIII. sect. I. num. 57. seqq. B. PARENS Cap. XIIII. aphor. XXVII.

b) SPEC. SVEVIC. Cap. XXII.

c) IVS SAXON. Cap. XXXI.

*) De qua TACITVS de M. G. Cap. XVIII.

vsuris dotis et donationis p. n. habuerunt, easque ex aequitate, ob dotem non restituendam muliebrem, duplicandas censuerunt. Inde maritum ad duplicatas dotis a muliere illatae, et duplicatas donationis p. n. vsuras, vxori in casu viduitatis soluendas, obligarunt *d*), huicque foetui antiquis ignoto Germanis dotalitii nomen dederunt *e*).

§. CCCLXXXXIIII.

Dotalitium igitur, a ICtis confictum, est *certa redituum quantitas vxori in casu viduitatis pro dote compensanda adsignata.* Hinc dotalitium consistit 1) in annuis viduae praestandis reditibus. 2) Hi reditus pro quantitate dotis a muliere illatae determinantur, et 3) plerumque duplicatae dotis et duplicatae donationis p. n. seu quadruplicatae dotis sunt vsurae. Inde 4) vbi nulla dos, ibi quoque nullum dotalitium, dum dotalitium *Dotalitii definitio et axioma.*

d) STRYCK de *succeff. ab inteſtato* diſſert. IIII. c. 3. §. 16. B. de LYNCKER dec. DCCLXXXXVIII. B. PARENS cap. XII. Aph. XI. HORN Cap. XXI. ALBR. CHRISTOPH PLATZ de *iure viduae Saxonicae in feudo.* LVDOV. MENCKEN de *quantitate dotalitii praecipue in Saxonia.* IO. CAR. NAEVIVS de *iur. fem. praecipuis in feud.* Cap. VI. §. 7. seqq.

e) LVDEWIG *diff. Iur. R. et G. in dote mariti.* NOSTRA diss. de *dotalitio illustr. in* B. STRVVII *iurispr. her.* T. III. cap. III. §. 19. GVNDLING de *emtione vxorum, dote et morgengaba.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0445
DFG

tium semper dotem praeponat illatam *f*). 5) Hisce perceptis reditibus, dos absorbetur, nisi pacto aliter conuentum *g*).

Olim fuit feudum dotal.

§. CCCLXXXXV.

Constituitur vero dotalitium vel in allodiis, vel in feudis *h*). Hic de feudali dotalitio. Et quidem antiquiori tempore obtinuit *das Leib-Gedings-Lehn*, quod in eo consistebat, vt maritus illam feudi partem, quam vxori in dotalitium constituerat, refutaret, atque tunc femina de eadem inuestiretur cum marito simultanee *i*).

Si a marito non est constitutum.

§. CCCLXXXXVI.

Dotalitium aut ipse maritus vxori constituit, aut non. Si ipse maritus viuus adhuc

f) HORN *iurispr. feud.* Cap. XXI. §. 7. STRYCK de *succeſſ. ab inteſtato* diſſertat. IIII. c. 2. §. 10.

g) STRVV *Obſeru. iur. feud.* pag. 82. n. 3. CARPZOV P. II. C. 44. def. 5.

h) Ea tamen inter dotalitium in allodio et in feudo constitutum est differentia, quod illud firmius esset, hoc facilius potuisset infringi. Sic enim LANDRECHT Lib. III. art. LXXV. *an eigenem ist rechte Leibzucht der Frauen, denn es ir niemand brechen mag zu ihrem Leib und nicht an Lehn, denn es ir an mancher Weise gebrochen mag werden.*

i) Glossa Lib. III. art. LXXVI. *das dritte heist Gedinge, das ist, das ihr* (der Frauen) *gedinget ward gegen ihre Mitgabe, und ehe man es der Frauen leihet, so soll der Mann dis auflassen, denn solle es der Herr leihen, und der*

huc dotalitium non ordinauit, succeſſores in feudo ad eius praeſtationem non tenentur, niſi lege ſeu conſuetudine prouinciae ſpeciali obligentur.

§. CCCLXXXXVII.

A marito conſtitutum obligat ſucceſſ. uniuerſ.

Dotalitium vero a marito ordinatum a ſucceſſore feudali, qui ſimul heres vaſalli in allodio eſt, praeſtari debet, licet nec ipſe, nec dominus directus conſenſerit. Praeſtatur enim dotalitium ex reditibus feudi (§. 394.), de his vero vaſallus poteſt disponere (§. 345.), eiusque diſpoſitio valet tamdiu, ac ſucceſſores in feudo ſunt eius heredes in allodio (§. 346.). Inde hodie liberorum conſenſus regulariter non eſt de neceſſitate (§. 254.).

§. CCCLXXXXVIII.

Dominus et agnati ex conſenſu obligantur.

Alia vero ratio eſt domini directi et agnatorum ac ſimultanee inueſtitorum. Hi enim nec ad conſtituendum dotalitium, nec ad conſtitutum praeſtandum obligantur, niſi ex conſenſu. Et quidem, ſi eorum conſenſus in dotalitii conſtitutionem vere datus eſt, res dubio caret, aſt interdum quoque ex praeſumto conſenſu naſcitur obligatio. Inducitur autem praeſumtus conſenſus ex aequitate,

der Mann ſoll mit angreiffen. Diuerſa exempla eiusmodi *Leib-Gedings-Lehn* vide in MÜLLERI *Staats-Cabinet* Part. IIII. cap. II.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0447
DFG

aequitate, ne quis cum damno alterius fiat locupletior. Iam vero agnati successores in feuda auita, imo et dominus directus, ad quem consolidatione feudum peruenit, locupletiores cum viduae fierent damno, si dotem in meliorationem feudi versam retinere, in eiusque compensationem dotalitium constituere nollent. Hinc ex aequitate agnati et dominus directus, ad quos dos in feudum versa peruenit, vel ad eam reddendam vel ad dotalitium in eius compensationem constituendam obligantur.

§. CCCLXXXXVIIII.

Differentia inter expressum et praesumtum consensum.

Est autem ea inter verum et praesumtum consensum differentia, quod I) ex vero consensu siue expresse, siue tacite, declarato, agnati et dominus simpliciter ad dotalitium obligentur promissum, seque reddendo dotem ab obligatione liberare nequeant; ex praesumto vero consensu obligatio solum alternatiua enascitur, ad dotem aut reddendam, aut cum dotalitio compensandam (§. antec.). II) In vero consensu sufficit, initio dotem esse illatam, licet exinde meliorationes seu vtilitas ad agnatos haud peruenerit, dum vxor obligationem ex sua adimpleuit parte, et agnatus vel dominus directus ex suo obligetur consensu; ex praesumto consensu agnati et dominus non obligantur, nisi ex dote, in feudum versa,

sa, fiant locupletiores (§. antec.). Si agnati in dotalitium consenserint, vxor, mortuo licet marito, dotem promissam, et quidem cum vsuris, si cum heredibus mariti allodialibus res sit, adhuc potest inferre, et pro eo dotalitium exigere, minime vero, si praesumtus agnatorum seu domini interuenit consensus. Parum enim agnatis interest, siue vxor viuo siue mortuo marito inferat dotem *k*).

§. CCCC.

Quantitas dotalitii.

Quantitas dotalitii per pacta dotalia, plerumque etiam moribus vel legibus determinatur. Si moribus vel lege dotalitii definitur quantitas *l*), ad eam praestandam et agnati et dominus obligantur *m*). Minime tamen si per solum mariti pactum, nisi in illud consenserint (§. 398.). Plerumque illud in quadruplicatis dotis vsuris consistit (§. 394.), et inde graue feudi onus est. Hinc nobiles,

k) LVDOLFF de *iure femin. illustr.* NOSTRA diss. de *dotalitio illustr.* P. II. c. II. §. 5. n. 36. *iurispr. heroic.*

l) Quod factum in LEGIBVS BVRGVNDIONVM Tit. XXXXII. §. 1. De Galliae, Britanniae, Lotharingiae, dotalitiis eorumque quantitate *vide* NOSTRAM diss. *citatam* §. 24.

m) Si maior quantitas, quam lex determinat, adsignata est, successor feudalis praestat quantitatem lege determinatam, quod eam excedit, heredes allodiales supplere tenentur RICHTER de SVCCESS. *ab intest.* Sect. IIII. cap. III. n. 2.

nobiles, qui diuites ducunt vxores, cauere sibi solent, vt dotem saltim exiguam accipiant, reliqua vero bona tanquam paraphernalia curent inferri, ne dotalitium feudi prouentus absorbeat, et prouerbium effectum sortiatur: *reiche Weiber machen arme Kinder n*).

§. CCCCI.

Dotis illatio et versio praeponitur.

Constituitur dotalitium in dotis compensationem, ideoque dotem praeponit illatam (§. 394.). Hinc, si vidua frui voluerit dotalitio, probare debet, dotem vere esse illatam *o*). In concursu creditorum nuda mariti confessio, etiamsi iurata fuerit, non sufficit *p*), ast mariti heredes inde obligantur. Requiritur etiam, vt dos in feudum sit versa, licet probata dotis illatione, eius in feudum versio praesumatur, intuitu domini vel agnatorum, qui in dotalitii vere consenserunt constitutionem (§. 399.), minime

n) MVHLPFORT *Caut. feudales* Cap. X. HORN Cap. XX. §. 8. De genere monetae, quo dotalitium praestandum vide IO. LVD. SCHMIDII eruditam comment. super quaest. *In was für MünzSorten ist eine Geld-Schuld zu bezahlen* p. 105. sqq. Ienae 1763.

o) HARTM. PISTORIS n. 8. CARPZOV. IIII. Resp. LIIII. Adde AVG. FLOR. RIVINI diss. de *impedimentis dotis a vidua dotalitii gratia inferendae* Lipsiae 1728.

p) CARPZOV P. II. c. XXXXII. d. VIIII. X. B. LARENS Cap. XIIII. Aph. V. *et obseru.* ad cap. XIIII. n. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0450
DFG

nime vero, si eorum praesumitur consensus, quippe qui non intelligitur, nisi ex versione actu facta *q*). Si viduae dote haud illata reditus quidam adsignati ad meliorem sustentationem, illi VITALITIVM dicuntur.

§. CCCCII.

Ad consequendum vero post mortem mariti dotalitium, varia viduae competunt remedia. Illud enim, si possessio vacua fuerit, propria occupare potest auctoritate, vel si in possessione fuerit bonorum feudalium, ius retentionis exercere, vel contra successores feudales condictione ex moribus, ad constituendum vel praestandum dotalitium agere *r*). Ad cautionem de dotalitio praestandam viduam obligatam vix putarem *s*), licet sint, qui contrarium adserant.

Remedia consequ. dotal.

§. CCCCIII.

Licet autem, marito adhuc viuente, dotalitium fuerit constitutum, in arbitrio tamen est

Viduae ratione dotalitii, vel dotis repetendae optio competit.

q) Id quod vberius declarauit HARTM. PISTORIS Lib. I. quaest. IIII. CARPZOV P. II. const. XXXXIIII. d. VIIII. et lib. VI. Responsi. LVII. B. PARENS Cap. XIV. Aph. 9. 10. HORN Cap. XXI. §. 7.

r) CONSTIT. ELECT. Part. III. const. XXXIII. CARPZOV Lib. IV. Responsi. XX. B. PARENS Aphor. XIV.

s) GEORG FRID. DEINLIN diss. de *vidua vasalli ab vsufructuaria cautione intuitu dotalitii immuni.*

est viduae, velitne dotalitium acceptare, vel dotem repetere, vel etiam relicta dote et dotalitio portionem statutariam eligere *t*). Haec vero optio statim post mariti mortem fieri debet, nec, semel adprehenso dotalitio, dotem repetere poterit vidua, ipsa vero ante dotalitii adprehensionem defuncta, heredes eius dotem possunt repetere *u*). Quod si dotalitium vidua elegerit, manet dos apud successores feudi, nisi forsan aliter conuentum *x*). Sed si, constituto rite dotalitio, vxor ante maritum moriatur, lucratur quidem secundum ius Saxonicum maritus dotem in pecunia consistentem, hoc vero defuncto, heredes mariti allodiales succedunt, eamque a successore feudali, quatenus inde feudum melius existit, repetunt *y*).

§. CCCCIIII.

Finitur. Finitur dotalitium 1) morte viduae, 2) repetita dote, 3) ob malitiosam desertionem et adulterium, nisi maritus vel condonauerit, vel viuus adhuc de eo non fuerit conquestus

t) CONSTIT. ELECT. Part. II. const. XXXXII. CARPZOV. Part. II. const. XLIV. d. V. Lib. VI. Respons. LIX. RICHTER Cap. I. num. 8. 10. B. PARENS Aph. XV.

u) CARPZOV P. II. C. 44. Def. IIII.

x) CARPZOV *loc. cit.* Def. V. *dec. illustr.* CLXVII.

y) HARTM. PISTORIS Part. I. quaest. IIII. num. 27. CARPZOV Def. IIII.

questus z); 4) ob secundas nuptias. Constituitur enim melioris in statu viduitatis sustentationis causa (§. 394.), et hinc, cessante viduitatis statu, cessat dotalitium *a*), nisi vel pactis *b*), vel lege aliter cautum. Dos tamen feminae ad secunda transeunti vota erit restituenda. Minime vero dotalitium finitur, si femina in oppignorationem rerum, in quibus dotalitium habet constitutum, consenserit *c*).

§. CCCCV.

Obtinet etiam dotalitium tanquam onus reale in feudis imperii, quod ab antiquis *Obtinet dotalitium etiam in*

z) CONSTIT. ELECTOR. Part. II. constit. XXI. B. PARENS Cap. XIIII. aph. XIII.

a) ILL. ESTOR diss. *an dotalitium cesset propter secundas nuptias?* NOSTRA diss. de *dotalitio ill.* § 65. Sunt, qui putant, dotalitium in compensationem dotis constitui illatae, ideoque ob secunda non cessare vota. Ast 1) opinio quod in compensationem dotis constituatur, ex errore ICtorum in nostra introducta est fora, qui proinde ad alios casus extendi non debet error. 2) Restituta dote, cessat causa dotalitii.

b) Inde dotalitium secundo interdum marito in dotem datum observamus. Exemplum inter illustres praebet Christina, Christiani II. Daniae regis filia, quae in priori matrimonio Francisco Sfortiae Mediolanensi duci fuit nupta, postea vero Francisco, Lotharingiae duci in manus convenit, cui dotalitium suum in Mediolanensi ducatu in dotem attulit, prout in tabulis dotalibus Kl. Martii 1540. fuit definitum apud du MONT *Corps Diplomatique* Tom. IV. Part. I. pag. 19.

c) CARPZOV P. II. Constit. 42. def. 16.

feudis imperii.

iamdum temporibus inualuit, atque saepe territorium in dotalitium cum omni iure concedebatur *d*). Hodie vero dotalitium illustrium secundum pacta familiae, vel per pacta dotalia, vel per testamentum mariti, vel etiam, si viuo marito non fuerit constitutum, ab agnatis definitur *e*). Adsignari autem solet vel certa praefectura, *ein Wittumbs-Ambt*, cum iurisdictione alta et bassa, atque tunc subditi praestare tenentur homagium, *die Wittumbs-Huldigung*, vel praeter sedem dignitati conuenientem, certi reditus annui et comestibilia praestantur, prout conuentum est *f*). Requiritur tamen-

d) Sic Henricus Auceps Walhusam coniugi suae Mathildae in dotalitium adsignauit. VITA MATHILDIS Cap. I. Eidem donauit Quedlinburgum, Poletham, Northusam, Gronauiam, Duderstadtum, prout tabulae docent apud IOACH. IO. MADERVM *Antiquit. Brunsuic.* pag. 102. Dotalitium insigne in Alsatia coniugi suae anno 1299. constituit Rudolphus, dux Austriae, prout tabulae docent apud LEIBNITIVM *Cod. Dipl.* p. 39. Sic etiam Elisabethae, Hassiacae Iohannis Saxoniae ducis viduae, Rochlicensem praefecturam, et alia quaedam Misniae loca cum omni iure fuisse cessa, testatur SECKENDORFF *Histor. Lutheranismi* Lib. III. Sect. XVII. §. 65. *add. lit. c.*

e) LVDOLPH *de iuribus feminar. illustr.* Sect. II. n. II. §. 4. n. 30. sqq. MYLER AB EHRENBACH. *Gamolog. illustr.* Cap. X. ITTER Cap XVIII. §. 11. HENELIVS *de dotalitio.* B. STRVVII *iurispr. heroic.* P. III. c. III.

f) SYNTAGMA IVRIS PVBLICI cap. XXVII. §. 24. IO. GEORG SCHERZ *de dotalitio.*

men, vt dos vere sit illata *g*). Alias vidualitium seu vitalitium solummodo debetur (§. 401.). Non vero dotalitio grauari poterit episcopatus inter protestantes, dum ad hoc constituendum dominium requiratur *h*).

§. CCCCVI.

Donatio propter nuptias.

Donatio propter nuptias in feudis non est incognita, quae tamen pro diuersitate finis, quem habet, diuersos producit effectus. Si finis donationis propter nuptias est securitas dotis, in eius constitutione obseruanda sunt, quae de hypotheca feudali (§. 388.) diximus. Si eius finis ordinatio dotalitii est, ea valent, quae de dotalitio exposuimus principia (§. 396. sq.) Si finis est, vt haecce donatio loco lucri coniugalis seruiat coniugi superstiti, illa continet alienationem, sicque ea locum habent, quae de alienatione sunt dicta (§. 353.).

§. CCCCVII.

Generalis regula de vasalli circa feudum contractibus.

Tandem adhuc generalis obseruanda est regula, quod vasalli circa feudum contractus omnes, qui ad conseruationem et melioralionem feudi faciunt, regulariter subsistant, minime vero sine domini et eorum, quorum interest, consensu valent illi contractus, qui feudum reddunt deterius, aut iuribus domini directi nocent, aut legem in concessione positam violant (§. 295.).

g) L. B. de LYNCKER Vol. I. Resp. CXLV.
h) HORN Cap. XXI. §. 10.

CAPVT XII.

DE REVOCATIONE ET RETRACTV FEVDORVM.

§. CCCCVIII.

Ius a primo adquirente quaesitum adimi nequit.

Omnes a primo adquirente descendentes ius succedendi habent ex eius inuestitura quaesitum, quod iis a feudi possessore adimi nequit (§. 353.). Hinc feuda a vasallo possessore cum domini quidem consensu alienari possunt (§. 352.), ast ius succedendi huiusmodi alienatione primi descendentibus adquirentis adimi nequit.

§. CCCCVIIII.

Reuoc. feuda alienata.

Alienato licet auito feudo, saluum tamen manet descendentibus primi adquirentis ius succedendi (§. praec.). Deuoluto igitur ad quemlibet ex iis succedendi iure, ille in feudum alienatum succedit, idque recte reuocat a quolibet possessore. Habet enim ius succedendi ex inuestitura primi adquirentis (§. 195.), quae cum ius reale producat (§. 115.), satis patet, successorem reuocare posse a quolibet feudum alienatum. Alia vero ratio est feudorum mere hereditariorum, in quibus allodialis locum habet successio, ideoque reuocari nequeunt alienata (§. 249.).

§. CCCCX

§. CCCCX.

Descendentes a primo adquirente intuitu feudum alienantis sunt vel liberi, vel agnati. Ergo liberis aeque ac agnatis, si recte res aestumatur, competere deberet ius *a*) reuocandi (§. 409.). Olim apud Germanos liberorum ius erat extra dubium (§. 255.), et feuda non nisi liberorum consensu alienata sunt *b*), quod et Friderici et Dicemanni Misniae marchionum declarat exemplum, qui Thuringiae Landgrauiatum, a patre Alberto degenere venditum, reuocarunt. Recepto vero iure Longobardico *d*), in plerisque Saxoniae prouinciis et praesertim iis, qui iure Saxonico viuunt *e*), liberi, quia ad *Reuocant adgnati et liberi.*

a) II. F. 39. *alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, nisi consentientibus, ad quos beneficium quandoque sit reuersurum.* II. F. 45. II. F. 3. *c. sed etiam.* II. F. 26. *c. Titius.* B. PARENS Cap. XIII. Aph. XV. HORN c. XX.

b) Fundam. iuris reuocandi est in textibus II. F. 8. c. hoc quoque II. F. 26. §. *Titius* II. F. 39. de liberorum iure, SCHILTER ad IVS ALEM. cap. LXXIIII. §. 4. TITII *LehnRecht* c. 27. §. 17.

c) LVDEWIG de *oblig. succeff.* cap. VI. et opusc. T. I. p. 599.

d) II. F. 39. I. F. 8. *c. hoc quoque.* I. F. 18. *si aliquis* II. F. 9.

e) Declarata haec sententia per edictum Torgauiense. CARPZOV P. II. Const XLVIII. d. VIII. IX. XII. BERLICH P. II. concl. LX. n. 21. HORN c. XX. §. 17. Idem circa feuda imperii locum habere credit ITTERVS Cap. XXIII. §. 13.

facta patrum praestanda obligantur, feuda a patre alienata reuocare non possunt. Interim tamen et Longobardico et Saxonico iure liberi reuocandi ius habent: *Primo* si vna cum patre simul fuerint inuestiti, vel feudum intuitu filiorum patri fuerit concessum, dum eo casu filii, non tam a patre, quam a domino concedente feudum consequantur, et iure proprio vtantur *f*). *Deinde* admittuntur in bonis fideicommisso subiectis. Admittuntur etiam secundum consuetudinem prouinciae *g*). Agnatorum vero ius reuocandi feuda sine eorum consensu alienata extra dubium est positum, licet in terris Saxonicis, vel vbi id receptum, agnati aliter non, nisi simultanee fuerint inuestiti, ius reuocandi habeant *h*) (§. 234.).

§. CCCCXI.

Delata succeff. locum habet.

Siue vero liberi, siue agnati, siue simultanee inuestiti reuocent, reuocatio tamen non nisi delata locum habet successione (§.409.), licet vel maxime viuo alienatore vasallus emtor sine heredibus feudalibus decesserit, dum hoc casu feudum ad dominum redeat, agnatis eo demum casu, quo alienans sine heredibus successionis feudalis capacibus decessit,

f) CARPZOV d. X.

g) CARPZOV d. XI. equidem extra terras electorales, filios reuocare posse, docet. Verum, vide RICHTERVM Decis. LXXVIIII. num. 5. WERNHER *Sel. obseru. Forens.* Part. I. obs. CCCXI.

h) CARPZOV lib. VI. Resp. LXXVI. n. 8.

deceſſit, reſtituendum. Caeterum reuocans, dum iure primi ſuccedit adquirentis, non quidem ad refundendum pretium *i*), aſt ad meliorationes reſtituendas obligatur.

§. CCCCXII.

Agnatis, caſu exiſtente, competit ius reuocandi feudum alienatum (§. 410.). Et hoc locum habet, quamuis in remotiorem feudum fuerit alienatum, nam hoc caſu a proximioribus *k*), vel ſi plures in pari gradu fuerint, a reliquis, id pro rata poteſt reuocari *l*).

A remotiui poteſt reuocare prox.

§. CCCCXIII.

Simultanee inueſtiti iure codominii in feuda ſuccedunt (§. 230.). Ius ex codominio competens auferri nequit (§. 241.). Ergo feudo licet alienato ſimultanee tamen inueſtitis ius ſuccedendi manet ſaluum. Hinc ordine ſuccedendi ad ſimultanee deuoluto inueſtitum, hic feudum a quolibet poſſeſſore absque pretii reſtitutione recte reuocat.

Feudo alienato ſimultan. inueſt. ius ſuccedendi manet ſaluum.

§. CCCCXIIII.

Competit agnato proximiori, et ſi proximiores non reuocent, remotioribus, vel ſimultanee inueſtitis, ſiue coniunctim, ſiue ſecun-

Agnati proximiores contra remotiores reuocant.

i) II. F. 3. c. *ſed etiam.* II. F. 26. c. *Titius.* B. PARENS Cap. XIIII. aph. XIIII. HORN Cap. XX.
k) c. *Titius verb. proximior agnatus.*
l) HARTM. PISTORIS lib. II. quaeſt. VI. num. 30.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0459
DFG

secundum gradus consanguinitatis fuerint inuestiti, ACTIO REVOCATORIA, *siue vindicatio feudi contra possessorem quemcunque, vt feudum restituat cum fructibus m) a die delatae successionis perceptis*; ideoque descendentia a primo adquirente, seu simultanea inuestitura erit demonstranda. Neque tamen hoc ius, quod ob sanguinem, vel ex pacto simultaneae inuestiturae locum habet, alteri cedi poterit, nisi dominus et agnati consenserint *n*).

§. CCCCXV.

Praescribi huic actioni potest.

Cessat vero actio reuocatoria I) praescriptione triginta annorum, a tempore delatae successionis computandorum *o*) (§. 189.). Remotioribus vero non obstat, quod priores intra triginta annos non reuocauerint, dum praescriptio ab eo tempore incipiat, quo actio est nata, quod demum fit a tempore delatae successionis. Procedit hoc etiam,

m) B. PARENS Aphor. XVII.

n) HORN Cap. XX. §. 11.

o) II. F. 9. c. 1. augmentum vnius anni sex septimanarum et trium dierum, quod alias iure Saxonico circa praescriptionem obseruatur, hic cessare volunt SCHRADER Part. V. *de feudis* Cap. IIII. num. 18. B. de LYNCKER *Anal. ad Synt. I. feud.* cap. VIII. aph. XII. num. 5. HORN Cap. XX. §. 18. LÜDER MENCKE *Controu. Sel. Feudal.* disp. III. §. 16. Contrarium tamen verius videtur. Const. Elect. P. II. 50.

etiam, si remotior agnatus eius, contra quem praescriptio est completa, factus fuerit heres, dum successor iure proprio agat *p*).

§. CCCCXVI.

Porro II) cessat haec actio, si agnati in alienationem consenserint *q*), qui consensus etiam liberis obest *r*) (§. 254.). Ab arbitrio vero pendet agnatorum, velint nolintue consentire, licet vasallus fame prematur, nisi in debita consenserint, atque ob eadem praedium feudale alienetur. Hic consensus clare est declarandus, ideoque non sufficit, agnatum alienationi fuisse praesentem, et contractum subscripsisse, sed requiritur, vt consensum suum verbis factisque clarioribus declaret *s*). Si vnus ex agnatis consenserit, reliqui eiusdem gradus pro rata possunt reuocare *t*). Minoribus haud nocet tutoris consensus, nisi decretum de alienando interceſſerit, vel maiorennes facti alienationem ratihabuerint *u*), avt alienatio neces-

Cessat reuocat. ob consensum.

p) PISTORIS *cit. loc.* num. 7. B. PARENS num. 5.
q) I. F. 5. c. *praeterea.* II. F. 26. c. Titius II. F. 39.
r) HARTM. PISTORIS lib. II. quaest. VII. MYNSINGER Lib. I. *Obseru.* LV. HORN Cap. XX. §. 14.
s) ROSENTHAL Cap. VIIII. concl. LXXVII. LXXVIII. HARTM. PISTORIS lib. VI. qu. VII. num. 1. B. PARENS Aph. VIIII. num. 1. HORN Cap. XX. §. 14.
t) PISTOR qu. VI. n. 24.
u) L. fin. C. *si maior factus alien.* B. PARENS Cap. XIII. aphor. 19. num. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0461
DFG

necessaria sit x). Consensus vero in alienationem stricte est interpretandus (§. 354.). Inde, si alienatio alia facta est ratione, quam agnati consenserunt, reuocatio nihilominus locum habet. Hinc reuocatur feudum, si agnatus consenserit in certum emtorem, et feudum in alium transferatur, vel si in alienationem consensit, et de feudo per vltimam voluntatem disponatur y).

§. CCCCXVII.

Alii casus, quibus cessat reuocatio.

Porro III) reuocari nequeunt feuda hereditaria (§. 249.), nisi a simultanee inuestitis

x) Iure Saxonico electorali *in den Torgauischen Ausschreiben de ann.* 1583. *§. damit aber nur solcher, einen Vnmündigen.* Minores valide eum curatoribus consentiunt, si 1) duo agnati maiorennes simultanee inuestiti; in gradu proximiori constituti, vna cum tutoribus et curatoribus minorum agnatorum, in remotiori gradu constitutorum, consenserint, aut 2) minoribus in aequali gradu cum maiorennibus agnatis existentibus, si alienatio absque decreto fuerit facta, et praeter consensum quatuor agnatorum maiorum, nec non tutorum et curatorum, adhuc alii duo minoris proximi agnati vel consanguinei, qui tamen simultanee inuestiti non sunt, in alienationem consenserint, modo tamen vtroque in casu consensus quoque domini feudalis accesserit. B. PARENS Cap. XIII. aph 19. n. 6. CARPZOV P. II. const. 48. def. 7. HORN cap. 20. §. 16.

y) Hosce casus sub praesidio Wilduogeliano satis excussit CONR. HENR. HEYDENREICH dissert. de *reuocatione feudi illorum, qui in eius alienationem valide consenserunt.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0462
DFG

tis z). Obligatur etiam agnatus ad seruandam alienationem, si simul heres alienatoris sit allodialis, et allodium non repudiauerit *a*) (§. 254.). Nec opus est consensu reliquorum agnatorum, si in agnatum, qui alias immediate sit successurus, feudum fuerit translatum. Quod si tamen tempore mortis transferentis alius fuerit proximior, isti nihilominus actio competit reuocatoria *b*).

§. CCCCXVIII.

Allod. bered. ad refusionem pretii tenentur.

Agnatis et simultanee inuestitis competit actio feudi reuocatoria (§. 414.). Feudo autem tali ratione reuocato, alienatoris allodiales heredes ad pretii restitutionem emptori tenentur *c*), si venditor agnatorum ius dolose tacuerit.

§. CCCCXVIIII.

Reuocatio ex iure protimiseos et retractus.

Reuocatoria actio non nisi delata locum habet successione (§. 409.). Possunt tamen liberi aeque ac agnati statim reuocare restituto

z) CARPZOV P. II. Const. XXXXVIII. def. I. HORN Cap. XX. §. 13.

a) II. F. 58. c. 2. HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaest. VIIII. num. 1. HORN Cap. XX. §. 13.

b) Talis casus extitit in successione comitum de Wied, de quo ELECTA IVRIS PVBLICI Tom. VIIII. pag. 125.

c) PISTORIS Lib. II. quaest. X. ROSENTHAL Cap. VIIII. concl. LXXXXVIIII. CARPZOV Part. II. const. XXXXVIIII. d. VIII. VIIII. X.

tuto pretio ex iure *protimiseos* vel *retractus*, quod in genere est *ius, in alienanda re cuiusdam prae extraneo praelatis iisdem conditionibus, quas hic praestat, exigendi praeferentiam.* Competit hoc ius agnatis, et in feudis femineis etiam cognatis *d*): vel iure Saxonico simultanee inuestitis, oblato eodem pretio, intra annum continuum et communem iure communi et Saxonico a die plenae scientiae *e*) computandum. Annus tamen iste non currit ei, qui ob iustum impedimentum belli, pestis, aegritudinis, iure suo vti non potuit *f*). Et licet etiam agnati vel simultanee inuestiti in feudi alienationem, aut in certum emtorem vel sub certo pretio consenserint, nihilominus Protimiseos

d) II. F. 3. *c. sed etiam.*

e) II. F. 9. c. 1. II. F. 26. *c. Titius verb. ex quo sciuit.* Distinguunt equidem interpretes, an in agnatum remotiorem facta fuerit alienatio, an vero in extraneum, illo casu annale tempus, hoc vero triginta annos requiri putant. Eandem sententiam tanquam certam primum agnouit Augustus elector Part. II. Const. L. quam tamen postmodum, dum HARTM. PISTORIS Lib. II. quaest. XII. num. 22. contrarium ostendisset, per edictum Torgauiense anno 1583. mutauit, atque tempus annale indifferenter praescripsit, quod currit a tempore scientiae traditionis, non celebrati contractus. CARPZOV d. l. HORN §. 7. WILDVOGEL de *Reuocat. Feud.* §. 11. ZIEGLER de *Praescript.* §. 16.

f) BERLICH Part. II. concl. XI. num. 29.

timiseos ius poterunt exercere, si alteri, vel viliori pretio vendatur *g*).

§. CCCCXX.

Quibus ea sibus ista reuocatio obtineat?

Retrahens easdem conditiones praestare debet, quas extraneus promisit (§. 419.). Hinc retractus in iis solum alienationibus obtinet, quarum conditiones retrahens aeque commode implere potest, ac vult. Caeterae vero omnes illum excludunt *h*). Si de conditionibus dubium oritur, iuramentum delatum aeque ac legale locum habet *i*).

§. CCCCXXI.

Ius retractus competit filiis et agnatis.

Competit hoc ius filiis *k*) et agnatis, dum ad conseruationem familiarum sit introductum, et iure Saxonico etiam simultanee inuestitis

g) Vide ERN. TENTZELII differt. de *iure Protimiseos simultanee inuestitorum post literas reuersales de libera feudum alienandi facultate datas, competente, Erfurdiae* 1727.

h) II. F. 26. LEYSER spec. 194. m. 6.

i) ROSENTHAL. Cap. VIIII. conclus. XC. HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaest. XII. num. 14. REINCKING de *Retractu* quaest. 41. num. 91. 94. CARPZOV Part. II. Const. XLIX. d. V. RICHTER Dec. LXXVI. HORN cap. XX. §. 6.

k) Disputatur equidem, an aeque filiis competat? Denegat filiis vtrumque HARTMANN PISTORIS Lib. II. BITSCHIVS *ad c. Titius*, argumento potissimum sumto a iure reuocandi, cum tamen hic factum patris

ueſtitis *l*), ſiue ex aequo, ſiue ſecundum ſtirpes; vel gradus, vel lineae proximitatem ſimul fuerint inueſtiti, qualecunque fuerit feudum. Locum vero hic habet edictum ſucceſſorium, et ſi filius non velit, agnatus, et ſi proximior agnatus hoc iure non vtatur, ſequens gradu admittitur *m*). Caeterum, etiamſi proximiori agnato feudum fuerit venditum, attamen alius agnatus ſiue ſimultanee inueſtitus eiusdem gradus pro rata illud poterit redimere *n*). Neque locum habet retractus, ſi feudum tali ratione fuerit venditum, *daſs Verkaufer vor ſich, ſeine Leibes-Lehns-Erben und Mit-Belehnten die Lehn an ſich behalten, dieſelbe, ſo oft es vonnœthen, und in allen Fœllen gehœrig ſuchen und befolgen, auch die ſeruitia præſtiren ſolle*

patris non improbetur. Adfirmat ROSENTHAL cap. VIIII. concl. LXXXXIII. KOEPPEN Dec. LIIII. STRYCK de *ſucceſſ. ab inteſt.* diſp. VI. cap. II. n. 15. BERLICH Part. II. concl. LX. num. 27. FINCKELTHAVS *contr. feud.* diſp. X. contr. 1. B. PARENS Cap. XIII. aph. XXII. idemque ſingulari praeiudicio confirmat Conſ. V. HORN cap. XX. §. 3. Idem etiam conſtitutionibus electoralibus P. II. conſt. XXXI. ſtatuitur, de quo late HORN cap. XX. §. 5.

l) Part. II. Conſtit. XLVIII.

m) ROSENTHAL cap. VIIII. concluſ. LXXXII. CARPZOV Part. II. Conſtit. XLIX. def. 7. B. PARENS Aph. XXII. n. 2. HORN Cap. XX. §. 2.

n) II. F. 26. fin. ROSENTHAL Cap. IX. concl. LXXXI. KOEPPEN Deciſ. LV. n. 3. REINCKING de *Retractu* qu. II. num. 344.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0466
DFG

solle und wolle, dum hoc casu dominium vtile non transferatur *o*), si modo hoc cum domini dirigentis consensu, et sine fraude fiat. Retrahens tamen non solum idem pretium debet offerre, sed etiam omnes conditiones adiectas adimplere, ad quas tamen immediata imperii nobilitas non obligatur *p*).

§. CCCCXXII.

Qua ratione domino competit.

De eo adhuc dubitatur, an hoc ius reuocandi etiam competat domino? Quod de iure protimiseos et retractus iure Germanico *q*) aeque ac Longobardico *r*) adfirmandum est, dum aequum sit, vt res ad eum

o) HORN *obseru. feud.* cap. VIII. Adde ANDR. TIRAQVELLVM, THEOD. REINCKINGIVM, WIDEMANNVM, DAVID STAVINSKY de *Retractu*, SAM. STRYCKIVM *de iure successoris in reuocandis bonis familiae.*

p) IMM. WEBER *de Retractu Nobilitatis immediatae.* CORP. IVRIS PVBL. Cap. XXXII. §. 15. Addi potest Dnus DE LVDOLFF *Obs. forensium* Part. III. Obs. CCLVII. CCLVIII.

q) Sententia post Weichbild *von denen Lehn-Gütern. Der Lehn-Herr hat in denen Gütern, die von ihm zu Lehn rühren, den Vorkauf.*

r) II. F. 9. c. *donare. Porro siue de bona consuetudine, siue de praua quaeramus, concessa erat domino pro aequali precio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciuerit, computando*, CARPZOV Part. II. Constitut. XXXI. d. VI. VII. RAVCHBAR Part. I. qu. XXXXIII. num. 22. HORN Resp. XVI. seqq.

cum potius veniat, a quo profecta est, et qui partem dominii habet, quam ad alium. Alia tamen est ratio actionis reuocatoriae proprie sic dictae. Quod si enim dominus in alienationem consensit, reuocare omnino nequit. Si non consensit, feudum ipso iure vel ad ipsum, vel iure Saxonico ad simultanee inuestitos deuoluitur *s*) (§. 356.). Quod si tamen per pacta inuestiturae adiecta vasallo facultas alienandi fuerit concessa, vel consensus non in certum emtorem, sed generatim saltim fuerit praestitus, etiam domino licet retrahere *t*). Dominus etiam hoc ius retrahendi ex communi sententia alteri cedere potest *u*). Si tamen cum domino agnati concurrunt, hi omnino sunt praeferendi, dum etiam in succedendo sint potiores *x*) (§. 421.).

s) CARPZOV Part. II. Constit. XXXXVII. d. XIIII.

t) WESENBECIVS Part. II. Conf. LXXIII. num. 46. HORN Cap. XX. §. 10. LEYSER *de iure Protimiseos domini.*

u) ROSENTHAL Cap. VIIII. concl. LXXXXII. num. 2. HORN Cap. XX. §. 11.

x) WESENBECIVS Part. II. conf. LXIII. numer. 43. HORN Cap. XX. §. 10.

CAPVT

CAPVT XIII.

DE DEBITIS FEVDALIBVS ET EXECVTIONE IN FEVDVM.

§. CCCCXXIII.

Antiquiori tempore feuda nec in dominio vasalli, nec hereditaria erant, hinc quoque olim nulla plane erant feudalia debita, nisi ex fructibus soluenda *y*). Temporis vero successu quaedam debita feudum adficere coeperunt *z*), et inde debita orta sunt feudalia. Horum intuitu leges et mores non vbique conueniunt. Saepe particulares de debitis feudalibus extant constitutiones, prout in Saxonia Electorali *a*). His deficientibus, is, qui adserit, debitum

Origo debitorum feudalium.

y) II. F. 45. *nec de debito hereditario aliquid feudi nomine soluere cogitur, sed in fructibus, si quos reliquit, vt de iis debitum soluatur, quo tempore decesserit, consiederabitur.*

z) THOMMIGIVS Dec. XXVII. n. 24. HEIGIVS Part. II. quaest. XX. num. 43. B. PARENS Cap. XIII. aph. 4. n. 4. HORN Cap. XXI. §. 4.

a) P. II. const. XXXXVI. in ducatu Magdeb. ordin. Polit. Cap. VIII. §. 28. et Anhalt. Tit. XVII.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0469 DFG

esse feudale, probationem subire tenetur *b*).

§. CCCCXXIIII.

Debita ex feudis hereditariis soluenda.

Praesertim vero hic distinguenda sunt feuda mere hereditaria a feudis ex pacto et prouidentia quaesitis. In feudo et mere et mixte hereditario vasallus successionem iure consequitur allodiali (§. 248. seq.), ideoque proinde, vt heres, ad quaeuis debita soluenda obligatur, et licet alius sit successor allodii, tamen pro rata tenetur *c*). Dominus vero, si feudum ipsi aperiatur, non tenetur, nisi de debitis, in quae consensit *d*), dum vasallus ipsi praeiudicium adferre non potuit, et dominus non succedat vt heres, sed iure dominii dirigentis, et res sine onere concessa, sine eodem ad dominum debeat reuerti. Nec etiam simultanee inuestiti in eiusmodi feudis aliter, quam ex consensu, tenentur *e*).

.CCCCXXV.

b) MEVIVS P. II. Dec. 124.

c) HARTM. PISTORIS Part. II. quaest. XII. num. 53. BERLICH P. II. concluf. LV. n. 19. B. PARENS Cap. XIIII. aph. I. II. Idemque in feudis imperii obtinere docet ITTERVS Cap. XVIII. §. 2.

d) B. PARENS Cap. XIIII. Aph. II. n. 5.

e) HARTM. PISTORIS quaest. XIII. n. 57. CARPZOV P. II. Constit. XXXXVI. def. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0470
DFG

§. CCCCXXV.

Quod vero ad feuda ex pacto et prouidentia quaesita attinet (§. antec.), debita vasalli sunt vel feudalia, *Lehn-Schulden*, vel allodialia *Erb-Schulden*. FEVDALIA DEBITA dicuntur, *quae ex feudo sunt soluenda*. Huiusmodi debita vel in vtilitatem feudi sunt contracta, vel non. Haec, quia non nisi in subsidium et deficiente allodio ex feudo praestantur, dicuntur *subsidiaria*; illa vero, quia necessario ex feudo, allodio siue existente siue non, sunt soluenda, *necessaria* adpellantur. *Diuisio debitorum feudalium.*

§. CCCCXXVI.

DEBITA NECESSARIA *sunt, quae ad feudi vel conseruationem vel melioratione sunt contracta, quibusue actu feudum est conseruatum ac melius redditum.* Ad huiusmodi debita referunt, quae in refectionem aedificii feudalis mutuo sunt data *f*); salarium aduocatorum in causa feudali, qua eius laboribus feudum vel totum, vel ex parte conseruatum aut melius redditum *g*); resi- *Quaenam sint necessaria debita?*

f) II. F. 28. e. *si vasallus.* RICHTER decis. LXXIIII. numer. 30. EICHEL *de debitis feudalibus*, §. 85. CARPZOV Part. II. constit. XXXXVI. defin. XXVI. B. PARENS Cap. XIIII. aphor. VII. HORN Cap. XXI. §. 7. TORNOV Part. I. cap. III. sect. II. §. 3. seqq.

g) CARPZOV P. II. Const. XXXXVI. def. 30.

duum pretii, quo feudum fuit emtum *h*), atque aes alienum ad feudum comparandum conflatum, quod tamen intuitu solum successorum pro debito habetur necessario. Hi enim ad facta primi adquirentis, et inde quoque ad soluenda pro feudo adquirendo contracta debita obligantur. Minime vero intuitu domini posteriora haecce debitorum genera sunt necessaria, quippe qui exinde nullum habet emolumentum *i*). Necessaria quoque sunt debita, quae in vtilitatem feudi sunt versa, vel quibus feudum ab onere quodam liberatum *k*), veluti ab obligatione feudali legitime contracta. Interdum quoque ex lege singulari debitum quoddam pro necessario habetur, quod sua natura tale non est. Minime tamen debitis feudalibus adnumeranda sunt, quae ra-

h) Part. II. Constit. XXXXVI. CARPZOV. lib. IIII. Resp. LXVI. num. 15. *de Onerib. Feud.* decis. IIII. posit. V num. 20. Licet Part. II. Const. XXIII. d. XVIII. specialem domini consensum requirat. B. PARENS Cap. IIII. aphor. VIII. HORN Cap. XXI. §. 6. et *observ. feud.* cap. VIIII.

i) Part. II. Constit. XXXXVI. CARPZOV d. XXVII. THOMINGIVS Decis. XXVII. Contrarium sentit LEYSER *de feudis Brunsuic.* §. 40. B. PARENS Cap. XIIII. aph. VIII. HORN Cap. XXI. §. VI.

k) KOEPPEN Decis. XXXVIIII. num. 32. CARPZOV P. II. Const. XXXXVI. defin. XXVIIII. §. 2. STRYCK *de obligat. feudi consensu munita* C. I. n. 19. KRESS *de debitis ex feudis praecipue Pomeraniae soluendis*, C. II. §. 5. 6.

ratione fructuum ex feudo percipiendorum, aut seruitiorum praestandorum causa a vasallo sunt contracta, dum ista ex fructibus feudi sint praestanda, qui tangunt heredes allodiales *l*) (§. 425.). Ista vero debita necessaria etiam ex allodio sunt praestanda, si vel feudum non suffecerit, vel vasallus ita disposuerit *m*).

§. CCCCXXVII.

A debitis necessariis differunt SVBSIDIARIA, quae ex feudo tunc demum sunt soluenda, si allodium, ex quo solui possint, non adest (§. 425.). Dantur enim debita, quae in feudi vtilitatem haud contracta, in se feudum haud adficiunt, nihilominus tamen ex lege, ob singularem personae seu causae fauorem, vel ob consensum domini et agnatorum in casu, quo allodium non sufficit, ex feudo sunt soluenda. *Debita ob consensum domini ex feudo soluenda* dicuntur CONSENSVATA, quae vero *ex legis dispositione ob singularem personae seu rei fauorem feudum adficiunt*, sunt LEGALIA *n*). *Diuisio debitorum subsidiar.*

l) B. PARENS Cap. XIIII. aph. XVI. HORN Cap. XXI. §. 16.

m) B. PARENS Aph. XXVI. Cap. XIIII.

n) Confer NOSTRAM disp. *de iure creditorum allodialium intuitu feudi et concursus feudalis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0473
DFG

§. CCCCXXVIII.

Dos filiarum.

Debita subsidiaria legalia sunt I) DOS filiabus vasalli ex feudo praestanda. Equidem iure communi nulla filiabus ex feudo dos debetur *o*). Nam, cum filiae a successione in feuda penitus sint excluſae (§. 199.), ac insuper loco salarii feuda sint concessa (§. 7.); dotatio filiarum repugnat naturae feudorum, et ius commune illam ignorat. Hinc nisi lege vel consuetudine in prouincia sit receptum, vt dos praestetur ex feudo, ea non debetur *p*). Ex quibus patet, hic omnia ad prouinciarum redire iura moresque. Sic in Saxonia dos ex feudo in subsidium debetur *q*), quod etiam iure Megapolitano *r*) et Magdeburgico *s*) obtinet. Imo in Pomerania pro feudi debito

o) Qui contrariam defendunt sententiam, prouocant ad textus, I. F. 6. et II. F. 36.

p) ROSENTHAL Part. I. Cap. VII. concluſ. 47. p. 547. DE LVDEWIG *differ. iur. com. et Luſatici in legitima et dote differ. I. nota CC. H.*

q) HARTMANN RISTORIS Lib. II. quaeſt. XXXIII. GAILIVS I. Obſerv. CXVII. CARPZOV Part. II. conſtit. XXXXVI. defin. XVI. lib. IIII. Reſponſ. LXV. B. PARENS Aphor. XVII.

r) Et quidem L. thaleri ſoluuntur de ſingulis millibus. IVS FEVD. MEGAP. Tit. IIII. artic. 7.

s) ORDIN. POLIT. Cap. VIII. § 36. idem quoque in ORD. SCHWARZB. Part. IIII. Tit. 5. eſt conſtitutum. In terris Anhaltinis dos eſt ſubſidiarium debitum, et conſiſtit in ſeptima parte pretii fundi feudalis, ſi tres aut plures ſunt filiae; ſi pauciores, decima pars debetur. ORDIN. PRO-

debito necessario reputatur *t*). Vbi ex lege seu moribus dos pro onere habetur feudali, debitum ob dotis praestationem contractum onus est feudale, ideoque a successore feudali quocunque erit soluendum, prout legislator Saxo *u*). *Wenn die Schuld wegen Ausſteurung der Tœchter oder Schweſtern aufgenommen, ſollen ſolche Schulden aus dem Lehn durch die Lehns-Folger vergnügt, und die Land-Erben damit verſchonet werden.*

§. CCCCXXVIIII.

Ex feudis imperii dos filiabus illuſtrium praeſtatur.

Quoad feuda imperii vsu inualuit, vt ex iis dos filiabus praestetur illustrium. Et quidem olim territoria in dotem concedebantur integra *x*), vel certum *maritagium*, *eine Ausſteuer*, praestabatur *y*).

Ee 5 Ho-

PROVINC. ANHALT. Tit. 15. *De terris Guelph.* vide STRVBEN *rechtliche Bedenken*, p. 147. *De terris Barúthinis* vide *Culmbachiſche Lehns-Gewohnheiten*, Tit. I. §. 2.

t) STRYCK *de feudis Pomer.* §. 17. MEVIVS P. II. def. 119. KRESS *de debitis ex feudis praecipue Pomeraniae ſoluendis*, Cap. III. §. 14. ENGELBRECHT *de feudis Pomer.* Cap. VIII. §. 46.

u) P. II. Conſtit. 46.

x) Sic Balthasar Thuringiae Landgrauius cum coniuge sua Margaretha, Iohannis Noribergensis Burggrauii filia, in dotem accepit Hildburghausen, Heldburg et Eisfeld. Conf. NOSTRAM diss. *de dote illustrium* P. III. *iurisprud. heroicae*, Cap. I.

y) PETRVS DE VINEIS Lib. III. cap. XVI. *et ideo cum pro Maritagio filiae noſtrae clariſſimae, quam filio N.*

Hodie filiabus illustrium praeter mundum muliebrem dignitati conuenientem adsignari solet certa pecuniae summa, vel ex principis camera, vel prout consuetudo fert, ex tributis prouincialibus, quod vocatur *die Prinzeßin-Steuer*, cuius quantitas pro diuersitate prouinciarum variat z). Renuntiare tamen debent hereditati paternae atque maternae, *müssen der Väter- und Mütterlichen Erbschaft Verzicht thun* a). Paragiati principes cum partem feudi regalis possideant, ipsi filias suas dotare tenentur, secus de apanagiatis b), dum dos ex feudo debeatur c).

§. CCCCXXX.

N. Marchionis Misnensis decreuimus copulandam, a fidelibus nostris regnicolis subuentionem placeat exhiberi. SYNTAGMA IVRIS PVBLICI Cap. XXVII. §. 22. FABER *Consult. de March. Montisferr.* p. 13.

z) In testamento Io. Georgii I. Saxoniae electoris, huius filiae principi adsignantur 12000. Thalerorum. In linea Ernestina 15000. Florenorum Misnensium. Vid. BETSIVS *de pactis illust.* Cap. VI. §. 47. Quid circa dotationem in domo Saxonica olim obtinuerit, declarat SCHILTERVS Tom. II. pag. 95.

a) Exemplum vide apud BETSIVM *de pactis illustr.* p. 518. Vide NIC. HIER. GVNDLINGIVM *de renuntiatione filiarum.* IO. VLRICVM CRAMERVM *de pacto hereditario renuntiatiuo.* LVDOLPHVM *de iure feminarum illustrium* App. II. p. 158. et tractatum meum *de allodiis imperii* cap. IV. §. 42.

b) Controuersia desuper mota fuit in domo Holsatica, atque ERNESTVS COTHMANNVS Vol. IV. Conf. III. et IV. Principem regentem ab onere dotandi liberare cogitat. Idem etiam demonstrare conatus fuit

WEID-

§. CCCCXXX.

Porro ad debita legalia spectant *alimenta filiis imperfectis debita*, quae pro conditione feudi, et dignitate patris, non nisi in subsidium ex feudo sunt praestanda *d*). Ex aequitate etiam *impensae*, *in funus defuncti vasalli factae*, huc referri solent *e*). Imo

Alimenta imperfectis debita.

WEIDLINGIVS in dissertatione inaugurali *de onere dotandi filias illustres fratrum Apanagiatorum.* Verum praevaluit contraria sententia, dotem ex feudo deberi, per decretum iudicii aulici d. 5. Sept. an. 1605. extat apud VVLTEIVM Vol. III. Consil. XXXV. num. 277. Adsentiuntur MYLER AB EHRENBACH *ad Rumelinum* Part. II. dissert. V. §. 14. p. 777. LEYSER *de apanagio §. penultim.* COCCEIVS *iurisprud. publ.* Cap. XXVIII. §. 3. LVDOLFF *de iure femin. illustr.* sect. II. membr. II. num. 16. Idem in Sereniss. domo Brandenburgica et Würtembergica obtinere, docet RHETIVS *de portione alimentaria* Cap. III. §. 51. sqq. adde SEIP *de libertate statuum provinc. circa dotat. filiarum illustr. maxime appanagiat.*

c) HARTM. PISTORIS Part. II. qu. XXXVII. num. 5. 18. ROSENTHAL Cap. IX. conclus. VIII. COLER Dec. XXVIII. CCXIII. GAILIVS I. observ. XI. MEVIVS part. II. dec. CXIX. §. 3. decis. CCCLXIV. KLOCK *de aerario* Lib. II. cap. XLVIII. n. 18. STRYCK *de success. ab intest.* dis. I. cap. III. §. 9. HORN cap. XXI. §. 13. LYNCKER decis. LVI. CLXXIII. CXXIV. DCCCLVII. MCCCXCIV. Resp. CCCCXIX. HEROLD Consult. XXIII.

d) I. F. 6. *c. Mutus.* HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaest. XXVII. B. PARENS cap. XIV. aph. XVIII. HORN cap. XXI. §. 14.

e) Contradicit equidem CARPZOV Part. II. Constit. XLV. d. XXXVI. Verum, aequitatem praeferendam esse,

Imo etiam inter debita feudalia a successore feudali praestanda referri solent *sumtus studiorum* necessarii *f*).

§. CCCCXXXI.

Debitum subsidiarium legitima.

Ad debita feudi subsidiaria referunt quoque *legitimam*, *filiabus praestandam*. Quae tamen sententia nec in iure, nec in iuris analogia fundamentum habet. Est enim legitima portio ex bonis defuncti illis debita, qui necessarii sunt heredes; filiae vero in feudis non sunt necessarii heredes, imo ne quidem ex voluntate patris succedere possunt (§. 363.), feuda quoque ad hereditatem defuncti non pertinent (§. 252.). Idem quoque intuitu feudorum nouiter adquisitorum locum habere putarem, cum querela inofficiosae alienationis ob defectum fraudis huc male trahatur *g*). Interim in praxi aliter sentiunt,

esse, docent B. PARENS aph. XX. ZIEGLER Dec. VI. HORN §. 14. WERNHER *obseru.* T. II. p. 523. edit. nou. C. L. CRELL *de vasallo, ad impensas in funus decessoris faciendas, in subsidium obligato.* Hoc vero ad vasalli vxorem et liberos non est extendendum, ZIEGLER Dec. VII.

f) HORN cap. XIV. §. 14. HILDEBRAND *de excuss. allodii ante feudum* cap. III. §. 10. *Magdeburg. Policey-Ordnung* cap. VIII. §. 36.

g) HEIGIVS P. I. qu. 25. FINCKELTHAVS *disp. feud.* VI. §. 31. SCHILTER *Exercit. ad Pand.* XIV. §. 73.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0478
DFG

tiunt, filiaeque ex feudo nouo, in cuius comparationem pater omnia sua bona, vel maximam eorum partem impendit, legitimam adsignant *h*), ea tamen ratione, vt non ipsum aestumetur feudum, sed eius solum ratio habeatur, quod pater in feudum impendit, atque ex hoc et reliquo allodio, quod adest tempore mortis, quantum legitimae nomine praestandum determinatur *i*).

§. CCCCXXXII.

Dos muliebris quatenus debitum feudale.

Referunt quoque ad debita feudalia legalia *dotis ab vxore illatae restitutionem.* Aſt licet magna Romanorum iure sint dotis priuilegia, attamen iure communi, nec dominus, nec agnati, qui iure in feudum proprio succedunt, ad eius obligantur restitutionem, nisi forsan in feudum sit versa, quo casu ad eius restitutionem omnino successores tenentur feudales, et dos debitum haberi potest feudale necessarium (§. 426.). Interim tamen et mores et leges prouinciarum variant. Sic in Saxonia electorali ratione

h) HARTM. PISTORIS lib. II. qu. 38. CARPZOV P. II. const. 46. def. 22. P. III. const. 9. def. 28. B. PARENS cap. XIV. aph. 19. BAVER *de feudo inofficiose quaesito.* Eadem sententia approbata est iure Saxon. Elector. decis. *IX.* iure Megap. Tit. VII. art. IV.

i) CARPZOV P. III. const. 9. def. 28. STRVV *synt.* cap. *XIV.* aph. 9.

tione dotis ius praelationis certo modo mulieri est concessum, vt si, dotalitio non constituto, ex bonis allodialibus dotem habere nequeat, post creditores, expressam hypothecam habentes, veniat, et reliquos posteriores antecedat, ideoque etiam iure retentionis vtatur *).

§. CCCCXXXIII.

Dotalitium In compensationem dotis constituitur dolitium (§. 401.), quod, tanquam surrogatum, dotis iura participat. Dote igitur in feudum versa, dotalitium est debitum necessarium feudale (§. 426.). Si vero obligatio ad dotalitium praestandum ex solo nascitur consensu (§. 399.), eius praestatio debitis subsidiariis erit adnumeranda.

§. CCCCXXXIIII.

Paraphernalia aliaque lucra. Ratione paraphernalium nullum ius in feudo competit vxori, nisi illorum versionem in feudum probare possit, tunc enim id, quod versum est, pro debito feudi necessario habetur *k*). Donatio propter nuptias, legitime in feudo constituta (§. 406.), ad debita subsidiaria referenda est (§. 427.)

*) CARPZOV P. II. const. *XXV.* def. II. adde ORDIN. PROC. SAX. VETER. Tit. 45. §. 11. quod tamen mutatum in ORD. PROC. noua Tit. 45. §. 4.

k) HORN Cap. XXI. §. 12.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0480 DFG

427.). Sic quoque *Morgengaba* feudum non nisi ex consensu domini et agnatorum adficit *l*). Hoc accedente, illa debitum subsidiarium est (§. 427). *Gerada* inter viduas nobiles quidem obtinet, ast ad onera feudi referri non potest, dum saltim in mobilibus, mundo muliebri et pecudibus consistat. Idem dicendum de commestibilibus et cibariis, quae sub nomine *des Mustheils* participat vidua vasalli. De *Superuita*, *Eingeschneidel*, quae in praestatione annua rerum ad victum pertinentium consistit, notandum, quod illa ex feudo non debeatur, nisi successor in feudo consenserit, aut sit heres eius, qui superuitam praestari voluit *m*).

§. CCCCXXXV.

Sequuntur DEBITA, quae vocari solent CONSENSVATA, *consentirte Schulden*, quae non nisi *Debita consensuata.*

l) B. PARENS *Obs. feud. ad* Cap. XIIII. num. 4. Vide IO. CAROLVM NAEVIVM *de iuribus feminarum praecipuis ex feudis* cap. III. NIC. HIERON. GVNDLING *de emtione vxorum, dote et Morgengaba.* LVDEWIG *de dote et donatione propter nuptias.* BARTH *ausführlicher Bericht von der Gerade, wie auch andern Fraulichen Gerechtigkeiten, dem Leibgeding, Morgengab und Mustheil.* Conf. NOSTRA dissert. *de Morgengaba* in STRVVII *iurisprudent. heroica* Part. III. Cap. 2.

m) CARPZOV Part. III. Constitut. XLVI. defin. 21. WILDVOGEL *de superuita.* NAEVIVS *de iuribus femin. praecipuis in feudis* Cap. III.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0481
DFG

niſi ob conſenſum ex feudo ſunt praeſtanda. Quod ſi ſolus dominus in debitum conſenſerit, hic etiam, ſi feudum ipſi aperiatur, ad illud ſoluendum obligatur *n*), imo et is, qui cauſſam a domino habet, vtpote expectatiuarius *o*), non ſucceſſores feudales, niſi feudum fuerit nouum, in quo tamen nec ſimultanee inueſtiti, niſi ob conſenſum, obligantur *p*). Si vero ſoli agnati, non interueniente domini conſenſu, in hypothecam conſenſerint, iſta plane eſt inualida, et nec dominus, nec agnati tenentur *q*), niſi hi ad ſolutionem expreſſe ſe obligauerint (§. 388.) *r*). Quod ſi vero dominus et agnati in feudi oppignorationem conſenſerint, ipſi et eorum deſcendentes, ſi feudum ad ipſos fuerit deuolutum, obligantur (§. 388.), niſi conſenſus expirauerit, tunc tamen obligatio non ceſſat, verum debitum ex allodio erit praeſtandum (§. 386.). Conſenſus vero iſte illis, qui non conſenſere, haud obeſt *s*). Quod ſi vero feudum cum facultate, illud

n) CARPZOV Lib. IV. Reſponſ. *LXIII.* B. PARENS cap. *XIV.* aph. *XXI.*

o) *cit. loc.* num. 2.

p) num. 3.

q) B. PARENS aph. *XXII.* CARPZOV P. II. conſtit. *XLVI.* def. 8. n. 12.

r) CARPZOV Part. II. conſt. XXVI. def. 10.

s) B. PARENS cap. *XIV.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0482
DFG

lud pro lubitu oppignorandi, fuerit conceſſum, dominus et agnati obligantur *t*), prout in Luſatia ſuperiore ex priuilegio Ferdinandi I. *u*); imo etiam in Marchia, Pomerania, et ducatu Megapolitano omne aes alienum, nullo licet pignore conſtituto, deficientibus aliis bonis, ex feudo erit ſoluendum *x*).

§. CCCCXXXVI.

Excuſſio allodii ante feudum.

In debitis feudorum ſubſidiariis ſucceſſores ſingulares, inſtar fideiuſſorum, habent beneficium excuſſionis *y*), *quod eſt remedium, vaſallo ad debita ſubſidiaria ex feudis ſoluenda conuento, ad id competens, vt prius ſolutio ex bonis allodialibus, quam ex feudo exigatur.* Competit iſtud domino et agnatis, atque locum ſaltim habet in debitis ſubſidiariis *z*), non vero in iis, quae

t) B. PARENS aphor. *XXIII.* fin.

u) B. PARENS *Obſ.* cap. 14. num. 14.

x) IDEM *cit. loc.* num. 22. STRYCK *de feudis Pomeranicis.* TORNOV *de feudis Megapol.* Part. I. cap. III. ſect. I. IO. PAVL. KRESS *de debitis ex feudis praeſertim Pomeranicis ſoluendis.*

y) Iure Sax. Electorali ſucceſſores in feudo indiſtincte, etiamſi allodium adſit, tenentur ad debita, pro quibus feudum fuit obligatum, ſoluenda. P. II. conſt. 46. RICHTER deciſ. 78.

z) SCHRADER de feudis P. VII. c. 7. n. 12. VVLTEIVS *de feudis* lib. I. cap. *X.* n. 69.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0483 DFG

quae neceſſario ex feudo ſunt praeſtanda *a*). Et licet feudum cum domini atque agnatorum conſenſu ſimul cum allodio fuerit oppignoratum, creditori tamen optio non competit, an prius ab heredibus allodialibus, an vero feudalibus debitum velit exigere, quia ſubſidiarius conſenſus ſubſidiarie quoque eſt intelligendus *b*). Si vero ſpecialis hypotheca domini et agnatorum conſenſu in feudo eſt conſtituta, beneficium excuſſionis ceſſat *c*).

§. CCCCXXXVII.

Executio a iudice non domino.

Ob debita non ſoluta fit executio, quae etiam in feuda quoad feudalia fieri poteſt debita. Duo vero in executione feudali diſtinguendi ſunt caſus. Aut enim iudex executionem peracturus, eſt ſimul dominus directus, aut alius dominio gaudet directo. Si executor ſimul dominus non eſt directus, executionem quidem perage-re poteſt, aſt illa nec in domini, nec in agnatorum vergere debet praeiudicium. Inde facere nequit executionem in ipſum feudum, ne alias domino vaſallus obtrudatur

a) HENR. HILDEBRAND *de excuſſione allodii ante feudum.*

b) Contrarium defendunt FINCKELTHAVS obſ. *XXI.* B. PARENS *obſerv. ad cap. XIV.* §. 20.

c) Novella 112. cap. 1. BERGER *Elect. diſceptat. for.* p. 1479.

datur inuito *d*), vel agnatis ius adimatur quaesitum. Potest tamen iudex ordinarius, qui non est dominus directus, executionem facere 1) quoad fructus, tam perceptos, quam nascituros *e*) (§. 344.), modo vasallo beneficium relinquatur competentiae, ne alias ob inopiam ad seruitia fiat inhabilis *f*). 2); in ipsum feudum, si debitum fuerit necessarium, aut dominus consenserit, vel antecedenter in ipsum debitum et allodium non adsit, vel in actum executionis *g*), dum hoc casu domino consentienti nullum enascatur praeiudicium *h*); licet constitutiones prouinciales sint considerandae, et plerisque locis specialis in executionem domini consensus requiri soleat *i*). Neque tamen haec immissio, quae fit in ipsum feudum, praeiudicium adfert agnatis, vel simultanee

d) II. F. 8. §. *quid ergo.* SLEVOGT *de executione in bona feudalia.* Cap. II. §. 1.

e) HARTM. PISTORIS P. I. qu. *XV.* n. 37. BERLICH P. I. concl. *LXXXII.* n. 18. Relat. *M. Otton.* apud SCHILTERVM *apud Sgntagm.* p. 339. B. PARENS Aph. 31.

f) CARPZOV Part. II. Constit. XXV. def. 5. B. PARENS aph. XXXII. n. 5.

g) SLEVOGT citata differt. Cap. II. §. 8. et 13. B. PARENS aph. XXXI.

h) B. PARENS Aph. XXXI. num. 5. BOEHMER de *hypotheca feudal.* Cap. II. §. 12.

i) Prout *in Eisenachischer Proceß-Ordnung* Tit. XXVII. §. 6. 7. Vide late LVDOVICI *Lehens-Proceß* C. XV.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0485
DFG

inuestitis, qui in oppignorationem haud consenserunt, sed subsistit tantum, quamdiu viuit vasallus debitor eiusdemque descendentes, licet etiam viuo adhuc vasallo vti possint iure retractus *k*) (§. 419.).

§. CCCCXXXVIII.

Executio a domino directo.

Alia tamen ratio est iudicis, qui simul dominium habet directum (§. 437). Hic enim, si vult, in ipsam feudi substantiam executionem potest peragere, imo, vt peragat, cogi potest, si debitum aut necessarium, aut cum domini consensu est contractum *l*). Quod si vero dominus feudi, qui simul est iudex ordinarius, immissionem decernat, nec simul exprimat, quod saltim in fructus feudi immissionem fieri velit, eum in ipsum feudum executionem decreuisse, plures quidem, ast erronee, sibi persuadent. Nam et lex deficit, et consensus domini stricte est interpretandus (§. 354.).

§. CCCCXXXVIIII.

Arrestum quatenus decernatur in feudo.

Non solum executio, sed quoque arrestum pro impetrando iure reali impositum, tribuit

et potiss. dissertationes IO. PAVLI SLEVOGT. IVST. GEORGI CHLADENII et TOB. REINHARDI de *executione in bona feudalia*. I. G. CHLADENII de *iure exequendi in feudis praesertim imperii speciatimque Saxoniae*.

k) B. PARENS n. 6. SLEVOGT c. III. n. 5.

l) HARTM. PISTORIS P. I. qu. 15. n. 70. BERLICH

tribuit ius pignoris. Sicuti vero sine consensu domini directi nullum in feudo pignus constitui potest (§. 383.), ita quoque arrestum sine consensu domini a iudice rei sitae in feudo concedi non potest. Imo si dominus directus simul est iudex allodialis, et arrestum generatim decernat, illud intuitu allodii solum, minime vero intuitu feudi habet effectum (§. 354. et 324.).

§. CCCCXXXX.

Executione facta, praeuia taxatione sequitur feudi distractio *m*), et ex pecunia inde redacta creditores accipiunt solutionem. Quo ordine vero debita sint soluenda, nihil aeque iure Longobardico ac Germanico est statutum, sed tota res redit ad leges speciales moresque. Quod si igitur praedium feudale distrahitur, ex pecunia inde redacta soluenda sunt I) debita necessaria, quippe quae, dum omnibus prosint creditoribus, omnes quoque praecedunt *n*); II) debita, quorum intuitu creditori, consensu domini et agnatorum, in feudo pignus est constitutum vel arestum legitime impetratum (§. 439); III) reliqua debita consensuata; IIII.) debita legalia (§. 427. seqq.). In

Debita quo ordine sint soluenda.

Ff 3 singu-

LICH P. I. concl. 82. n. 1. et 2. BRVNNEM. consil. 12. n. 4. SLEVOGT c. l. cap. II. §. 12. 13.

m) SLEVOGT de *execut. feud.* cap. IIII.

n) CARPZOV de *oner. vasalli feud. dec. vlt. posit.* VIII. P. II. cap. XLVI. def. XXXIII. P. II. dec. CLXXVII. num. 3.

singulis hisce classibus creditores secundum temporis prioritatem locantur non solum ratione sortis, sed quoque ratione vsurarum *o*). Debitis feudalibus exsolutis, si pecunia ex feudo redacta fuerit reliqua, et filii successerint, secundum ius Longobardicum et Saxonic. (§. 256.), debita quoque hereditaria, quantum fieri potest, secundum iura prioritatis soluuntur, quod etiam locum habet, si agnati in alienationem pure consenserunt *p*). Filiabus in concursu creditorum *q*) ante exsolutionem aeris alieni paterni dos nulla competit, nisi aliud sit consuetudine introductum *r*). Sorores, quibus dos ex feudo fraterno debetur, praeferuntur omnibus fratris creditoribus, licet expressam habuerint hypothecam, dum sit debitum paternum *s*).

o) SCHRADER Part. VIII. Cap. IIII. num. 20. CARPZOV Part. II. cap. XLVI. def. XXXII. Lib. II. Resp. XLIII. *Obseru. feudal.* cap. XIIII. num. 24.

p) MENCKEN de *residuo pretii ex feudo ob debita feudalia sub hasta venditi.* NOSTRA disp. de *iure creditorum allodialium intuitu feudi et concursus feudalis.*

q) CARPZOV Part. II. c. XLVI. d. XVII. *Chur-Sächsische Gerichts-Ordnung* Tit. XLV. §. 40. Adde CARPZOVIVM et FRIDERICVM GERDESIVM de *Oneribus vasalli feudalibus.*

r) B. PARENS Aphor. XXXIII. num. 6. CARPZOV l. c.

s) B. PARENS Aphor. XXXIII. num. 2. *Chur-Sächsische Gerichts-Ordnung* Tit. XLV. §. 13.

CAPVT

CAPVT XIIII.

DE

MODIS, QVIBVS NEXVS TOLLITVR FEVDALIS.

§. CCCCXXXXI.

Feuda olim pro lubitu poterant auferri (§. 191.). Posteaquam vero ad heredes sunt facta deuolutiua (§. 194.), vasalli iisdem sine iusta causa priuari amplius non possunt *t*). Ex quibus vero caussis feudum, iisdem etiam ius simultaneae inuestiturae amittitur *u*). Causae vero, quibus feudum amittitur, sunt vel *communes*, ob quas etiam feudorum adsinia amittuntur, vel *propriae*, quae saltim feudis competunt *x*). *Feuda qua ratione possint amitti.*

§. CCCCXXXXII.

Inter *caussas communes* referuntur I) feudi *interitus totalis*, si feudum plane esse desinat per cataclysmum, terrae motum vel similia. Quod si tamen de feudo adhuc quidpiam supererit, manet etiam nexus feudalis. II) *Consolidatio.* Consistit enim feudum in dominio diuiso (§. 6.), *Caussae communes quae?*

t) I. F. 7. 21. ROSENTHAL Cap. X. concl. I. GAILIVS II. Obseru. CLVIII.

u) B. PARENS *Obseru. feudal.* ad cap. XV.

x) B. PARENS Cap. XV. aphor. II.

hoc non amplius exstante cessat feudum (§. 7.). Fit autem consolidatio feudi vel in persona domini, vel in persona vasalli. In *persona domini* feudum consolidatur 1) *morte vasalli*, nullis relictis successoribus feudalibus, simultanee inuestitis, vel qui ex pacto succedunt, aut expectatiuariis *y*). 2) *Praescriptione*, si dominus dominium vtile contra vasallum praescripserit (§. 189.). 3) *Refutatione* domino facta (§. 360.) *z*). In *persona vasalli* fit consolidatio 1) *praescriptione*, dum vasallus feudum tanquam rem allodialem contra dominum praescribit (§. 188.); 2) *appropriatione, quae in remissione nexus feudalis consistit*, et ex mutuo consensu domini et vasalli fieri debet, cum ad pacti resolutionem vtriusque consensus requiratur *a*). Imo ex parte domini aeque ac vasalli eorum quoque consensus desideratur,

y) I. F. 13. B. PARENS Aph. III. KVLPIS *de consolidatione.*

z) Prohibetur interdum lege consolidatio. Sic electoratus seculares vacantes rursus debent conferri A. B. T. VII. §. 5. Sic etiam Galliae rex consolidationem feudorum Alsatiae inferioris publica lege prohibuit. KVLPIS §. 39.

a) I. D. HOFFMANN *de appropriatione feudi.* SCHWEDER *de appropriatione feudi.* BORN *de transmutatione feudi in allodium. Rechtliches Gutachten von der Lehn-Vererbung und jährlichen Abzahlung der Ritter-Dienste.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0490
DFG

tur, qui vel ex simultanea inuestitura, vel ex facto adquirentis ius habent succedendi in dominium directum vel vtile *b*). Minime vero dominium directum cum vtili in persona vasalli consolidatur exstincta domini familia *c*), nisi forsan feuda excipi queant oblata. III) Caussa feudum amittendi est, *si vasallus dolo vel culpa feudum insigniter reddat deterius.* Et si partem saltim reddiderit deteriorem, ista saltim, non vero toto feudo priuabitur vasallus *d*). Huc etiam referunt saeuitiam vasalli in subditos *e*). Demum IIII) resoluitur ius feudi, *si ad tempus saltim fuerit concessum*, vel etiam subfeudum, resoluto iure subinfeudantis (§. 344.).

§. CCCCXXXXIII.

Propria vero amittendi feudum causa est FELONIA *f*), *quae fit violatione fidei vasalli-* *Felonia in quo consistat.*

b) BAVER *de feudi consolidatione temporaria.*

c) KOPP *von dem Heimfall des Ober-Eigenthums an die Lehnleute* P. II. *der Lehn-Proben* p. 105.

d) SCHRADER Part. IX. cap. VI. num. 39. B. PARENS Aph. V.

e) MYNSINGER V. Obseru. VIII. GAILIVS I. Obs. II. num. 22. SCHRADER Part. VI. cap. III. n. 19. STRYCK *de abusu iuris quaesiti* cap. I. num. 35. TORNOV pag. 368.

f) Sunt, qui etymologiam ducunt a voce *fallere*, vel a Germanica voce *fehlen*, vel voce mediae aetatis *fello* siue, *felo*, quod

ſalliticae g). Haec vero fit vel directo *in ipſum dominum*, vel per indirectum, dum *in eius familiam* aliquid ſuscipitur. Prioris generis eſt, ſi I) debitam domino non exhibuerit reuerentiam (§. 298.); II) ſeruitia denegauerit *h*) (§. 323.); III) dominum in praelio, alioue vitae aut corporis periculo verſantem, dum adhuc ſpes ſuperfuerit, deſeruerit *i*) (§. 306.), IIII) periculum imminens non auerterit, cum tamen in eius fuerit poteſtate *k*) (§. 298.); V) captiuum non liberauerit, dum potuerit *l*) (§. 300); VI) ſi dominum aſſalierit, vulnera-

quod *perfidum* notat, vide DV FRESNE, et *fala*, quod fraudem, dolum, notat, SCHILTER ad Cap. XC. Vide SPELMANN voce *felo*, qui etiam feloniae ſpecies deſcribit: AEGID. MENAGIVS *diction. voce felonie.* EYBEN *Elem. feud.* cap. II. *corol.* B. PARENS Cap. XV. §. 8. IVRE FEVD. ALEM. Cap. CLV. §. 3. *Was der Mann mit dem Lehn tut gen den Herrn das Geverde heiſſet, damit hat der Mann das Lehn verwircket gen ſinem Herrn.*

g) II. F. 5. II. F. 23. 24. vbi cauſſae recenſentur.

h) I. F. 21. pr. II. F. 24. verſ. *ſed non iuſtior.* II. F. 26. c. 2. II. 55. *c. firmiter.*

i) I. F. 5. 17. 21. *c. ſi qu's miles.* II. 24. c. 2. Quo facit iudicium in cauſſa Henrici Leonis, CORPVS HIST. GERM. Per. VII. S. II. §. 35.

k) II. F. 7. *c. et ſi impedimentum.* II. F. 24. *c. ſi praeterea.* II. F. 26. *c. licet.* 28. *c. ad hoc.* ROSENTHAL Cap. VI. concl. XVII. num. 40. SCHRADER Part. VI. cap. VI. num. 85.

l) II. F. 24. *c. Item ſi delator.* 57. ROSENTHAL Cap. X. concl. XX.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0492
DFG

nerauerit, manum contra ipsum leuauerit, quod *admenatio* vocatur, insidias ipsi struxerit *m*), (§. 298.); VII) ipsum oppugnauerit *n*), vel etiam tale quid fuerit conatus *o*); VIII) si cum hoste vel aduersario domini in ipsius perniciem amicitiam contraxerit, vel foedus iniuerit *p*), nefaria contra ipsum fuerit machinatus *q*); VIIII) criminis dominum accusauerit (§. 299.); X) testimonium, maxime in caussa criminali, contra ipsum dixerit *r*) (§. 299.); XI) famosa actione conuenerit *s*) (§. 298.); XII) credentiam eius,

m) I. F. 5. 17. 24. ver. *porro si.*

n) I. F. 5. II. F. 17. 24. verb. *porro si.* ROSENTHAL Cap. II. concl. XVIII.

o) II. F. 51. *c. si volueris.* SCHRADER Part. VIIII. cap. IIII. num. 47.

p) II. F. 57. Sic Vlrico Wurtenbergensi duci imputabatur a Ferdinando I. rege Romanorum, quod foederi Smalcaldico accesserit, de quo consilium in LVNIGII *Scriptis selectis* pag. 685.

q) Singularis erat felonia Georgii Bohemiae regis. Hic, quamuis suscepto regni feudo, in verba iurasset Friderici III. imp. cum ipso etiam an. 1450. foedus iniuisset, nihilominus contra ipsum machinabatur, atque imperium quaerebat. Vide CORPVS HIST. GERM. Per. X. S. II. §. XXXVIIII. Hodiernus Sardiniae rex, dum coram throno caesareo de feudis suis regalibus an. 1734. inuestiretur, contra imp. varia machinabatur, atque de bello ipsi inferendo consilia fouebat.

r) LVDOVICI diss. *de testimonio vasalli in caussa domini.*

s) II. F. 1. c. 1. II. F. 3. *c. similiter* 24. *c. item si delator.*

eius, seu secreta in eius damnum *t*) reuelauerit; XIII) verbis atrocibus ipsum iniurauerit *u*); XIIII) dominum non agnoscendo, seu rem feudalem esse praefracte negando *x*); XV) si debito tempore non renouet inuestituram (§. 265.) *); XVI) iuramentum fidelitatis absque iusta causa praestare recuset *y*); XVII) in iudicium feudale vocatus se non sistat *z*) (§. 301.); XVIII) feudum sine domini consensu alienet (§. 349.); XVIIII) filium, qui feloniam commisit, ad dominum, vt satisfaceret, non deduxerit, aut ab eo se haud separauerit *a*).

§. CCCCXXXXIIII.

Vasallus contra

Per indirectum committitur felonia (§. 443.), si vasallus dominum cucurbitauerit *b*), siue cum

t) I. F. 17. 11. II. F. 5. 6. 7. STRYCK *de credentiae reuelatione* Cap. III. n. 10.

u) II. F. 6. 7. 24. c. 2. vers. *porro.* ROSENTH. C. X. concl. XXI.

x) II. F. 26. *c. si vasallus.* II. F. 34. *c. si fuerit.* II. F. 38.

*) Singulare exemplum, quo Rex Bohemiae ob renouationis omissionem feudo priuatus vide apud OHLENSHLAEGER *Geschichte des Rœmischen Kœyserthums* P. I. p. 34.

y) II. F. 24. *c. est alia.* II. F. 26. *c. licet vasallus.*

z) II. F. 24. c. 4.

a) I. F. 5. II. F. 51. *§. quaesitum.* II. F. 55. *§. insuper.* ROSENTHAL Cap. X. concl. II.

b) I. F. 5. II. F. 38. §7. quod I. F. 17. explicatur, si valuasores

cum eius vxore et sponsa concubuerit, vel idem conatus fuerit, aut cum ea turpiter luserit, eam turpiter contrectando, osculando *c*). Hoc tamen non procedit cum vidua domini *d*), nisi intra annum luctus id fiat, vel cum eiusdem concubina hoc fecerit *e*). Idem tamen obtinet, si cum filia, aut cum nepte ex filio, vel filia, aut cum sorore domini in eius domo viuente, concubuerit *f*). De matre, licet leges feudales nihil definiant, adplicari tamen etiam ad eandem debere videntur exemplo filiae *g*). Porro quoque indirecta felonia est, parricidium ea intentione, vt feudo potiatur, a vasallo commissum, vt et traditio seu proditio conuasalli *h*).

domini familiam quomodo peccet.

§. CCCCXXXXV.

uasores seniorum vxores adulterauerint I. F. 21. c. vlt. *si concubuerit cum vxore domini sui domino viuente.* II. F. 24. v. *rursus*, cucurbita vero notabat vas concauum, vide du FRESNE.

c) I. F. 5. B. PARENS Aph. VIIII. n. 9. HORN Cap. XXIII. §. 7.

d) Dum I. F. 21. dicatur *domino viuente.*

e) ROSENTHAL Cap. X. concluſ. XXVII. num. 51. B. PARENS num. 9. HORN §. 9.

f) I. F. 5. II. F. 24. c. 2.

g) ROSENTHAL, B. PARENS, HORN *c. l.*

h) I. F. 5. *c. iterum si fratrem.* II. F. 24. c. fin. II. F. 37.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0495
DFG

§. CCCCXXXXV.

Delicta in aliot commissa.

Sunt tamen etiam alia delicta, quibus feudo se indignum reddit vasallus, vtpote crimen laesae maiestatis *i*), et fractae pacis publicae *k*). Addunt quidam incestum, adulterium, homicidium, de quibus delictis tamen leges feudales nihil definiunt *l*). Quibus vero ex caussis vasallus feudum amittit, iisdem etiam is, cui feudum est promissum, ius suum perdit *m*).

§. CCCCXXXXVI.

Poena feloniae priuatio feudi.

Poena feloniae est priuatio feudi, ita tamen, vt praeuia caussae cognitione per sententiam id fiat condemnatoriam, quae non tam declaratoria est, quam priuatoria *n*), nec dominus propria auctoritate expellere potest vasallum *o*), sed actionem

i) II. F. 56. ORD. PAC. PVBL. Augustae an. 1548. *tit. die Pœn der Friedbrecher.* SCHRADER Part. IX. cap. VIII. num. 18. ROSENTHAL Cap. X. concluss. XXXV. B. PARENS Aph. X. num. 4.

k) LANDFRIEDEN de an. 1548. tit. *Pœn der Friedbrecher.* ORDIN. CAM. P. II. tit. 9. §. 2. B. PARENS n. 2.

l) B. PARENS num. 5. HORN §. 17. Adde tamen IO. HENRICI SCHWARTZII diss. *de felonia vasalli ex caussa adulterii et stupri.* Lipsiae 1731.

m) B. PARENS num. 6. Adde GEORGIVM CONRADVM SCHILERVM *de vasallorum delictis, amissionem feudorum ingerentibus*, Altdorfi 1734.

n) B. PARENS Aph. XI. num. 3. WERNHER P. II. Obs. 138. 298. HORN cap. XXIII. §. 20.

o) I. F. 21. verb. *sine cognita culpa.* Et porro: *tunc con-*

nem coram paribus curiae debet instituere *p*), et ingratitudinem commissam per quinque testes, summae atque integrae opinionis, probare *q*). Vasallo tamen etiam per iuramentum licet innocentiam suam demonstrare *r*), nisi dominus cum paribus paratus sit, contrarium demonstrare *s*). Feudum autem, post sententiam condemnatoriam, restituendum est cum fructibus a momento, quo sententia in rem iudicatam transiit, perceptis *t*). Propter illicitam alienationem vero feudum ipso iure deuoluitur ad dominum, nec opus est sententia condemnatoria *u*) (§. 356.). Interim feudi meliorationes vasallo esse restituendas, non sine ratione statuo *x*).

§. CCCCXXXXVII.

In arbitrio vero domini est constitutum, an velit contra vasallum, feloniam committentem, *Dominus culpam potest remittere.*

condictio caussa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non seruit domino. I. F. 22. c. 1. verb. *dammetur.* IVRE FEVD. SAXON. Art. LIX. LXIII. ALEMANNICO Cap. XXXVI. LXXX.

p) I. F. 21.

q) II. F. 57. Licet IVS SAX. FEVD. Cap. XXVIIII. §. 3. sex testes requirat.

r) IVRE FEVDALI ALEMANN. Cap. LXXX.

s) IVRE ALEMANN. Cap. LXXXVI.

t) SCHWEDER *de fructibus feudi* §. 16. et 35.

u) I. F. 55. verb. *libere reuertatur.* B. PARENS n. 6. HORN §. 11.

x) GVDELINVS P. V. cap. V. n. 3. HENRICVS ZOESIVS *de feudis* Cap. XVI. n. 65.

tentem, ad priuandum agere, an vero culpam sub certa emenda, et conditionibus *y*) remittere, quod vel expresse fit *z*), vel tacite *a*). Vtpote si dominus post culpam commissam vasallum inuestiat, ipsum ad seruitia euocet, familiarius cum ipso conuersetur *b*), viuens de eo non fuerit conquestus, modo non nesciuerit, feloniam esse commissam. Nec mortuo vasallo, actione nondum instituta, contra filios illa locum habebit, nisi voluntatem suam, feudum reuocandi, adhuc ante vasalli mortem dominus fuerit testa-

y) de Bolislao Poloniae duce dicit RADEVICVS lib. I. cap. III. IIII. V. *pollicitus est dare duo millia marcarum imperatori, et principibus mille, imperatrici viginti marcas argenti, curiae ducentas marcas argenti, ob eam negligentiam, quod ad curiam non venerit, nec de terra debitam fecerit fidelitatem.*

z) II. F. 31. Extat apud Dominum de LVDEWIG *Reliqu. MS.* Tom. VI. pag. 217. sententia Sigismundi III. Regis Poloniae an. 1616. lata de felonia Curlandiae ducibus obiecta, aduersus regnum et regem Poloniae, remissaqne.

a) ROSENTHAL Cap. VI. concluſ. LXI Cap. X. concluſ. XXXIX. XL. VVLTEIVS *de Feudis* Lib. I. c. XI. num. 63. seqq. STRYCK *de culpa vasallo remissa* Cap. III. num. 15. Licet IACOBVS CAROLVS SPENERVS in dissert. *de tacita feloniae remissione*, ex vna vel altera domini actione hanc concludi non posse, autumet, nisi plures concurrant. Addi potest GVIL. HIERON. BRÜCKNERI diss. *de remissione feloniae tacita.*

b) ROSENTHAL Cap. X. concl. XXXVIII. num. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0498
DFG

testatus *c*). Caeterum agnatis etiam dissentientibus, tam ante, quam post sententiam condemnatoriam dominus culpam poterit remittere, dum ipsis nondum ius quaesitum fuerit ad successionem *d*). Dum vero iure Saxonico Elector. feuda ob illicitam alienationem statim veniant ad simultanee inuestitos, (§. 356.) dominus per remissionem iisdem non poterit praeiudicare *e*). *Tandem* actio priuatoria aboletur per praescriptionem, si dominus intra XXX. annos, post culpam commissam, actionem non instituerit *f*).

§. CCCCXXXVIII.

Feudum taliter amissum, si nouum fuerit, deuoluitur ad dominum *g*). Si vero intui tu

Vero restituendum quandoque agnatis.

c) IVRE FEVD. ALEM. Cap. LXXXVIII. *Der Sun antwortet nit an des Vaters statt im Lehnrechte.* ROSENTHAL num. 43. HARTMANN PISTORIS Part. I. qu. XXXV. num. 6. B. PARENS Cap. XV. aph. XII.

d) B. PARENS Aphor. XII. n. 9. HORN §. 25. Vbi quidem II. F. 31. verb. *si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur.* Verum textus de regula loquitur, quid iuris post sententiam condemnatoriam.

e) HORN Cap. XXIII. §. 25.

f) ROSENTHAL Cap. X. concl. 39. n. 38. ZIEGLER *de praescriptione feud.* §. 21.

g) arg. II. F. 24. c. 3. II. F. 26. 31. ROSENTHAL Cap. XI. concl. I. HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaest. IV. num. 59. CHRISTINAEVS Volum. I. Decis. CCCXCV. num. 4. DARPAEVS Praeiud. XXV.

Vide

tu filiorum fuerit conceſſum *h*), vel agnatis ex proprio pacto ad ſucceſſionem ius fuerit, vel ſimultanee adſint inueſtiti *i*); his, mortuo feloniae reo, eiusque deſcendentibus ſucceſſionis feudalis capacibus feudum erit reſtituendum. Feudum antiquum vero, ob feloniam in dominum, ſiue eius familiam commiſſam, reuertitur ad dominum, ita tamen, vt vaſallo delinquente mortuo, eius deſcendentibus *k*) et agnatis, quoto etiam gradu delinquentem attingant, ſit concedendum, licet iure Longobardico filii patris culpam ferre debeant, ideoque dominus tamdiu, quam deſcendentes delinquentis viuunt, feudum retineat *l*) (§. 356).

Quod

Vide tamen ratione electoratus Palatini ad Bauaros translati PFEFFINGERVM Lib. II. Tit. I. pag. 938.

h) ROSENTHAL Concl. II. HARTMANN PISTORIS Lib. II. qu. XXXVI.

i) CARPZOV Part. III. conſt. XXVII. def. I.

k) IVS ALEMANN. Cap. LXXXIX. §. 6. *Hat aber der Man einen Sun, dem ſoll er das Lihn leihen. Die Kint ſollen des Vaters Schuld nicht entgelten, da er ſelber Schuld nicht an hatt, wenn war wieder GOtt und wieder das Recht.*

l) II. F. 24. c. fin. II. F. 26. §. *ſi vaſallus culpam.* II. F. 40. fin. Et licet ex II. F. 31. ſcrupulus moueatur, agnatos ad quartum gradum ſaltim admitti, cum dicatur, ſi non ſunt alii ex latere, quibus aperiatur, ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id adquiſiuit. Verum additur, etiam vsque ad infinitum, dum tamen hos conſtet ab eo per maſculum deſcendiſſe. HARTMANN PISTORIS Lib. II. quaeſt. XV.

Quod si vero feudum antiquum ob aliam culpam in dominum directo non commissam, amittitur, illud descendentibus, agnatis vel simultanee inuestitis statim defertur atque consideratur, ac si vasallus esset mortuus *m*). Quod non solum iure communi, sed quoque iure Saxonico electorali *n*), et in reliquis terris Saxonicis obtinet *o*). Feudum vero mere vel mixte hereditarium ex quauis felonia domino obuenit, vt filii et agnati penitus excludantur, quia modo hereditario defertur *p*) (§. 237. seq.). Praelati, et qui praesunt vniuersitati, etiam feuda, quae ecclesiae vel vniuersitatis nomine tenent, amittunt, post mortem tamen ipsius successori restituenda *q*).

XV. XVI. B. PARENS Aphorism. XIV. HORN §. 22. DARPAEVS praeiud. XXV. In capitulatione etiam Carolina art. XX. dicitur vasalli delictum, nec agnatis nec aliis, qui ius succedendi habent, praeiudicium posse adferre. E. CHR. WESTPHAL de *effectu feloniae vasalli quoad successores feudales legitimos innocentes* sub praes. ill. NETTELBLATT IDEM de *effectu feloniae vasalli quoad successores feudales praeter legitimos etc.*

m) II. F. 31. 37. HARTMANN PISTORIS *cit. loc.* CARPZOV. *cit. loc.* B. PARENS Aph. XV. HORN §. 23. Vide responsum SCHILTERI notis ad Syntagma iuris feud. adiectum p. 134.

n) CARPZOV Part. III. const. XXVII. def. III. VI.

o) SCHVLTZ *synt. feud.* Cap. XI. num. 71. B. PARENS Aph. XV. n. 3.

p) B. PARENS num. 7. 8.

q) II. F. 40. fin. ROSENTHAL Cap. X. concl. III. IV.

§. CCCCXXXXVIIII.

An etiam dominus feudo possit priuari?

Communis etiam sententia est, quod dominus eadem ratione ob delictum in vasallum vel alium perpetratum amittat dominium directum, et vasallus adquirat proprietatem *r*), vel si non amplius supersit, feudo priuetur *s*). Hoc vero non amplius obseruatur.

§. CCCCL.

r) II. F. 26. c. *domino committente feloniam.* II. F. 47. ROSENTHAL Cap. XI. concl. XX. num. 4. HORN §. 26. Idem adserunt BITSCH ad II. F. 26. p. 495. KNIPSCHILD *de obligatione erga vasallum* Part. I. qu. II. num. 45. WALDECKISCHE EHRENRETTVNG II. Th. cap. XXII. NIC. EVERHARDVS etiam locis Top. *arg. a correlatiuis* num. 12. dicit, ita iudicatum fuisse in R. Franciae, quoad comitatum Flandriae et Artesiae, quod scilicet rex Franciae tanquam dominus, propter feloniam in Carolum V. Caesarem, vt ducem Burgundiae et vasallum commissam, illorum duorum comitatuum dominium dirigens perdiderit, idemque Carolo caesari fuisse adquisitum. DANIEL MOLLERVS etiam Part. I. cap. XXVII. num. 6. recentiora exempla non deesse testatur. Licet hanc doctrinam plene destruxerit. THOMASIVS de *felonia domini.* Adde IACOB. CAROLVM SPENERVM de *felonia* Cap. XVIII. GABR. SCHWEDERVM de *felonia domini*, HENR. HILDEBRANDVM de *vsu et non vsu circa feloniam domini.* GVNDLINGIANA P. XLII.

s) Exemplum praebet DODECHINVS ad an. 1130. scribens: *Hermannus de Vintzenberg Burchardum virum regi fidelissimum in colloquium vocans occidit. Ludouicus comitatum Thuringiae Hermanno iudicio sublatum a rege suscepit.* Dicitur enim Hermannus Burcardi dominus apud DODECHINVM an. 1130. ANNALES HILDES-

§. CCCCL.

Caeterum haec doctrina de felonia vasalli ad feuda imperii maiora non poterit adplicari *t*), quia status imperii non simplices vasalli, sed simul imperantes sunt, sicque ea, quae ius Longobardicum de simplici disponit vasallo ad eos adplicari nequeunt. Potius circa haec feuda imperii maiora leges imperii et ius principum obtinet. Circa vasallos tamen Italiae maiora sunt iura imperatoris *u*). *De felonia vasallorum imperii.*

CAPVT XV.
DE
SEPARATIONE FEVDI AB ALLODIO.

§. CCCCLI.

SEPARATIO ALLODII a feudo est *actus quo determinatur praeuia causae cognitione, quid ad feudum, quid ad allodium pertineat.* Haec separatio fit vel ad preces vasalli, vel eo inuito; prior *voluntaria*, posterior *neces* *Quid sit separatio feudi ab allodio.*

BESHEIM. ad an. 1130. 1131. ANNALISTAM SAXONEM ad ann. 1130.

t) Prout vberius demonstrauit IACOB CAROLVS SPENER *examine Longobardicae doctrinae de felonia.*

u) SYNT. IVRIS PVBLICI Cap. XXIV. §. 8. seqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0503
DFG

cessaria dicitur. Exigunt vero iura illam separationem I) ob debita vasalli, II) in successionibus, III) in delictis.

§. CCCCLII.

Quibus casibus separatio habeat locum?

Debita vasalli regulariter non ex feudo, sed ex allodio sunt soluenda (§. 436.). Inde fit, vt, obaerato vasallo, creditores separationem feudi ab allodio vrgeant, quae ad eorum instantiam omnino erit suscipienda. In successionibus locum habet huiusmodi separatio, quoties alius est allodii, alius feudi heres. Ob delictum feudum ab allodio separatur, quoties ob feloniam vasallus feudo priuatur.

§. CCCCLIII.

Dubia circa allodialitatem.

Quae res sint feudales, quae allodiales, in thesi quidem sat clarum, ast varia in adplicatione oriuntur dubia *x*). Haecce vero potissimum enascuntur I) circa allodia feudis vnita; II) circa meliorationes feudi; III) aut intuitu fructuum feudi; IIII) aut impensarum in res feudales factarum.

§. CCCCLIIII.

x) Sat longum catalogum rerum, quae pro allodialibus haberi possint, exhibet ducissa Aurelianensis apud FABRVM *Staats-Cantzley*, P. V. p. 327.

§. CCCCLIIII.

Equidem in dubio pro allodio magis, quam feudo iura praesumunt *y*); quia praedia a prima sua origine fuerunt allodia, et sero admodum cepit nexus feudalis (§. 20.), res vero semper in eo, qui olim fuit, statu perdurare, imo et pro libertate semper praesumitur *z*), praesertim cum adhuc hodie feuda minori sint numero, quam allodia *a*). *Praesumtio pro allodio.*

§. CCCCLV.

Sicuti vero omnis praesumtio eliditur per probationem contrariam, et fortior praesumtio vincit minus fortem; ita quoque praesumtio, quae pro allodii qualitate militat, eliditur non solum per probationem qualitatis feudalis *b*), sed quoque per praesumtionem fortiorem contrariam. Talis praesumtio fortior est, si vniuersitas quaedam feudi nexu est concessa, et de pertinentiis ad illud relatis *Quomodo elidatur haec praesumtio.*

y) I. F. 26. II. F. 41. IVS FEVD. SAX. lib. II. art. 43. DECIS. ELECT. SAX. XXXVII.

z) L. vlt. C. de *nouationibus*.

a) COCCEIVS de *praesumt. qualitatis allodial.* THOMASIVS de *praesumt. allodial.* MENOCHIVS lib. I. praes. 133. KLOCK vol. II. consil. VII. VIII. CARPZOV P. I. const. 27. def. 7. 9. FABRI *Staats-Canzley*, tom. IV. p. 402.

b) De hac probatione vide STRVBEN *von dem Beweiß der Lehnbarkeit, Nebenstunden* P. III. p. 296. seqq.

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1847650961/phys_0505 DFG

relatis specifice non constet *c*). Sic quoque regalia, quae simul cum feudo habet vasallus, omniaque iura, quae a fundo feudali separari nequeunt *d*), iure feudi magis, quam allodii censentur.

§. CCCCLVI.

Quatenus praesumt. allod. in principatibus et comitatibus locum habeat.

Praesumtio allodialitatis cessat, si constat de qualitate feudali. Illa igitur non habet locum quoad Germaniae ducatus, quippe qui ab Henrici Aucupis temporibus iam fuerunt feudales. Ast quamuis ducatus sit feudalis, praedia tamen particularia, a duce possessa, admittunt allodialitatis praesumtionem. Secus vero res se habet quoad comitatus Germaniae *e*), qui ex Dynastiis allodialibus plerum-

c) LVDOLF Vol. I. symph. I. consult. 5. p. 127. ESTOR apud *Kuchenbecker annal. Hass.* collect. II. p. 257. *Reichs-Fama* P. XX. p. 246.

d) II. F. §. 88.

e) Contrariam fouent sententiam HENR. COCCEIVS de *praesumtione qualitatis allodialis comitatuum etc.* quem secutus est CHRISTIAN. THOMASIVS de *praesumtione allodialitatis*, et quidem vtrique in caussa successionis Limburgensis potentissimi Borussorum regis caussam egerunt. Argumenta COCCEIVS sumit ex concessione feudi lege facta, dum omnes de comitatu inuestiri dicatur II. F. 10. Comitatus inter feuda regalia reputentur, comites capitanei dicantur, atque inter clypeos militares locum habeant. Verum comites plerumque ex dynastis sumebantur, qui bona possidebant patrimonialia. Ex his igitur, et iuribus atque reditibus, de quibus salarii loco inuestiebantur, comitatus con-

plerumque sunt conflati, et multi adhuc reperiuntur comitatus allodiales *f*). Et quamuis comitatus feudalis sit, et de eo constet, praedia tamen singularia in comitatu a comite possessa praesumuntur allodialia.

§. CCCCLVII.

Res feudo iunctae non statim sunt feudales.

In dubio non feudum, sed allodium praesumitur (§. 454.). Inde allodia feudo iuncta, vel simul cum feudo per longum tempus possessa, pro rebus feudalibus non statim sunt habendae, nisi probetur, quod vel pacto, vel destinatione factae sint pertinentiae feudales. Quae vero destinatio tunc demum rem allodialem in feudalem mutat, si eo animo, vt feudo maneat coniuncta, illi actu sit coniuncta, et a domino siue expresse,

constituebantur, quorum pleraque pars vt plurimum esse solet allodialis, prout in comitatu Hanouiensi et Limburgensi videmus. Vide LINDAVISCHE AVSFUHRVNG pag. 916. LIMBVRGISCHE DEDVCTION apud FABRVM Tom. XV. p. 1. SYNTAGMA IVRIS PVBLICI Cap. XX. §. 3. Haec vberius fuerunt deducta in tractatu *de allodiis* cap. IV. §. 19. seqq.

f) SAM. STRYCK dissert. de *iure allodiali principum.*

g) MENCKE de *probatione pertinentiarum feudalium* C. O. RECHENBERG de *incorporatione allodii in feudum regale*, illustr. BVDER *de confortatione feudi per allodia.* LYNCKER *de bonor. allod. in feudalia incorporatione.* PETERMANN *de separatione feudi ab allodio petenda et perficienda.* §. 22. 23. ESTOR *de separandis ab allodio rebus feudalibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0507
DFG

presse, siue tacite pro re feudali recognita g). Nec exinde, quod res feudo iunctae semper heredibus relictae sint feudalibus, colligi potest, eas naturam mutasse, dum vel testamento vel pacto vel consuetudine familiae fieri possit, vt feudali relinquantur successori. Quod praesertim in illustrium locum habet allodiis. Ab horum enim successione filiae tamdiu, quam masculi adquirentis descendentes existunt, sunt exclusae, ideoque ea penes heredes manent feudales (§. 16.).

§. CCCCLVIII.

Meliorationes quae sint?

MELIORATIONES FEVDI dicuntur *accessiones, quibus feudi augetur pretium.* Quemadmodum vero accessiones sunt vel naturales, vel industriales, vel mixtae; ita quoque meliorationes feudi sunt vel naturales, vel industriales, vel mixtae *h*).

§. CCCCLVIIII.

Meliorationes heredes accipiunt allodiales.

Vasallus ex feudo fructus loco salarii percipit (§. 6.), ideoque legem non habet meliorationis. Hinc agnati simultanee que inuestiti successores ea solum exigere possunt, quae per inuestituram collata. Meliorationes vero, quae per inuestituram non

h) SCHWEDER dissert. de *meliorationibus feudi.* BECHMANN de *augmento* n. 3. HOFFMANN de *separatione feudi ab allodio* Cap. II. §. 4.

non datae, penes heredes manent allodiales. Distinguendae tamen sunt meliorationes naturales ab industrialibus. Naturales per solius opem naturae feudo iunguntur, ideoque partes totius factae iure feudi censentur, ac ad heredem transeunt feudalem, nullo allodialibus heredibus pretio restituto *i*). Industriales vero aut commode a feudo possunt separari, aut separari nequeunt. Priori casu eas tollere, heredibus liberum est allodialibus, posteriori casu illas successores quidem retinent feudales *k*), ast pretium vasalli heredibus soluere tenentur tale, in quantum inde fiunt locupletiores *l*). Ad consequendum vero

i) De hoc intelligendus est textus I. F. 4. *Si quis de manso vno feudi nomine inuestituram acceperit et dixerit*; quod omne incrementum pertineat ad eum per inuestituram, *si dominus reseruauerit sibi aliquid in ipsa curte*: *tunc oportebit fidelem incrementi inuestituram per pares curtis vel per breue testatum probare. Sed si dominus in ipsa curte nil sibi retinuit, tunc omne incrementum iure feudi fidelis obtinebit.*

k) II. F. 8. §. 1. *E contrario si quid feudo a vasallo additum sit: siquidem tale adiectum sit, quod per se subsistere possit, id est, vt per se censeatur, vt praedium; id non accrescit feudo, si vero per se non possit subsistere, vt seruitus: plerisque placet, feudo accedere et sicut partem feudi disponendum esse.* Adde II. F. 28. §. *si vasallus.*

l) Illustrat haecce omnia SCHWEDER diss. de *meliorationibus feudi* Cap. III. §. 1. seqq. II. F. 28. §. *si vasallus* verbis vel *ipsum sua pecunia meliorauerit.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0509
DFG

vero meliorationum pretium competit possidenti ius retentionis *m*), non possidenti condictio ex moribus *n*).

§. CCCCLX.

Aedificia meliorat. sunt.

Quoad aedificia fundo superstructa feudali, iure Longobardorum aut dominus illa auferri patiatur, aut pretium, quale est tempore restitutionis, praestet *o*). Iure Saxonico *p*) vero aedificium solo cedit, atque ea, quae feudo adfixa, ad successores pertinent feudales, vt impensas repetere nequeant heredes allodiales *q*).

§. CCCCLXI.

Impensae quatenus restituendae.

Ad meliorationes feudi, quas vasalli heredes allodiales repetere possunt a successore feudali, pertinent quoque impensae, qui-

m) II. F. 28. c. *si vasallus.* SCHWEDER l. c. §. 15.

n) ROSENTHAL cap. X. concl. XLIII. n. 37. 38. SCHWEDER c. l. §. 22.

o) II. F. 28. *c. si vasallus.* HARTMANN PISTORIS qu. XLI. n. 7.

p) LANDRECHT Lib. II. Art. XXI. p. III. CONSTIT. ELECTOR. P. III. Constit. XXXI. et ibi CARPZOV defin. II.

q) MÜLLER de *aedificio praedii nobilis.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0510
DFG

quibus feudum ab onere quodam reali, quod non ab ipso vasallo, sed a successoris maioribus feudo impositum, liberatum est. Quo spectant debita realia et necessaria aliaque *r*).

§. CCCCLXII.

Ad allodium quoque pertinent fructus vltimi anni, quatenus tempore mortis vasalli vel naturaliter percepti sunt, vel moraliter pro perceptis haberi queunt. Sunt autem fructus vel naturales, vel ciuiles. Quatenus fructus naturales, siue in specie tales, siue industriales ad allodium pertineant, iam supra (§. 346.) dictum est. Ciuiles vero fructus aut tales sunt, qui tanquam merces pro naturalibus fructibus percipiuntur, aut non. Prioris generis fructus censentur allodiales, quatenus fructus naturales, pro quibus praestantur ciuiles, tempore mortis vasalli sunt percepti, aut pro perceptis haberi queunt *s*). Quod attinet ad fructus ciuiles, qui pro naturalibus haud percipiuntur, quales sunt reditus annui, census, decimae, et eiusmodi, si dies viuo adhuc vasallo vel post eius mortem, intra trigesimum, cessit, heredibus allodialibus sunt relinquendi *t*), licet in Thuringia ducali, si *Fructus.*

r) PVFFENDORFF P. I. obs. 242. et *nostrum* progr. *de herede allodiali debita feudalia a vasallo soluta repetente.*

s) HARTMANN PISTORIS lib. I. qu. 21.

t) HARTMANN PISTORIS num. 60. CARPZOV c. l. def.

si dies intra trigesimum cessit, ad successores feudales pertineant *u*). Pisces in stagnis, si vallus circa tempus piscandi fuerit defunctus, spectant ad heredes allodiales, etiam si in receptaculis, *in Hæltern* reperiantur, *x*). Quandoque tamen inter vtrosque heredes diuiduntur *y*). Caeterum haec locum habent in quauis separatione allodii, siue domino fuerit apertum feudum siue ad agnatum translatum *z*).

§. CCCCLXIII.

Illustrium allodia separantur diu rat.

Caeterum quoad regalia imperii feuda separatio allodiorum fit vel *totalis*, vel *partialis*. Prioris generis separatio locum habet, dum familia adquirentis masculа penitus exstincta, omnia familiae allodia ad filias deferuntur, nisi obstet pactum. Posterioris vero generis tunc procedit, si possessore, filiis non relictis, mortuo, feuda

def. XIX. B. PARENS Cap. XV. Aph. XVI. num. 7. Dec. V. VI. VII. LXXXIII. HORN c. l.

u) CARPZOV l. c. def. XXI. B. PARENS Dec. XCIII.

x) CARPZOV def. XXVI. B. PARENS Dec. VIII. IX. X.

y) SCHRADER Part. II. Cap. IX. Sect. III. num. 71. Licet hoc impugnet HARTMANN PISTORIS lib. I. quaest. XXIV. num. 83.

z) CARPZOV c. l. def. IX. BRVNNEMANN Cent. III. dec. XXXIII. B. PARENS decis. LXXXVI. Adde IO. WOLFG. TRIER differt. de *transmissione fructuum feudalium in heredes allodiales*. GABRIEL SCHWEDER de *fructibus feudi*.

da ad agnatos deferuntur, dum filiabus allodia adquisita, agnatis vero allodia familiae communia sint relinquenda. Ea enim allodiorum familiae auitorum inter illustres est natura, vt filiae in ea, non nisi exstinctis omnibus ab adquirente huiusmodi allodia descendentibus masculis succedant (§. 16.).

§. CCCCLXIIII.

Alia vero est ratio in separatione allodiorum territorio iunctorum, et eorum, quae feudis priuatorum sunt mixta. Territoriales enim domini duplicem habent personam, imperantis nempe et priuati. Quaecunque igitur ab imperante, qua imperante, ad vsus reipublicae vel ex proprio, vel etiam reipublicae aerario sunt comparata, illa omnia ad successorem in territorio pertinent, nilque heredes repetere queunt allodiales. Quae vt priuatus adquisiuit, casu non admodum frequenti, heredibus, nisi pactis excludantur, debebuntur. In successione igitur territoriali omnia, quae ad dignitatem et securitatem sunt exstructa comparataque, territorio cohaerere, sicque ad patrimonium publicum pertinere, sunt existimanda *a*). Hinc omnia *Contin.*

a) STVCKIVS Consil. I. num. 474. sq. ACTA *compromissi Francof. contin.* p. 310. *Summarische Anzeige, was dem Kœnigl. Frantzœsischen Envoyé repraesentiret worden*, apud KVLPIS *ad Montzamban.* p. 370.

omnia augmenta terrarum redituumque ſucceſſor ſibi vindicabit feudalis. Militum legiones ſine diſcrimine lucri vel oneris, adparatumque bellicum, heredes allodiales nullo iure adiuuante poſtulabunt; impenſas tamen, quae ex priuato principis patrimonio in militum conſcriptionem ſunt factae, iure repetunt. Ab aerario etiam omnique aulae ſupellectile, dignitatis publicae cauſa comparata, recte excluduntur allodiales heredes *b*).

CAPVT XVI.

DE

ACTIONIBVS ET IVDICIIS FEVDALIBVS.

§. CCCCLXV.

Actiones domino competentes.

Actiones, quae intuitu feudi locum habent, competunt vel domino, vel vaſallo. Et quidem vel in poſſeſſorio, vel inpetitorio. Dominus, qui in *poſſeſſione* dominii directi et iurium inde profluentium conſtitutus eſt, pro tuenda poſſeſſione contra turbantes interdicto *vti poſſidetis* vtitur, et deiectus ex poſſeſſione interdictum *vnde vi*, et

b) Vide haec omnia vberius illuſtrantem DE LVDOLFF de *iure femin. illuſtr.* Cap. I. §. 16. p. 69.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0514
DFG

et actionem *spolii* pro recuperanda possessione in suos vsus conuertit (§. 296.). In *petitorio* dominus aut ipsum feudum, aut obligationes vasalliticas persequitur. Rem feudalem a quouis extraneo possessore recte *vindicat* dominus (§. 297.), quae vindicatio quoque locum habet, si vasallus sine domini consensu feudum alienauerit, vel alio modo domino fuerit apertum (§. 356.). Obligationes ex contractu feudali oriundas mediante actione ex contractu persequitur dominus directus, qua etiam vtitur ad consequendum feudum per feloniam vasalli amissum, quo tamen casu condictioni causa data causa non secuta locum esse, iure Longobardico definitur *c*).

§. CCCCLXVI.

Vasallus quoque varias habet actiones, quae vel ex promissione feudi, vel ex eius iam facta constitutione competunt. Ex feudi promissione actio solum personalis locum habet (§. 145. et 149.) ad promissum feudum tradendum. Constituto vero feudo, vasallus, qui in *possessione* turbatur, vel ex ea deiicitur, contra dominum aeque ac contra tertium interdictis vti possidetis, vnde vi, et actione spolii vtitur, imo quoque interdictum *quorum bonorum* prodesse potest vasallo, si eius ius succedendi potius est. *De actionibus vasalli.*

c) I. F. 21.

est. In petitorio vasallo vtilis rei vindicatio contra quemcunque feudi possessorem etiam contra ipsum dominum competit (§. 347.), illi quoque actione publiciana experiri licet. Ob iura, quae feudo competunt, actio confessoria et negatoria locum habet. Contra dominum suae ex contractu obligationi haud satisfacientem actio personalis ex contractu competit. De actione reuocatoria agnatis simultaneeque inuestitis competente supra est actum (§. 414.).

§. CCCCLXVII.

Iudic. feudale def.

IVDICIVM FEVDALE est, *vbi causae feudales cognoscuntur et deciduntur.* Constituit igitur iudicium feudale, qui iurisdictionem habet feudalem, sicque regulariter dominus directus (§. 330. et 332.).

§. CCCCLXVIII.

Quomodo formetur iudic.

Penes dominum directum est iudicium feudale (§. 467.). Et quidem controuersia est cum ipso domino, vel non. Priori casu lis per pares curiae terminetur. Posteriori vero casu solius domini est cognitio, et per eum controuersia terminatur *d*), qui tamen pares

d) II. F. 55. f. *si inter duos vasallos de feudo sit controuersia, domini sit cognitio, et per eum terminetur controuersia: Si vero inter dominum et vasallum lis oritur, per pares curiae a domino sub fidelitatis debito coniuratos terminetur.*

pares pro causae grauitate adhibere potest. Non igitur domino tantum fas est, vasallum ad curiam parium vocare, sed vicissim et ipse respondere vasallo coram paribus tenetur *e*).

§. CCCCLXVIIII.

Pares et iudicium parium definit.

In controuersia domini cum vasallo pares curiae iudicant (§. 468.). Sunt autem PARES *f*), *qui una cum litigante vnum eundemque dominum directum immediate agnoscunt.* IVDICIVM PARIVM dicitur, *in quo pares iudicant.* Vocatur hoc iudicium *das Lehn-Gericht, Mann-Cammer, Mann-Gericht, Lehn-Hoff, Lehn-Geding.* Qui dirigit in hoc iudicio, vocatur: *Mann-Richter, Stabhalter, Obmann g*). Et quidem ad iudicium parium regulariter omnes vocandi sunt curiae pares, nisi de minori numero adhibendo conuenerint litigantes *h*). Plerumque duodenarius requiritur numerus *i*). Iuramentum

e) II. F. 22. IO. MAR. NOVARIVS de *grauaminibus vasallorum.*

f) MASCOV de *paribus curiae.*

g) KOPP *von denen Obmannen der alten Teutschen,* vide eiusd. *Proben des teutschen Lehn-Rechts* P. I. arg. 3.

h) II. F. 16. ROSENTHAL cap. XII. concl. VIII. n. 34. MYNSINGER cent. IV. obs. 89. n. 5. B. PARENS aph. VI. n. 2.

i) IVS FEVDALE ALEMANN. cap. XVIII. et ibi SCHILTERVS, LVDOVICI §. 28. Varia, quae huc faciunt exempla, vide apud ESTOR *de iurisdict. clientel.* §. 27.

tum ſpeciale a paribus non exigitur, ſed ſufficit vaſallagium *k*).

§. CCCCLXX.

De feudis imp. quis iudicet.

Quoad feuda imperii maiora olim iudicium principum in cauſis grauioribus locum habebat *l*), in cuius locum ſucceſſu temporis comitia imperii ſunt ſubſtituta. Ordinarie vero cauſae feudales, vbi de feudo maiori amittendo agitur, coram iudicio imper. aulico tractantur. Quatenus camera imperialis in cauſis feuda maiora imperii concernentibus iudicare poſſit, diſceptatur *m*).

§. CCCCLXXI.

§. 27. not. *i*). BVDER *de iudiciis duodecemviralibus populorum ſeptentrionalium ac Germaniae* §. 16. ſeq.

k) MYNSINGER equidem Cent. IV. obſ. LXXXIX. num. 5. ex II. F. 55. verbis: *ſub fidelitatis debito coniuratos* eruere conatur, etiam iure Longobardico ſpeciale requiri iuramentum, quod tamen ſaltim notat *bey ſeiner Lehns-Pflicht*. Quare etiam II. F. 16. illum non admittit inter pares, qui fidelitatem domino non iurauit. HORN cap. XXV. §. 12.

l) de quo vide ill. ESTOR de *iudicio Principum*.

m) ORD. IVD. CAMER. P. II. art. 7. *Ob auch Sachen vorfielen, Fürſtenthum, Herzogthum, Grafſchaften belangend, ſo vom Reich zu Lehen rühren, ſo einen Theil gänzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen, derſelben Erkenntnüs wollen wir der Kayſerlichen Maieſtæt - - vorbehalten haben.* Iudicium camerale in litteris ad imperatorem datis verba: *gänzlich und endlich* interpretatur, *totaliter quoad quantitatem, aut definitiue in petitorio.* Quid collegio electorali de hac controuerſia videatur, legi poteſt apud MOSER *ad capit. imp.*

§. CCCCLXXI.

An iudicium parium curiae adhuc hodie obtineat

Quod ad feuda mediata attinet, hodie iudicium parium curiae non vbique obtinet. In terris istis, vbi ius landsassiatus viget, et vasalli simul sunt subditi, vtpote Saxonia electorali, tales caussae coram regimine, iudiciis prouincialibus, vel si maioris sint momenti, etiam iudicio adpellationum pertractantur *n*). In terris Saxonicis ducalibus coram regimine, licet etiam in controuersia inter Ioannem Casimirum, Saxoniae ducem, et Ioachimum Truchsesium de Wetzhausen, iudicium parium fuerit formatum *o*). In terris Marchicis coram tribunali. In Austria, Bauaria, ducatu Magdeburgensi, Halberstadiensi, terris Brunsuicensibus, Anhaltinis coram regimine *p*). In archiepiscopatibus Moguntino, Treuirensi, Coloniensi, episcopatu Bambergensi et Würtzburgensi, terris Palatinis, Brandenburgensibus, Würtenbergicis, Megapolitanis, Pomeranicis, Hassiacis, Iuliacensibus, Cliuensibus iudicium parium adhuc obtinet *q*).

imp. nou. t. I. app. p. 7. vide quoque IO. BAS. KVCHELBECKER dissert. de *iure ac modo cognoscendi de feudis imperii antiquo et moderno.*

n) LVDOVICI §. 69.

o) Vide *Histor. Archiv.* Tom. I. p. 300.

p) LVDOVICI §. 64. et seqq.

q) Cel. IENICHEN *de vsu hodierno parium curiae.*

§. CCCCLXXII.

An arbitrio locus sit.

Arbitrium sine domini consensu in causis feudalibus in iis solum casibus locum habet, de quibus transigere licet, minime vero in illis, de quibus nulla valet transactio *r*). Arbitrium enim praeponit compromissum. Omne vero compromissum continet conuentionem de causa litigiosa, sicque ad transactiones potest referri. De quibus vero causis transigere liceat, supra (§. 369.) diximus. Minime vero ad arbitros causa deferri potest, de qua in curia domini lis iam pendet *s*).

§. CCCCLXXIII.

Quatenus prorogari possit iurisdictio.

In casibus, quibus transigere licet, prorogatio quoque iurisdictionis in causis feudalibus locum habet. Sicuti vero iurisdictio in eum solum iudicem prorogari potest, qui

r) Sunt, qui arbitrio in causis feudalibus indistincte locuti dant, prouocantes ad textus II. F. 15. II. F. 46. II. F. 35. LVDOVICI *Einleitung zum Lehns-Proceß* cap. II. §. 34. STRYCK de *arbitrio feudali*. STRVV *synt. iur. feud.* cap. XVI. aph. 12. CARPZOV P. I. const. 8. def. 4. n. 6. Alii arbitrium plane non admittunt. ROSENTHAL cap. IX. concl. 22. n. 8. BRVNNEMANN ad l. 32. §. 6. D. *de receptis*. HORNIVS cap XXV. §. 15. Alii media incedunt via, et nostram defendunt sententiam. VVLTEIVS *de feudis* c. 2. n. 4. ITTER de *feudis imperii* cap. 25. §. 23. Adde KOPP *Proben des teutschen Lehn-Rechts* P. I. p. 84. seqq.

s) II. F. 15. fine.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0520
DFG

qui eam habet iurisdictionis speciem, ad quam causa controuersa pertinet; ita quoque in causis feudalibus prorogatio in casibus permissis in eum solum iudicem fieri potest, qui iurisdictione gaudet feudali. Minime vero in iudicem allodialem.

§. CCCCLXXIIII.

Causae allodial. in iudic. feudal. tractari nequeunt.

Iudicium feudale in causis solum feudalibus locum habet (§. 467.). Quaenam vero hae sint, supra (§. 331.) exposuimus. Hinc iudex ordinarius in causis vasallorum ciuilibus et allodialibus, vt et in causis, vbi de feudo nondum constituto agitur, iudicat. Ad iudicium igitur feudale non pertinet, si de fructibus feudi, quippe qui sunt res allodiales (§. 344.), disceptatur, vel controuersia sit inter dominum vel vasallum, qui se vasallum esse negat, aut inter dominum et vasallum de re non feudali lis est ventilanda *t*). Idem locum habet, si dominus et pares curiae tanquam suspecti reiiciantur, licet etiam hoc casu dominus superior adiri queat *u*).

t) Arg. II. F. 20. SCHRADER Part. X. Sect. III. num. 167. seqq. VVLTEIVS cap. II. num. 36. Putat equidem RITTERSHVSIVS lib. II. cap. IX. qu. VII. ex II. F. 39. vers. *sed si nihil aliud* etiam hoc casu parium esse cognitionem, cum tamen ibi de feudo iamdum constituto agatur. B. PARENS Cap XVI. aph. VII. n. 1.

u) II. F. 16. IVS FEVDALE ALEM. cap. LXXXVIII. SCHRA-

§. CCCCLXXV.

De processu gener. et libello.

Quod ordinem et modum in causis feudalibus attinet, antiquiora iura multa exhibent singularia *x*), quae tamen hodie non habent locum *y*). Causae igitur feudales regulariter in processu tractantur ordinario, nisi forsan tales sint, quae etiam iure allodiali summarie tractari queunt. Libellus in scriptis eademque forma, quae in processu ciuili locum habet, concipitur.

§. CCCCLXXVI.

Citatio.

Quoad citationem, forma conceptionis eadem est, quae in processu communi. Insinuatio, si feudum in domini territorio est situm, fit immediate, vel in faciem, vel ad domum seu in praedium feudale. Si feuda extra domini directi territorium sunt sita in loco, vbi ordinaria iurisdictio domino haud competit, putant, insinuationem per ordinarium iudicem esse faciendam. Ast contraria sententia verior videtur *z*). Nam qui

SCHRADER P. XI. sect. VII. n. 113. SCHILTER ad cap. X. §. 7. HORN cap. XXV. §. 3.

x) IVS FEVD. SAX. art. 65-68. IVS FEVD. ALEM. cap. 94. seqq. et *Leenrechts-Richtsteich* adde proceſſ. feudal Herbipolit. ap. LVDEWIG *reliqu. MSCI.* T. II. p. 223.

y) In Saxon. Elect. causae feudales ordine communi tractari debent Const. Elect. P. I. const. 27.

z) MEVIVS P. II. *decis.* 325. MYLIVS de *citatione vasalli et simultanea inuestiti Saxonici eiusque insinuatione.* Dissentit

qui in alieno territorio iurisdictionem habet feudalem, illa gaudet, vel ex conceſſione domini territorialis, vel per praeſcriptionem immemorialem eam habet adquiſitam (§. 332.). In vtroque vero caſu eum exercere poteſt cum omnibus ſuis effectibus, ſicque ius citandi et inſinuandi citationem illi denegari nequit.

§. CCCCLXXVII.

Contumaciae poena.

Contumacia antiquiori iure tali modo coercebatur, vt actor, ſi vaſallus ad trinam citationem non comparuerit, in feudum immitteretur, et vaſallus intra annum contumaciam haud purgans feudo caderet. Si vero dominus ter admonitus iudicium tanquam reus ſuſcipere recuſabat, vaſallus vel ſuperiorem iudicem adire, vel dominum depraedare poterat *a*). Hodie contumaciae poena in cauſis feudalibus eadem eſt, quae in cauſis ciuilibus, niſi quod vaſalli contumacia certis in caſibus poena amittendi feudi coerceri poſſit *b*).

Diſſentit MARTINI in *comment. ad ord. proc.* tit. 4. rubr. n. 51. ſqq. GRIBNER de *dominio dir. in alieno territorio* §. 9.

a) II. F. 22. IVS FEVD. SAX. cap. LXV. IVS FEVD. ALEM. c. 116. §. 15.

b) LVDOVICI *Lehns-Proceſs* cap. VI.

§. CCCCLXXVIII.

De except. L. C. et reconuentione

Quoad exceptiones tam dilatorias, quam peremtorias vt et litis conteſtationem nil ſingulare habet proceſſus feudalis. Reconuentio in proceſſu quoque feudali locum habet, modo cauſa reconuentionis ſit feudalis. De allodialibus nulla in foro feudali inſtitui poteſt reconuentio, quia iurisdictio feudalis extendi nequit ad cauſas non feudales (§. 330.) *c*).

§. CCCCLXXVIIII.

Probatio per teſtes.

Probatio in cauſis feudalibus locum habet tam artificialis, quam inartificialis. Inartificialis probatio per teſtes, documenta, delationem inramenti, et inſpectionem ocularem fit. Teſtes antiquiori iure non niſi pares curiae *d*) admittebantur, niſi forſan pares ſuſpecti, vel teſtimonium ferre recuſarent *e*). Quoad numerum teſtes duo vel tres requirebantur *f*). Quibusdam tamen caſibus

c) Contrarium quidem ex textu II. F. 16. defendere volunt, quos tamen refutauit LVDOVICI *Lehns-Proceſs* cap. VIII. §. 3. et 4.

d) I. F. 10. II. F. 28. c. 8. IVS ALEM. FEVD. cap. X.

e) I. F. 26. pr. II. F. 2. pr.

f) IVS FEVD. ALEM. Cap. XXVIII. XXXI. et Cap. XCVIII. *alle Schuld die an Gewette*, ſi mulcta ſit imponenda, *Gott und in Lehn-Recht geſchehent, die erzuget der Herre uffe den Mann mit zweyen ſiner Manne.* IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. XXIX. §. 2. II. F. 27. verb. *a duobus requirat boni teſtimonii hominibus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0524
DFG

casibus septem testibus opus erat *g*). Hodie in causis feudalibus omnes testes idonei admittuntur, nec feminae excluduntur, atque duo vel tres saltim sufficiunt *h*),

§. CCCCLXXX.

Probatio per documenta eodem modo, quo in processu communi, peragitur. De- latio quoque locum habet iuramenti. Et quamuis iure Longobardico et antiquo is, cui delatum erat, iuramentum non solus iurare posset, sed eius fidem simul consacramentales firmare tenerentur *i*), hoc tamen hodie non amplius obtinet. *Docum. et delatio iuram.*

§. CCCCLXXXI.

Absoluta probatione et disputatione, sequitur sententia vel condemnatoria, vel absolutoria. Quam vel ipse iudex feudalis con- *Sententia et remedia deuol.*

g) II. F. 2. c. 3. *si miles rusticum de violata pace pulsauerit, septem testes requirebantur.* II. F. 27. Adde LANDRECHT Lib. I. Art. VIII. Lib. III. art. XXXIX. IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. X. XIII. ALEMANNICVM Cap. XXVII. XXVIII. et ibi SCHILTERVS, inde *das beſiebnen*. LVDOVICI Cap. X. §. 10.

h) COCCEIVS de *probatione feudali*. G. A. STRVV Cap. XVI. aph. XV. LVDOVICI Cap. X. §. 7. seqq.

i) I. F. 4. 2. *si vero probare non potuerint praedicto modo, dabitur ei defensio cum XII. sacramentalibus.* I. F. 28. II. F. 33. *c. Sacramentum.* II. F. 41. Dicebatur illud mettertius, siue tertia manu se defendere. ORDINAT. CAMER. Part. II. tit. X. GAILIVS Lib. II. *de pace publica* Cap. VII. LVDOVICI Cap. XII. §. 11. HISTORIA IVRIS Cap. IX. §. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1847650961/phys_0525
DFG

concipit, vel a collegio iuridico ad acta transmissa conceptam publicat *k*). Contra hanc remedia suspensiua et deuolutiua admittuntur. A iudice feudali inferiore appellatur ad iudicem feudalem superiorem *l*), vel hoc non existente, ad eum, qui alias in causis ciuilibus est superior, et cuius iurisdictioni iste iudex feudalis inferior est subiectus *m*). Quando sententia in rem iudicatam transiit, eius fit executio, de qua supra (§. 437. seq.).

k) quatenus sententia contra vasallum lata domino noceat, vide apud STRYCK V. M. tit. de *re iudicata* §. 35.

l) GAIL lib. I. obs. 40. ROSENTHAL cap. XII. concl. XXXVII. G. A. STRVV *synt. iur. feud.* cap. XVI. aph. XII. n. 2. LVDOVICI cap. XIV. adde I. F. 22. IVS FEVD. ALEM. c. 17.

m) I. F. 22. de appellat. in terris Brunsuico Luneburgicis vide ill. STRVBEN *rechtliche Bedencken* nr. 113.

FINIS.



INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

Primus numerus paragraphum, alter paginam indicat.

Absentia an vasallum excuset a renouatione feudi, §. 277. 298. et §. 278. pag. 300.

Abstinere ab hereditate an in feudalibus obtineat, 253. 270.

Accessiones feudi quotuplices, §. 458. p. 474.

- pertinent ad vasallum, 362. 384.

Accusare dominum alicuius criminis vasallo non licet, 299. 313.

Actiones quales domino dentur de petendis seruitiis, §. 465. p. 481.

- - de feudo, ibid.

- - vasallo competentes, §. 466. p. 481.

- - famosae instituendae non sunt a vasallo contra dominum directum, 298. 313.

Actus in concedendo feudo occurrentes, 121. 119.

Adaeratio seruitiorum quid? 312. 331.

Additamenta feudi in quo consistant, 154. 150.

Admenatio quid? 443. 459.

Administratores redituum domini, vtrum in eorum bonis feudal. domino competat tacita hypotheca, 392. 409.

Adoha, 312. 331.

Adoptiui a feudi successione excluduntur, 198. 205.

- - quando succedere possint, ibid.

Adquirens primus quomodo ei succedatur, 221. 239.

- - eorum si duo fuerint quid iuris, §. 229. 248.

Adquirere feuda quinam possint, §. 10. p. 8. §. 62. p. 55.

- - qua ratione quis possit, 160. 155.

Adqui-

Adquisitio feudi per praescriptionem, §. 112. p. 115. §. 117. p. 117. §. 181. p. 191.
- - deriuatiua, 160. 155.
- - originaria, ibid.
Adulterini liberi in feudis succedere nequeunt, 198. 205.
Adulterium iure feudali vtrum puniatur, §. 445. p. 462.
- - an amissionem dotalitii operetur, 404. 418.
Aduocati quotuplices, 99. p. 101. n. z).
- - ecclesiae, eorum consensus vtrum ad infeudationem requiratur, 79. 72.
Aedificium feudali inhaerens fundo quid de eo obtineat, §. 460. p. 476.
- - in solo feudali exstructum adquirit vasallus, 362. 384.
- - iure Saxonico solo cedit, §. 460. p. 476.
Aetas pupillaris vasalli quatenus a renouatione inuestiturae petenda excuset, 278. 300.
After-Lehn quid? 370. 390.
Afterlehnmann, 71. p. 65.
Agnati quatenus succedant in feudo, §. 234. p. 253. §. 226. p. 244. §. 276. p. 297.
- - bey dem Lehnstamm, 105. 109.
- - excluduntur a feudis nouis, §. 221. p. 240.
- - quomodo succedere possint in iis, 222. 240.
- - quatenus iis ius succedendi potest adimi, 222. 241.
- - vtrum factum defuncti vasalli praestare teneantur, 254. 271.
- - si testamenti factioni adsint, nec contradixerint, eorum silentium non pro tacito consensu habetur, 367. 388.
Agnati pro arbitrio allodium repudiare, et in feudo succedere queunt, 254. 271.
- - delinquendo iis non praeiudicatur ab agnato, 276. 297.
- - non sunt obligati, vt subuasallo subfeudum relinquant, 375. 395.
- - eorum consensus, an in alienatione feudi hereditarii necessarius sit, 417. 429.
- - quatenus iis competat ius retractus, 421. 431. seq.
- - eorum consensus an sit de essentia in constituenda hypotheca, 388. 406.

Agnati quatenus teneantur ad dotalitium, 398. 413.
- - quatenus iis ius competat reuocandi feuda alienata, 410. 423.
- - proximiores reuocant contra remotiores, 414. 425.
Albergaria 316. 336.
Alexander Seuerus an ab eo feudi deducenda origo, §. 18. p. 14. n. a).
Alienatio
- - propria, 348. 371.
- - haec sine domini consensu fieri non potest 349. 372.
- - nisi certis casibus, 351. 374.
- - consensus domini in alienationem qualis requiratur, 352. 375.
- - impropria, 349. 372.
- - poena alienantis sine consensu domini et vnius et plurium 355. 377.
- - qua ratione procedat, 273. 293.
- - quatenus olim fuit licita, 350. 372.
- - ob vrgentem necessitatem sine consensu domini susceptа an valeat, ibid.
- - in ea vtrum semper inuestitura noua opus, 273. 293.
- - ad eam expectatiuarii consensus non est necessarius, 353. 376.
- - attamen agnatorum et simultanee inuestitorum, 353. 376.
- - interdum quoque liberorum consensus requiritur, 353. 376.
- - sub hac qnaeuis eius species intelligitur, 354. 376.
- - in eam dominus consentiens tenetur ad interesse expectatiuariis, 129. 125.
- - quatenus valet, §. 351. p. 374. §. 357. p. 379.
- - feudi hereditarii, consensu agnatorum opus non habet, 417. 428.
- - ad eam quando agnatorum consensus non est necessarius, 417. 429.
- - feudi imperii consensum imperatoris, statuum prouincialium olim requirebat, §. 359. p. 381.
- - quando fiat irrita, 355. 377.
- - ea concessa, consensus domini stricte interpretandus est, 354. 377.

Alienatum feudum absque consensu domini, huic circa illud quae iura, 356. 378.
Alienatum pro parte, quomodo vasallus puniatur, 355. 377.
- - reuocatur ab iis, qui habent ius in id succedendi, 409. 422.
- - pro parte cum domini consensu quid iuris circa seruitia, 305. 318.
Alimenta imperfectis an ex feudo praestanda, 430. 443.
Alimentatio filiarum, quando ex feudo debeatur? *ib.*
Allodia quae? §. 16. p. 11.
- - eorum varia denominatio, ibid.
Allodia, distinctio eorum, 357. 276.
- - qui in ea succedit, repraesentat defunctum, 251. 270.
- - diuisio, 16. 12.
- - auita, §. 16. p. 12.
- - propria, seu adquisita. ibid.
- - immediata vulgo Sonnenlehn dicta, 17. 13.
- - differunt a feudis, ibid. 16. 12.
- - feudo nexa, qualia? §. 457. p. 473.
- - vasallus interdum adquirit feudo iuncta, §. 457. p. 474.
- - ea feudo nexa pro feudalibus non sunt habenda §. 457. p. 473.
- - qua ratione pro feudalibus habenda, ibid.
- - auita nec agnatis, nec liberis subduci possunt, 257. 276.
- - - eorum natura, §. 463. p. 479.
- - priuata, §. 464. p. 479.
- - imperii, §. 463. p. 478.
- - eorum separatio a feudis imperii regal. quotuplex, ibid.
- - quis in iis succedat, §. 463. p. 479.
- - infeudata ad feuda oblata referri non possunt 152. 147.
- - in feudum oblata fuerunt cur? 153. 147.
- - principum qua natura, 87. 85.

Allodia territorio iuncta, §. 464. p. 479.
- - ad quem successorem ea in separatione feudi ab allodio pertinent, ibid. *seq.*
Altaragium, 75. p. 68.
Altare in feudum concedi potest, ibid.
Alterlehn, *ibid.*
Altlehn, 221. 239.
Aluarotti (Iac.) iura circa fragmenta feudalia 36. p 32.
Amissio dominii directi an locus ei sit? §. 449. pag. 468. sq.
- - feudi qua ratione procedat? 441. 455.
- - - promissi quomodo fiat, §. 445. p. 462.
- - per eam feudum amissum ad quem deuoluatur, 446.463.
Ampacht, vnde deriuatur, §. 99. p. 102. n. *b*).
Ampachts-Lehn, ibid.
Amtsassiorum iudex,
Amtsessig Lehn, 71. 65.
Amtslehn,
- - distinguitur ab eo, so amtsæssig ist, ibid.
Anfall quid? 126. 123.
Anfalls-Gelder, 288. 308.
Angefælle quid? 334. 356.
Anhaltini principes quo anno fiunt maiorennes, 342. 366.
Annui reditus, eorum percipiendi ius in feudum concedi potest, 106. 110.
- - in eos quomodo successio fiat, §. 462. p. 477. sq.
Antinomiae iuris feudalis an dentur; §. 49. p. 43.
Anwartschafft quid: 126. 122.
Apanagiatus princeps filiam dotare non tenetur, 429. 442.
Apertura feudi quomodo fiat, 137. 134.
Appellatio in causis feudalibus an locum habeat, §. 481. pag. 492.
- - ad quem dirigenda, ibid.
Appropriatio feudi quid, 442. 456.
- - procedit in omnibus feudis, 442. 457.
- - ad eam eorum, quorum interest, consensus requiritur, ibid.
Arbitrium an in causis feudalibus locum habeat, 472. 486.
Ardizone (Iac.) fragmenta librorum feud. collegit, §. 36. p. 32.

Arreſtum in feudalibus a quo fieri debeat, §. 439. p. 452. ſeq.
- - intuitu allodii conceſſum minime intuitu feudi habet effectum, 439. 453.
Artiglerie in feudo caſtri ad quem ſpectet, 102. 106.
Aſcendentes an et quatenus ſuccedant in feudis, §. 218. p. 236. ſeq.
Auctor vetus de beneficiis, 28. p. 24. ſeq.
Aufkündigung, Auflaſſung des Lehns, 360. 382.
Augmenta terrarum ad quem pertinent in ſeparatione feudi ab allodio, 464. 480.
Aurum legendi ius cui competat, 97. 97. *m*).
Ausſteuer quid? 428. 441.
Auſtriaci archiduces gaudent priuilegio alienandi feuda ſua, 351. 374.
- - imperatores quomodo feuda acceperunt, 63. 56.

B.

Babenhauſen, §. 154. p. 150. n. *f*).
Bachmühlen, 101. 104.
Bannerii quinam, §. 60. p. 53.
Banniti an feudi capaces, 65. 59.
Baraterii (Barth.) libri feudorum, §. 38. p. 34. ſeq.
Bauariae principes, quo anno maiorennes fiant, 342. 366.
Bauerlehn, 66. 59.
Beneficium quid ſub illo intelligitur, §. 4. p. 3.
- - ſub hoc nomine Romanis analoga feudorum fuerunt cognita, 18. 14.
Beneficia tempore Caroling. non fuerunt hereditaria, 24. 21.
Beneficiatus, 9. 7.
Beneficium competentiae, quando vaſallo competat, 437. 451.
- - excuſſionis cui competat, 436. 449.
Beutellehn, §. 67. p. 61.
Blutbann, 93. p. 92.
Bona, quae in feudum poſſint offerri, 72. 66. §. 150. p. 144.
- - eorum diſtinctio in feudum, allodium, proprietatem. 16. p. 12.
- - in feudum offerri non licita, 150. 145.
- - quae in feudum dari prohibentur, §. 109. p. 113. ſeq.
- - ciuitatum an in feudum conferri poſſint. 84. 82.

Bona, domanialia, horum diuisio, §. 86. p. 83. seq.
- - censitica, 2. 2.
- - ecclesiastica quae, 76. 69.
- - an in feuda concedi possint, *ibid.*
- - emphyteutica, 15. 10.
- - libellaria, 15. 10.
- - meierica, 15. 11.
- - mensalia quid? 81. p. 76.
- - - episcopi in feudum dari nequeunt, 81. p. 74.
- - - quatenus possunt, 82. 77.
- - oblata vtrum a collectis et tributis fiant immunia, 156. 152.
- - paraphernalia vtrum eorum respectu vidua ius in feudum habeat, 434. 446.
- - salica, 321. 342.
- - vitalitia, 401. 417.
Borussiae ducatus,
- - est feudum oblatum, §. 153. p. 148. n. *y*).
Breue attestatum, §. 169. p. 175. §. 275. p. 296.
Brunsuicensis ducatus,
- - eius principes quo anno fiunt maiorennes, 382. 366.
Brunsuicensia feuda quomodo de iis inuestiatur, 168. 173.
Buchmast, 106. 110.
Burgermeisterlehn, 99. 102.
Burglehn, 315. 334.

C.

Camera imperialis quatenus de feudis imperii cognoscat, 470. 484.
Canzelleylehn, 71. 65.
Canonici in feudis priuatis succedunt, 211. 224.
Capitaneus, §. 69. p. 50.
Capitula iuris feudalis extraordinaria, §. 36. p. 32.
- - a quo collecta, 36. p. 32.
- - quatenus valent, 43. 39.
Capitulum an possit infeudare sede vacante, 80. p. 73.
Carolus Caluus eius capitularia quaenam de feudis disponunt, 26. 23.
Caroli Ludouici Palatini restitutio, §. 222. p. 240. n. *l*)
Carolus M. an primus feudorum auctor, 26. 22. §. 20. 17.

Carolus eius leges feudales, 26. 23. n. *a*)
Caroli IV. oppidis Thuringiae et Misniae datum, 61. 54. not. *n*)
Castrum, quid? 100. 103.
Caussa propria amittendi feudum, 441. 445. et 457.
- - feudalis controuersa quae, 330. 351.
- - - quando et sit, 331. 351.
Caussae communes amittendi feudum, 441. 455. seq.
- - feudales, quid? 330. 351.
- - harum decisio vbi instituenda, 331. 351. seq.
- - - quomodo haec instituenda, 45. 39. 475. 488.
- - a parte domini ob quas vasallus excusatur, si renouationem feudi non petierit, 277. 298.
- - a parte vasalli, 278. 300.
Censitica bona, haud raro vocantur *Lehne*, §. 2. p. 2.
Censuarium ius an in feudo constitui possit, 380. 400.
Census feudalis, 320. 341.
Citatio in feudalibus, 476. 488.
Ciuicae conditionis homines erant originarie ingenui, 58. 51. feuda nobilia adquirere non potuerunt. 61. 53.
- - priuilegio capaces eorum redditi, 61. 54.
Ciuitates imperiales, quo iure superioritatem territorialem teneant, 88. 87. not. *b*)
Claudus non succedit in feudum, 212. 225.
Clerici feuda concedere possunt, 53. 46.
- - protestantes succedunt in feudum, 211. 224.
Clericus an in feudum possit succedere, 211. 221. seq.
- - ad seruitia equestria non admittitur, 65. 58.
- - a feudorum adquisitione arcetur, ibid.
- - quatenus ea adquirere potest, 86. 59. sq. 211. 221. sq.
- - feuda in statu laicali adquisita retinet ad clericatum transiens, 211. 224.
- - bona ecclesiastica in feudum concedere potest, 77. 70.
- - ad expectatiuam a suo antecessore concessam adimplendam an teneatur, 132. 129.
- - a iuramento fidelitatis immunis non est, 177. 186.
- - de eorum successione in feudis hodierna, 211. 221. sq.
- - simultanee inuestitus admittitur in feudum, 211. 223.
Cliens quis, 9. 7.

Clypaeus militaris, §. 70. p. 64.
Clodoneus feuda conceſſit, 20. 16.
Codicilli auguſtales an valorem concilient matrim. inaequali, 215. 233.
Codicillus de feudo an valeat, 368. 388.
Coecus non ſuccedit in feudum, 212. 225.
- - feuda adquirere nequit, 65. 58.
- - quatenus ea adquirere poteſt, 66. 59.
Coecuturientes in feudo ſuccedunt, 212. 225.
Cognati quatenus in feudis ſuccedere poſſunt, 200. 210. ſq.
Collaterales, eorum olim nulla ſucceſſio, 194. 201.
- - ad ſucceſſionem feudalem qua ratione admiſſi, ibid.
- - quomodo hodie admittantur, 197. 204.
- - iure patrio non ſuccedunt ex iure agnationis, 231. 250. ſeq.
- - in feudo nouo qua ratione ſuccedant, 221. 240.
- - eorum duplex in Germania eſt ſucceſſio, 219. 237. ſq.
Collatio feudi quid, 148. 144.
- - quodnam ius producat, 149. 144.
- - *zu Tœchter-Lehn*, 205. 217.
- - *vor Sœhne und Tœchter*, ibid.
- - decima quando nouellis adiecta, 34. 31.
- - vndecima, 36. 32.
Collectae vtrum ad eas dandas vaſallus obligatus, 378. 398.
Collectandi ius cui competat, 97. 96.
- - in feudum conceſſum, ibid.
Collegia feudorum capacia, 64. 57.
- - inueſtituram accipiunt per procuratorem, 174. 183.
Colonienſis elector ducatum Weſtphaliae in feudum tenet, 83. 81.
- - elect. ſucceſſio in archiepiſcopatum Colon. 204. 217. not. *g*)
Columbinus (Iac.) gloſſator iuris feud. 36. 33.
Comeſtibilia 434. 447.
Comitatus olim erant indiuiſibiles, 246. 263.
- - praeſumuntur allodiales, 456. 473.
- - ex quo conflati, ibid.
- - inter feuda regalia reputantur, ib. p. 472. not. *e*)
Comites olim plerumque ex dynaſtiis ſumti, 456. 472.

Comites an habeant feuda vexilli, §. 163. p. 161.
- - inueſtiuntur a iudicio imperii aulico, 163. 164.
Commodatum ſub nomine *des Lehns* venit. 2. 3.
Compromiſſum 472. 486.
Coniuges in feuda regulariter non ſuccedunt, 244. 262.
Conſenſus agnatorum in feudis imperii quando validus, 359. 381.
- - eo opus eſt ad feudi alienationem, 353. 375.
- - ad venditionem datus ad oppignorationem non pertinet, 354. 377.
- - nec ad vſuras extendi poteſt, ſi ratione ſortis datus, 385. 404.
- - differentia inter expreſſum et praeſumtum, 399. 414.
- - praeſumtus, quando inducatur, 398. 413.
- - non praeſumitur declaratus, agnatis alienationi praeſentibus, 416. 427.
- - qua ratione intelligendus, 354. 377.
- - quousque durat, 386. 405.
- - quomodo declaratur, 124. 121.
- - conditionalis, 125. 122.
- - purus, ibid.
- - domini directi quatenus requiratur in pactis ſucceſſoriis, 260. 278. ſeq.
- - quomodo iuducatur in hypothecis et pignoribus feudorum, 384. 404.
- - quousque in hypothecis duret, 386. 405.
Conſenſus tutoris vel curatoris minoribus verum praeiudicet, 416. 427.
- - filiifamilias in contractibus feudalibus etc. requiritur, 255. 273.
Conſolidatio dominii in feudo, 188. 196. 442. 455.
- - fit vel in perſona domini, vel in perſona vaſalli, 442. 456.
Conſtitutio feudi, quid? 121. 120.
Conſtitutiones feudales extrauagantes, 36. 32.
- - Teutonicae Conradi, 27. 23.
- - Henrici III. 27. 23. ſeq.
- - Lotharii III. 27. 24.
- - Friderici I. 27. 24.

Consuetudines feudorum, §. 34. p. 31.
Contractus feudalis quid? 122. 120.
- - est peculiaris et Iur. ciu. non definitus, 123. 121.
- - an sit consensualis, ibid.
- - circa feudum, de eo generalis regula, 407. 421.
- - quomodo ineatur. 124. 121.
- - praecedere debet inuestituram, 122. 120.
- - per eum non transfertur dominium, ibid.
- - ius personale producit. 122. 120.
- - differt ab inuestitura, 123. 120.
- - conditionatus, 125. 122.
- - purus, ibid.
- - variae conditiones ei adiici possunt. 126. 122.
- - ex eo obligantur dominus et vasallus, 122. 120.
- - actiones ex eo enascentes, 465. 481.
Contributiones an ad eas teneatur vasallus, 378. 397.
